Bibliothèque numérique
medic@

Scaliger, Jules César. **Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, Aristotele Authore. Libri Duo. Denuò nitori suo restituti, & in lucem editi.**

Marpurgi, Apud Paulum Egenolphum, M.D.X. CVIII., 1598.
Cote : BIU Santé Pharmacie RES 12070

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_res012070

SCALIGER
DE
PLANTIS
12070



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10





Rés 12070

JULII CAESARIS SCALIGERI IN LIBROS DUOS, QUI INscribuntur de Plantis, Aristotele Authore,

LIBRI DUO.

Denuò nitori suo restituti, & in lucem editi.

ECOLE DE PHARMACIE DE PARIS

MARPURGI,
Apud Paulum Egenolphum,
M. D. XCVIII.



V. C.

Dn. LEONHARDO DOLDIO,

Philosopho, & Medico Norimbergico,

IOHANNES HARTMANNI

Professor Mathematicus, S. D.

QUI πολύχουν illam naturæ immensitatem, quæ de Plantis agit, solerti investigatione amplexari conantur, tum delectatione, tum usu in eam rem toti ferri videntur: Quis enim est, qui Herbas unius anni intervallo & nascentes, & intereuntes diligentius in magno illo DEI cognitionis Libro, nimirum MUNDO, contemplatus non lætetur, cùm videat eas tam variis formis, ac innumeris figuris esse distinctas, ut singulæ quasi literis notisq; hieroglyphicis insignitæ ἐν πᾶσι φυσικοῖς θαυμασόν τι, ut inquit Aristoteles, reperiri, locupletissimũ perhibeant testimonium! Quis est, qui in unam humano generi utilissimam MEDICINAM ὁπιπολώως duntaxat oculos convertens non fateatur, ejusdem principia non aliunde ferè derivari, quàm ex hac plantarum stirpiumque sapientissima cognitione, cùm meridiana luce clarius sit, harum tantam tamq; variam esse virtutem, ut ad omnia morborum genera sint utiles, & divina quadam providentia genitæ! Qui itaque neq; Delectationis neq; Usus evidentissimo τεκμηρίῳ convictus esse velit, illi proculdubio, ut cum poëta loquar,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 8 sur 521

— has ne possit natura accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis:

Verumenimverò vulgaris isthæc est, & crassa propemodum plantarum herbarumq; investigatio; ex qua postmodũ apud homines ingeniosissimos & penè divinos mirabilium contemplationũ multitudo confluxit. Ii enim, præter multiplicem plantarum figuram, virtutesq; vulgò decantatas, altius mentis aciem in causas è terra prosiliendi, crescendi, fœticandi, fruticandi intenderunt, cœteraq; omnia vigiliis innumeris eruerunt, quæ ad benè PHILOSOPHANDI, fœliciterq; MEDENDI rationem apprimè necessaria esse, longo usu diligentiq; meditatione deprehendebantur. In eo genere palmam omnibus præripuisse videtur acutissimus SCALIGER, fœlix ille rei literariæ Sol, cujus claritas non ad eos solùm qui nunc sunt, sed ad posteros diffundetur, quamdiu quidem vivet in terris nomen literarum. Is enim dono quodam Providentiæ (ceu Quintil. de Cicerone loquitur) genitus est, in quo totas vires suas PHILOSOPHIA experiretur: subtilis, gravis, acutus: qui divina ingenii fœlicitate, quicquid in reliquis admirabile, politum, ingeniosum, subtile reperitur, id suis in Operibus totum effinxit. In hoc uno (absit invidia verbo) Vis ARISTOTELIS, Copia PLATONIS, Gravitas AVENRHOIS universa continetur. Quis enim hoc in Demonstrando subtilior? in Differendo acutior? in Retinendo vehementior? Illi itaq; in hoc de Plantis Commentario, perinde ut in reliquis scriptis, quotquot eorum ab ipso nobis non invidit hujus sæculi ingrata ingratitudo, omnis de Rebus & Veritate cura fuit: Unde profectò Philosophi perfectissimi munere defunctus esse videtur. Possunt autem hi duo de Plantis libri magno argumento esse, quàm gravem, quàm subtilem SCALIGERUM habituri fuissemus, si ejusdem tum Historiæ plantarũ, tum Commentarii in universos Theophrasti.

phrasti libros non interiissent. Quam sanè jacturam hodiè ægrè ferunt omnes, quibuscunq; eruditi hujus juxta ac elegantis sæculi amplificatio aliquid curiositatis affert. Cæterùm ne eadem fortuna hisce de Plantis commentariis, annis abhinc XLII. Luteciæ Parrhisiorum à Vascosano excusis, metuenda esset, siquidem jam dudum desiderari incœpissent, una cum Præstantiss. Philosopho D. ROD. GOCLENIO, Collega meo & Compatre honorando, autor fui Typographo nostro, ut ea suarum operum partem faceret: Id quod studiosè præstitit: Ideoq; SCALIGER DE PLANTIS, ex veteri novus est factus. Hunc autem παλαιόκαινον ad te, Præstantissime DOLDI, vadis loco mitto, eum potissimum in finem, ut pro jure amicitiæ mihi abs te impetrandæ (si modò ea dignus visus fuero) spondeat. Gratissimum mihi certè fuit, tum à Doctissimo LIBAVIO, tum etiam abs te in literis ad Dn. Physicum nostrum, virum præstantissimum CHRISTOPH. MULDENERUM, Doctorem Medicum, superioribus diebus datis, honorificam fieri mei mentionem. Quod itaq; ille tibi, tu verò Dn. LIBAVIO me nominare non dedignati estis, ambo certè aliqua animi grati testificatione rursus mihi promerendi videbamini. Erga collegam meum D. Muldenerum alio Problemate utar: Tu verò Præstantissime DOLDI in hoc acutissimi SCALIGERI vadimonio pro me acquiesce: & reliquã ad Dn. LIBAVIUM mihi viam muni, quò paulò post in Usum tanti viri totus irrepere possim: neq; enim ejus ego auditum solùm magno emerim, sed potius visum; qui instar alicujus arcani gaudii me subitò multorum, quæ non nisi coràm ventilari exquiriq; volunt, saturum reddere queat. Vale. MARPURGI, Cal. Martii, Anno Salutis 1598.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 10 sur 521

AD LECTOREM.

Fert nova ver terra fragrantia germina, Sylva
Viva fronde virent, prata q; flore nitent.
Iam decus hortorum rediviva stirpe resurgit,
Et qua clausa fuit, terra recluſa patet.
Quas glacialis hyems violas & lilia texit,
Ver nive depulsa conſpictenda refert.
Iam quoq; SCALIGERI, quem livor clauſerat, hortum,
HARTMANNI bonitas, ars q; patere facit:
Non malè ſideribus plantas conjungit, & artem
Sectatur Medicam, Spagiricam q; Scholam:
Nec vult quæ data ſunt ſepelire talenta, ſed uſu
Illorum recto, fœnora mille capit.
Ergò age plantarum vires qui inquiris & uſum,
Hunc lege Scaligeri, lector amice, librum:
Laudibus & meritis HARTMANNI nomen honora,
Scaligeri manes qui revocavit, ave.

CHRISTOPHORUS MULDENERUS, M. D. & phyſiol. Profeſſor ord. in Acad. Marpurg.

JULII

JULII CAESARIS SCALIGERI IN LIBROS DE PLANTIS, FALSO ARIstoteli attributos,

PRÆFATIO,

AD GABRIELEM MINUtium præfectum præturæ Rutenorum.

MULTA *versantur in opinione hominum, Gabriel Minuti, quorum partim obscura sunt propter excellentiam nobilitatis, cujus fulgori comparatus intellectus penè tenebrosus est: alia contrà, latent nos propter exiguitatem naturæ suæ, quæ nullam penè sui speciem creare possunt in animis nostris. Illorum exemplum capiendum est ab iis substantiis, quæ nullis commistæ materiis longinquæ sunt à sensibus humanis. Idea verò materiæ primæ nullis æquè pictæ accidentibus à mortalium cognitione tam longè sita est, vix ut olim cognita, unius Aristotelis cultu sera ceperit incrementa: quæ haud scio, an etiã nunc adepta sint ultimã perfectionem. Atq; horum quidem*

quidem natura talis fuit. Ea verò philoſophi pars, quæ plantarum atq; animalium comple ctitur explicationem, cum per ſe eſſet difficilis quòd variis diſſitas res terrarum ſpatiis, ſimu cum populorum mutatione, quæ quotidie pen contingit, neceſſe fuit etiam nomina commu tare: tum eſt facta moroſior, ne dicam odio ſa, vel priſcorum ignavia, vel poſteriorum ne gligentia ſimul, & temeritate. Illi enim quæ ſua tempeſtate pro cognitis habebant, de ſcribere aggreſſi, tanquam de æternis atq; in corruptibilibus agerent, pauca ſæpè, non rarò nulla ſigna appoſuere, quibus à ſucceſſoribus re cognoſcerentur. Hi ad primam quang; vel le viſſimam interdum notam certas digeſſe runt ignotarum formarum claſſes, alienis ſup poſitis, atq; etiam contrariis aliquando: adeò ut nocentiſſima venena quoq;, vice ſalubrium medicamentorum invexerint impudenter. Nonnulli dum nihil non ſciſſe videri volunt, aggeſtis in unum verè chaos, atq; indecorè coa gmentatis omnibus, eam tentarunt molitionẽ, quæ importuna opulentia ſua facilè oſtentaret inopiam. Contrà, horum odio exacerbati ij, quos vel metus culpæ, vel imbecillitatis con-

ſcientia,

ſcientia, vel provinciæ perplexitas abſterre-
bat, univerſum conſilium, quod ad id negotij
pectabat, ita putarunt abjiciendum, ut ſum-
nam ſcientiam in ea ſtatuerent ſecuritate, quæ
per alieni regni contemptum ſuæ magnitudi-
nis faceret opinionem. Neq; horum longè à
primis ſeculis exempla ſunt petenda. etiam-
num hodie viget utraq; factio: & ea, quæ tri-
bus herbulis, ac potius tribus verbulis popula-
riter, atq; etiam ſeditiosè jubet, ut à ſe nobis ſa-
tisfieri poſſe cenſeamus: & ea, quæ niſi Germa-
nicas herbas quoq; pro Syris atq; Africanis
ſubdat, univerſam operam noſtram perditam
ducat in re medicamentaria. Quorum, Mi-
nuti, velitationes haud tam ex mea recenſione
cognoſcens, quàm ex tuo judicio perpendens
(quanvis juſſu regio & armis te oportet tueri
prætoram tuam, & judiciis publicis ejus o-
mnes ordines in officio continere) mecum ta-
men mirari ſæpè ſolitus es. Neq; verò extrema
hæc abs te probari, ſcilicet vel ambitionem ſa-
tagendi, vel ignavos faſtuoſosq; contemptus,
ſed utroſq; decere temperari: horum deſidiam
vividioribus diſquiſitionibus, illorum præci-
pites cupiditates metis iis, quibus humanorum

commo-

commodorum ratio præscriberetur. Ad cuju tam prudentis sententiæ confirmationem ad debas ea, quæ nullis objectionibus labefactar posse viderentur. Nam tametsi unam quam piam ad ægritudinē profligandam unius plan tæ speciem posse facere scriptum est: tamen cùm in Natura nihil esse frustrà fateamur, & sub eodem genere, proxima facie, ac viribus, plures certis factis periculis explorata sint: tum sæpe numero, quæ ita conveniunt in illo ambitu si militudinis, inter se privatis facultatibus dis similes reperiantur: non ab re factum videtur, si ab iis, qui & scientiæ nomen, & sapientiæ o pinionem sunt consequuti, receptæ, atq; adjunctæ sint ad illam primò cognitam: hæ quoq; a liæ, quæ postea sese vel obtulerunt casu, vel ab aliis judicatæ dicerentur. Quocirca sæpè contigit, ut quas priorum vicarias putabamus, inventæ multis, variis, exquisitis experimentis utiliores illis, reponi mererentur in prima commendatione. Ne nunc depugnemus illud, omnino id penè in omnibus evenire: ut secundaria ope hac addatur protagonistis (ut ita dicam) illis aliquid supplementi, quod sine controversia desideretur. Ita è contrario.

Quia

Quia nequaquam congiarium damus, sed ut veteres Latini loquebantur, præbia modicis haustibus: efficacissima quæq; seligenda sunt ab ignavioribus, atq; ad nostram operam tam feliciter, quàm prudenter transferenda. Qua moderatione fiet, ut etiam nescisse quædam, non sit flagitio ascribendum. Plerunq; enim à Natura id elaboratum est, ut quando non sit ad manus, quod in ultima Aethiopia suis illa indigenis apparavit: non negarit communis utriusq; loci parens in tua regione quædam, ut lenissimè dicam, minimè negligenda. Quanquam hæc pro aliis potius, quàm mea causa dixisse videri possum: qui jam tot annos ita versatus in cognitione stirpium, ut meipsum everterim, nondũ etiam vel in aliorum inventis, vel in meis judiciis acquiescam. Cæterum quemadmodum in theoria cupidi sumus, atq; etiam haud parum iniqui nobis ipsis: ita in officiis quotidianis tale sequimur temperamentum: ut si modestia prudentiaq; sola curatio perfici queat, nemo videatur in provinciis capessendis cautior, nemo in absolvendis felicior. Atq; ipsas quidem historias nostras nondum audemus publicè profiteri, propter

propter eas cauſas, quas aliàs dixi tibi. In Theophraſti verò libros omnes à nobis & verſos, & ſectos alio modo, quàm quo perperam digeſti circunferebantur, commentarios jam pridem abſolutos propediem edituri ſumus. Interea verò hoſce, qui Ariſtotelis nomine proſcripti ſunt hactenus, cum jam operariorum manus poſcant, tibi mitto muneri. Vt de quibus per hujus anni (quod meminiſſe potes) initia inter vos à Bajulio diſputatum ſit, cognoſcas: an integra ſerenaq; maneat in mutila nebuloſaq; ætate memoria, cujus in ætate moliore fueras admirator. Quod ſi quid exciderit (vereor enim) fortaſſe mihi: te illa tua, quam a Natura larga, ut ajunt, ut ego ſoleo, etiã utraq; manu datam, juriſprudentiæ exercitiis, humanioris literatur. æ cultu, philoſophicæ ac medicæ theoriæ cognitione, divinæ ſcientiæ præceptis cumulatiſſimam feciſti, caſtigare, demere, addere quantum deſit, atq; mihi innumeris occupato negotiis, familiaribus, civilibus, literariis, ignoſcere non pigebit.

JULII

JULII CAESARIS SCALIGERI IN LIBROS DUOS, QUI INSCRIBUNTUR DE Plantis, Ariſtotele authore,

LIBRI DUO.

CContinebamur domi difficillimis hybernis tempeſtatibus ego, & Gabriel Minutius, qui me ut viſeret, unà cum Joanne Bajulio, & Augerio Ferrerio, natalitiis feriis venerat in Aquitaniam. Hujus ergo tam importunæ quaſi ſolitudinis moleſtiam, tum literatis, jucundisq; colloquiis, tum affinium frequentia, qui ad nos officii gratia quotidie confluebant, facilè delebamus. Ea præſertim dies, quæ Calendas Januarias anteceſſerat, tantis hilaritatibus conſumpta eſt, ut non prius earum ſatietas obrepſerit, quàm intelligeremus, haud parvam tertiæ vigiliæ partem exactam eſſe. Tum in eo cujusq; diſceſſu ego, quem pridianarum diſputationum reliquiæ non mediocriter exercebant, ad meipſum haud ſecus atq; longinqua ex peregrinatione quapiam redeundum ratus, eas tanta animi contentione, quod noctis ſupererat, elucubravi: ut imminens ſomnus labenti penè corpori, neq; tum ſatis ſpatii daret ad ſeſe colligendum, atque ad quietem capeſſendam. neq; pòſt ullo matutino ſtrepitu

ſolveretur. Quod ſuaviſſimis tandem ſuſurris exper-
rectus, ſenſi hoſpites eſſe in cubiculo, atq; inter ſe con-
fabulari. Bajulius, opinor, de auſpiciis ineuntis anni
dixerat aliquid. Nam tum primũ viſus ſum excepiſſe
verba hæc: Nolite, inquit, exiſtimare, quicquã eſſe pe-
ſtilentius humano generi, quàm populares perſuaſio-
nes: quippe quæ & conſtantes animos interdum labe-
factant, & ſimpliciores aut irretitos occupãt vana ſpe
temerariæ credulitatis, aut per ſe in deteriorem partẽ
pronos impellunt ſæpenumero ad mala facinora perpe-
tranda. Quid exultat vulgus, quaſi nova momenta vi-
tæ hac ipſa die ſuppeditentur ſibi? Nam verò quidnam
hujuſce temporariæ poſſit accedere, quod nõ de illa fu-
tura perpetua dematur nobis? Neq; potius hodiernum
diem de præſenti facie commendare deceat, quàm me-
tiri animo craſtinũ, vel heſternis incommodis, vel hoc
ipſo, quòd ille non amplius, iſte nondum, hic ut abſit,
adeſt nobis. Quibus ex verbis, ut mirificam animo ca-
piebam voluptatem, ita, quòd priora non audiſſem, ſo-
mno graviter ſuccenſebam. Dum tamen aliquid addi-
turum prætereà ſperarem: non equidem audebam me
commovere. Cæterum cùm ſecutũ eſſet ſilentium (cre-
do, quòd ille ſatis à ſe factũ exiſtimaret: illi, quia gra-
viſſimis ſententiis animo repetitis fortaſſe fruerentur)
diducto conopeo, imò verò, inquã, ſalvete viri optimi.
Tum progreſſus ad lectulum Minutius, Quid ita, in-
quit, Scaliger? ſatin ſalve? cùm adeò lentus es. Quid te
hoc diei detinet in ſtragulis, tam alto meridie? An ceras
iſthic tecum habes, ut veteres illi poëtæ Græci ad ſpon-
das, &

das, & parietes grabatorum, in quas repentinas effunderent commentationes? an potius ab istis nivibus metuisti? Quamquam puto nescire te, quanta sunt nocte hac hesternos Aquilones subsequuta. Mihi quidem, inquam, è sententia sic satis. Animo tamẽ malè est, quòd non sum maturius excitatus. Nam quantum hic ceperim quietis, me quidem pœnitet: præut vellem nivibus istis interfuisse, quas de Bajulii Cœlo, quantum licuit ex pauculis quibusdam postremis verbis, demissas intellexi. Quem si Homerus orantem semel audivisset, ab illo suo Heroë in hunc illam transmovere gloriam minimè dubitasset. Ad hæc Bajulius, Jam tu, inquit, more tuo immodicus in amicis dilaudandis. Sed surge: nam rectà hinc ego in bibliothecam, ne tuis hîc nivibus obrigescam. Vos verò aut præite dum, aut me sequimini. Interea iste curabit corpus. Et jam prandium corrumpitur. Illi ita fecerunt, uti dixerat Bajulius. Ego me expedivi. Mensa disposita est. Igitur evocatis è bibliotheca: tum jubente Minutio, ut arcesserentur mulieres familiares: negavit puer, ex toto grege illo quicquam comparere. Nos assedimus. Cumq; haud multum obsonii afferretur, quòd monuerat Minutius partem suam mulieribus asservandam: Dubia, inquam, hæri cœna fuit apposita: an verò vobis hodie prandium hoc incertum dicere liceat? Habemus tamen, ut video, Cantabricam pernam in istis assulis, quæ apud vos in provincia rarior est: è Maguntia, & Creta nulla: à Rutenorum prætura tua, Minuti, frequentior. Verùm ut jocemur inter

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 20 sur 521

patinas, hispidior Rutenicæ sapor est, & similior suis populariḃus. Tum Ferrerius, Rectè tu quidem: sed semisse tantùm, haud jure, potes totum persolvere. De Rutenis id sanè quod est, & scitè admodum: de Basciis quid verò tandem? Insulsam tuis ergo legibus oportet esse hanc, & alio modo, nisi fallor, acrem. De Cretensi verò nonnihil habemus politioris literaturæ. Ut vicissim aliquid exhibeamus iis, qui nimis ineptè turgent Galenica illa toties decantata porcinæ carnis commendatione. Ad cujus rhythmum atq; harmoniam non obscuros medicos, omissis etiam (tantum potuit vecordia) perdicibus, saltasse non ignoro. Quid ad hoc novi? Minutius inquit. Non equidem tibi, ait Ferrerius: cui nihil librorum intentatum est. Mihi ergo nihil dicetur istius, inquit ille: & audiens non audiam. Nihil sanè tanquam novum, respondit Ferrerius: satis est, modò ne rancidum sit. Ne in tam recentem, ac planè musteam pernam teter sapor ullus meis hisce nugis impingatur: né ve contrà, sibi adeò placeant isti Mosaici in suilli cibi vituperatione. Jovem Cretensis in Idæ vallibus, putarunt Præsii, pro nutrice suem habuisse. Quam ob causam illi porculenæ rem divinam facerent eo nomine. Mihi verò non fit verisimile. Namq; lupam & canem Romulo donemus, licet, ac Cyro. Conveniunt mores, qui cum lacte simul hauriuntur. Jovem è salacissima quapiam bestia, non de gulosæ ullius mamma suxisse par est. Igitur esto vel lepus, cujus fœcunditas versatur in opinione hominum: vel canis. Nihil enim cane fertur amentius in venerem.

venerem. Quanquam nec equum minus calere puto: semper enim furit mas: fœmina verò sola ex iis, quæ non superfœtant, prægnans admittit marem. Et aliquando mihi oblatum est in quodam mercatu Pyrenaico ternum asinorum fœdissimum spectaculum. Quare magis placeat, Mastichеum (ut ait poëta) numen illud interea dum cavetur, ne sit cibus patri, habuisse tum pro cibo asininum lacætate prima: postea cum barba simul, non tam pilum asini, quàm spurcissimos induisse mores. Nobis leniter arridentibus: Quod, inquit Minutius, hisce diebus spissius, ac quasi furtivis horis vix captare licuit, securius, ac prolixius aliquid elegantioris eruditionis afferetur epulis hodie pro condimento. Rectè sanè, Ferrerius inquit, si isthæc pro embammate. Nam Dipnosophistæ illi, aliiq; Græculi convivæ mihi cœnare videntur verba, non attagenem, aut acipenserem. Usq; adeò sunt immodici, raroq; temporis, ac loci solent habere rationem. Id quod eis à Cicerone quoq; satis objectum est, cum ajebat ineptos esse. Hæc cum dixisset, convertit nos ad jucundissimas fabellas. Allatæ interea sunt anaticulæ, quarum una, quæ crus alterum, nullis extantibus vestigiis, certò nunquam videretur habuisse. Quare Minutius: hoc quidem præter naturæ morem, tametsi contigit in natura. Hanc enim esse duplicem, nostra intellectione capiendum jubet Aristoteles. Tum addit: monstra, quæ vocat ibi φύσεως παραβάσεις, quanquam præter naturæ ordinem, haud tamen extra naturæ censum, atq; œconomiam judicanda. Factum,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 22 sur 521

quia potuit: Fieri potuit, quia potuit illa facere. Cui Ferrerius: Multas more tuo gemmas illi adjungis auro, quod ex opulentißimis apothecis accepißti. Ego verò canem quoq; vidi bipedem: & ejus è catellis unum modò talem, cum multos alioquin edidißet quadrupedes. De cane, inquit Minutius, nunc primùm: idq; præter jus illud ordinarium. De avibus, quæ verè sunt ἄποδες, non ut apud Philosophum Cypselli, quia ναυπόδες, etiam genera duo legimus ex Hißpalicis navigationibus. Quæ abs te, Cæsar, puto non esse in historiarum Commentariis omißa: quos expectant magnopere studioßi. Profectò nihil aliud quàm expectant, inquit Ferrerius. Nam quando per te ßet, ut ne amplius expectent? Hæc me respiciens, ea vultus modeßia, dicebat ille: ut in ßuavitate facilè intelligerem, consißtere tempeßtivam reprehenßionem. Propterea quando, inquam, mihi me non amplius expectare licuerit. Sèdeo namq; ßto, abeo, inßto, fugio, urgeo meipßum. Vos verò, ut video, nihil aliud, quàm geßtare cupitis: & mihi vix ipßum ambulandi jus reliqui factum est. Ego verò tuam erubescerem, Ferreri, caßtigationẽ, nißi ßenes prohiberet magnus ille dictator noßter: quando tibi tanto viro meũ consilium minus probari sentio. Verum ißtis inßtigatoribus duo prius à me tollenda esse dico, quã meas ineptias extorquere posse sperent. Quænam? inquit ille. Primum, inquam, dedecoris metum: cujus nimis securos animadverti complures extitisse: qui sese præcipites dediderunt, non in pißtrinum (in eo namq; tandiu sumus, dum perßtamus in sententia supprimendi)

autor ſpiritus (omnibus origo eadem, ζᾶς, ζῆν, ζεῖν) ac forma ipſa. Deinde Neptunus, qui eſſet materia. Nam quæ ὕλη Græcis dicitur, ſapientibus Chaldæis priſcis aquam ſignificavit: cujus autor ille peculiari numine nuncupatur. Ab illis namq; totius arcanæ ſapientiæ myſteria dimanarunt. Sic ex eorum IOVA noſtrum quoq; JOVIS propagatum fuit. Nam recto caſu hoc appellatum ſono, manifeſtò cognoſcitur ex augurum libris, in quibus illi duo verſus:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Sibilum verò, qui vocem claudit, nequaquam vacare exiſtimetis. Nempe ab intelligentia cæleſti τῷ ὀνοματοδέτῃ, cum ſermonem conderet, cælitus infuſum lumen reor, quod aperire deberet id. Aliquando elementum illud in admirabilis nominis medio futurum: ut novæ gratiæ, veteriſq; legis nexus unicus, univerſi compleret ævi myſticam præſcriptionem in ſervatore noſtro JESVA. Secunda namq; vocalis utriq; una eſt indifferens prolationi: quæq; auditur in JOVA, & quæ percipitur in JESVA. At media conſonans, quæ principio finem copulavit, ineffabili nomini, haud ſine magnis, atq; admirabilibus legibus interpoſita fuit. Ea ſiquidem ſimplex interdum, aliàs duplex cum ſit, priſtina ſubſtantia non mutata: Ita Dei filius ante omnia ſecula ſimplex erat Deus: poſtquam Patri placitum eſt, ex Deo vero ſimplici, vero puro Homine factus eſt

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 24 sur 521

ctus est unus IESVA. Missus quidem mittenti par, major autem illis, qui ab eodem mittente ad minora mittuntur ministeria. Ad hæc trivertex illa una inter omnes litera signum est immensæ Trinitatis in unitate, pro ejusmodi nomine, quod in cœlis natum, ab illis per humanæ salutis nuncium delatum, ei est impositum, per quem unum Trinitatis mysteriis initiati, ad immortalitatem capessendam evecti sumus. Dis autem Saturni tertia proles fuit: qui designat corruptibilium rerum consumptionem. Igitur neq; Iovem devoravit: id est vitam concessit rebus ita extra se, ut ab illis non excludatur: in eas ita se inspirans, ut in illis non sit incluſus. Neq; Neptunum. Propterea quòd fluxis rebus opus erat reparatione, quæ humore subinde repoſito ſuccos inſtauraret. Ut & ad conſiſtendum eſſet materia ſub forma: id eſt, Neptunus ſub Jovis imperio, & ad rerum jam conſtitutarum conſervationem, deficienti priori materiæ ſupplementum. Quamquam eſt, præter hæc, nobis aliquid ex hoc profundiſſimo ſimul atq; dulciſſimo pelago hauriendum. Quis enim non videt parentis ſui ſobolem hanc motionem illam in ſeipſam ſeſe colligentem imitari? Cum enim triplex aquarum motus ſit, eos omnes aliquo modo circulares eſſe deprehendemus. Unum certò talem, alterius verò ſemiſſem. Eſt motus is, quo litus alliditur: unde falsò nominis rationem ex alluſione ſoni veteres deducebant. At res ſe aliter habet. Eſt enim litus λιτός. Sic enim tenuem terram vocarunt Græci. Is maris appulſus ad terram ita cietur, ut in ſe recurrat.

Hoc

primendi) sed extra pistrinum in gurgitem exprobrationum. Alterum est, mearum editionum pœnitentia. At isti vendibiliores suos faciunt libros, secundæ, tertiæ, atq; etiam, ut scitis, septimæ editionis ascriptione. Neq; verò tantum mihi sumo, ut existimem, ulla mea cunctatione à me præstari posse, ne quid in meis monumentis desideretur. Quin hoc in nullius esse hominis arbitror potestate: ut exhauriat imminentium judiciorum expectationem. Sed danda mihi, cæterisq; omnibus cordatis viris opera est, ut & verecundia mea, & diligentia, & amor tam veritatis, quàm posteritatis, cujus commodis studemus, veniam meruisse videatur. Hæc me dicente aliud super aliud aggerabatur. At ea cuncta, post aliquantum silentii seriis jocis nonnunquam interruptum, jussit auferri Minutius. Et structori, Huc, inquit, aliquid bellariorum. Haud ita multò pòst satagentibus famulis: Ecce, inquam, vobis λύσιν fabulæ. Imò verò δέσιν, Minutius ait. Nam quorsum tanta lancium multitudo, varietas, ὀπτοκλή? Jam hoc de te quæro. Quoniam hæc πέμματα prisci perhiberent, ecquid te moveri deceat, si iis comparaveris ἀπεψίαν? Quid hoc? An de integro alterum prandium inchoandum? Nam qui ista discutiat, nostrum hîc nactus es neminem. Non enim Lituani sumus. Et hinc surgendum est, ut quantum præteritis nõ potuit diebus, præ turba multa, id adeò hodie faciamus: atq; aliqua in re frugi hoc tam pingui otio, quod Cauri, niviumq; beneficio paratum est, perfruamur. Neminem enim arbitror tam vel negotiosum, vel

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 26 sur 521

animo ſoluto, ut domo velit efferre pedem. Et mulieribus edicemus, nobis eſſe negotium benè magnum, ac ſerium: cujus cauſa me huc contulerim. Poſtquam conſiliorum inierimus rationem: tum facti, cujus eas haud quaquam pigeat, participes facturos. Atq; heus tu (unum è ſuis vocans) hæc illis ita relata curato, ut à nobis dicta ſunt. Ille tum abiit. Alter, cujus hoc ſemper officium fuerat, dum placentem ſecat: Quid, inquam, Minuti, ſtomachari? quod hîc caſeoli, cruſtula, cremores, coloſtra, fructus, condimenta tot adſunt? An excidit tibi, Saturnalibus hæc olim, miſſilia quæ dicerent, fuiſſe? Hodie ſunto nobis Saturnalia, ſed literata. Eſt enim Saturnus ſidus ſecretioris illius ſapientiæ: quæ ſempiterna conſtantia ſui ſimilis, quoniam nihil extra ſe habet, infinita ſcilicet, recurrit in ſeipſam. Quapropter ille ſuos voraſſe liberos creditus eſt: ut unde illi principium ducerent, eodem quoq; videlicet ad ſuum finem, reducerentur. Rhea perennis ille fluxus eſt (quod & nomen indicat) ſuiipſius contemplationis: ex qua gignit id ille, quod, uti dicebamus, reciprocat in eundem. Nulla namq; in Deo rectæ lineæ fit deſignatio, quia caret extremis. Ne verò circulari ſola illa intima cognitione ſemper oblectaret ſeſe: quin eam proferret, atq; produceret ad ſui participationem: infinita bonitas oblata eſt ei, ab ipſa contemplatione, id eſt à Rhea, Bætylon. ſic enim lapidem vocant illum ſuppoſititium. Quocirca ſervati ſunt liberi tres, alius poſt alium. Primum igitur eſt rebus communicata vita. Hoc ſanè Iuppiter agnoſcitur, vitalis

autor

pc æſtum Latini dixere, ut apud Horatium videre
t: propterea quòd quemadmodum quæ fervet aqua,
lore ſublata in ampullas, reſidit rurſum: ita in ſe re-
pitur unda denuò, quæ ſeſe litori applicuerit. Altera
aris agitatio eſt, quæ de Lunæ curſu pendet. Eam
amq; ſub certas uſq; metas ſequitur, quoad relegat
ractum iter. Hic eſt ille motus, cujus ſemiſſem, non
nitatione, ut ii, ſed revera cœli more ſeſe urgens, atq;
lem fugiens perpetuò rotetur. In Occidentem enim
uit ſemper impetus Oceani Maidegaſcaritæ. Tertia
erò gyratio adeò mirabilis eſt, ut a paucis cognita,
ultorum inſcitia ſit exploſa. Cum tamen nihil ve-
ius ſit, quàm fluviorum agmina, quæ ſeſe in alveum
volvunt maris, ſubterraneis recepta cavernis eò ſubi-
e, unde rurſus demittantur. Hujus tam difficilis ſen-
entiæ demonſtrationem extraordinaria opera expli-
avimus in exotericis. Nam proprius locus eſt in quin-
o noſtrarum nobilium exercitationum. Nónne vide-
ur vobis meritò Neptunus Jovis frater, aliqua ex par-
te conſors imperii, referre parentis illius divinitatem?
Vita enim hæc in motu, & à motu primo. Et memi-
niſtis, haſce aquas ab illis ſeparatas. Quid? De aquis
quod dicamus, nihil eſt præterea? Imò maximè. Nam
quod de vitæ hîc tum conſtitutione, tum redintegra-
tione dictum eſt, ad ea quoq; ſpectat corpora, quo-
rum forma nullius capax eſt beatitudinis. At enim-
vero ipſi homini, cujus gratia cuncta hæc molitus eſt
primus opifex, ab eodem vita eſt duplex deſtinata.
Una hoc in communi templo rebus omnibus: altera in
æterno

æterno illo domicilio: cujus ipsemet Sol sempiternæ l
cis autor, absq; ortu, absq; occasu diem facit. Cuj
opulentia, in tanta ac tam varia civiũ inæqualitat
unius, uniusmodi, unius immensitatis spiritus illius
qualis est. Sic inexplicabilis illa Sapientia, posteaqu
vitæ radiis consuluit huic primæ constitutioni, comp
ravit deinde perpetuitatem: quæ ut nullius egebat in
staurationis, ita voluit illa, ut opus haberet aquis, hu
manæ quidem caligini haudquaquam notis: quarum
signa essent eæ, quibus præest Neptunus ille: unde no
men ei quoq; fuit à lotione attributum. Id enim faci
in ipso νίπτειν. quod in Acheloo (hoc omnes aquas Græ
ci nominabant) λούειν. Ne vos fallat illorum authori
tas, atq; abducat à veritate, qui à nando Neptunum
sane quam populariter deducebant. Sed ut à verto Ver
tunus, à portu Portunus: sic à νίπτω Neptunus: à qu
etiam, nitor. Neq; Jovem igitur, uti dicebamus, in s
resumpsit, neq; Neptunum: neq; verò Ditem, quòd i
rerum est earum meta ultima, quæ termino finiun-
tur. At ille quo, quando, quoto finiatur? Hæc me ita
vestigantem attentè Minutius observabat. Inde cæte-
ris tacentibus, ô Scaliger, inquit, quanto sunt suavio-
res aquæ istæ tuæ, quàm preciosissima vina illa, qua
dubium è Vasconia, Provincia, Cantabria, in tuum
allatis, atque depactis vitibus, suburbanum, propi-
nabas. Jam verè latices sunt hi, qui adeò latue-
runt hactenus, ut ne guttam quidem ex tot Sapien-
tum fontibus gustare licuerit. Bone Deus, quantum
jactura sit ab iis, qui te non audiunt. Imò verò ab
iis, quî

', qui me audiunt, inquam. Audit verò perver-
turbæ colluvies hæc quotidie, quicum mihi nun-
uam potuit convenire: nempe quando ſuus cuique
gioni (ſicut elegantiſſimè canit hic Augerius) genius
t: quomodo aut ab iſtis ego, aut iſti meis dictis bea-
ores fiant: ſi cujus terræ ſeſe ridiculè jactant indige-
as, ea mihi fatorum aſpera, immiti, inexorabili, in-
icta illa neceſsitate pro exilio, atq; ut verius dicam,
ro ſupplicio data eſt? Quare non, ut ille ſolebat, nun-
uam minus ſolus, quàm cum ſolus: ſed ut nos, nun-
uam magis ſolus, quàm cum iſtis. Verùm haſce rugas
frontibus explicemus. Guſtate modò placentam: rem
obis quidem novam, vel quod antehac nullam for-
aſſe videritis, vel quod ejus novum nomen à nobis ex-
pgitatum inter Ariſtophanea non importunè referri
otest. Quid id, inquit ille, nominis eſt? Ariſtoteles,
nquam, γλωττὰν vocat: ubi vox quæpiam certæ na-
ioni, aut oppido peculiaris eſt. γλωττὰν hanc ego
ex ii maritimis Liguribus iis, qui à Niceæ tractu ad
l iſcum uſq; litus pertinent. ὁλόδειπνον, & ὁλόδορ-
ον, vocari juſsi. Hoc namq; ſolo cibo prandium inte-
rum, opiparam cœnam conficiunt ſæpè. Bene, inquit
'errerius, ſit latronibus illis: ſunt enim piratæ omnes,
itq; graſſatores. Neq; mare, neq; terra ab illorum ma-
eficiis tuta ſunt: perfidiis commercia produnt: exce-
tos viatores morte afficiunt, aut in Africam venum
ranſvehunt: excurſionibus vicina, longinqua, hoſti-
ia, fœderata æquè, omnia infeſta faciunt. Quid, in-
uit, ergo Minutius illis benè vis? Quia, inquit ille, ſuis
moribus

moribus facetas efficiunt orationes. καλόβιοι nam & βίωτοι sunt. Et suavissimi cibi, mihi quidem vide tur authores: si modò tales πλάκας conficere nort illi. Imò, inquam, multò elegantiores. Et clement apud eos cœlum, quàm bonitatem hominibus abjur vit, in herbas maluit transfundere. Et versatili atr ingenio, in quod intendunt, id præclarè præstant. tu, inquit ille, quibus præsidiis nunc herbulas tuas iniquissimi Septentrionis feritate vindicasti? An qu tuus ille popularis: tu sub eo natus atq; educatus al quid cum ipso habeas constitutum? At tu semper, in quam, delitias facis. Artis tamen nonnihil hîc. Et e operæprecium vobis eam non nescire: saltem, ut a acetaria etiam alienissimo tempore paratas herb habeatis. Quî fit? inquit. Res, inquam, perfacili Quas tibi velis immunes pruinæ, gelu, nivium, in a reolam tempestivè conjicito. Eis tentoriola ex arun dinibus & phalis excitamus. Stramine superinject conteguntur. Neq; verò satis. Filiceis ramis benefo liatis herbæ ipsæ sunt insternendæ. Certum est hoc mu nimentum adversus quaslibet injurias hyberni cœli In asparagorum verò pulvillos, ne eorum capita, qua illico sub terræ cuti subsunt, urantur frigore, colum- binum fimum corbe incernunt. Ita etiam curatur, ut & commodius habeant, & celerius enascantur. Bene est, inquit Minutius. At tu audebisné hodie nos acci- pere merenda luculenta, ex tuis herbis illis, quas tam- diu dolemus latitare, neq; terra potius tegi, quàm per- tinacis animi dissimulatione? Nam quando nobis eas

videre

idere licebit ſaltem, ſi guſtare non licet? Non, in-
uam, hodie. Vides enim, quæ quanta cœli facta ſit
n earum perniciem conjuratio. At hîc, inquit, ad
nem, ſi prodeant ex ore tuo, nihil eis ab externis in-
mmodis periculi. Age modò, aperi hortos iſtos tuos.
Quin ſaltem, ſubdit Ferrerius, quando tu non vis fle-
ti poſſe: adjuta nos amabò ad cogendum hunc Baiu-
um, ut ex hac materia promat aliquid ſeipſo dignũ.
ttulit enim ſecum, ſi neſcis, Ariſtotelis duos libros de
lantis, non antehac vulgò viſos, ut ſolet, pro com-
meatu: non ſine accuratiſſimis, quos ego & apud eum
ridem, & in bibliotheca modò, cum Minutio vidi,
ommentariis. Et puto te non aſpernaturum tam bel-
am occaſionem audiendi ſuper h re philoſophorum
rincipem diſputantem, ex ore præſertim maximi
hiloſophi. Ad quem ego: An mihi quicquam gratius
eſſe queat, quàm & onus transferre diſputationis in
umeros validiſſimi Herculis? Et haurire de præcepto-
is fontibus mihi hactenus ignota dogmata, per mun-
diſſimos alveos derivata? Et experiri, quàm gratio-
ſus apud Baiulium, ſi vobis id negavit, eſſe queam?
Poſtremò, hæc de illius iudicio metiri, atq; perpende-
re, quæ me deſtinent in ancipiti, quominus Hiſtorias
meas de plantarum natura divulgandas eſſe du-
cam? Neq; profectò tanti fecerim ſalutationem ve-
ſtram: quippe cuius frequentia creberrimis literis ve-
ſtris ubertim frui licet: neq; præſentem conſpectum:
eius enim abſentiam, quandocunque lubet, abeſſe
rogo, atque etiam iubeo perpetuis imaginibus &
virtutis,

virtutis, & amoris erga me veſtri: quantum aud
libet, doctiſſimum atq; ſapientiſſimum virum, de
Naturæ partibus, ex admirabilis oraculi ſententia d
ſerentem: quæ & per ſe graves ſint, propter inexplic
bilem penè ſeriem, atq; connexionem, πολυχοΐαν ea
cauſa Theophraſto appellatam: & ab authoribus eſſ
ctæ difficiliores, ob ignaviam veterum, recentiorum t
meritatem, nominum confuſiones, aut mutatione
ſeculorum intervallis, regionum diſtantia, regnoru
everſionibus. Inde converſus ad Bajulium, orare eum
ſeſe nobis tantillum daret: neq; committeret, ut pl
potuiſſe preces viderentur, quàm jus & amicitiæ, qu
habet omnia communia, & literarum neceſſitud
quæ viris ſapientibus à Deo videntur impertitæ: u
quod ab eo gratis acceperint, optimo cuiq; reponan
non inviti. Hic ille, ut eſt omnium bonarum artiu
tum feliciſſimus alumnus, tum facillimus adminiſtra
tor: Mitte me, inquit, orare, ut faciam, quod ultrò fa
cturus eram, modò id ita vobis cordi eſſe intelligerem
Quamobrem neutiquam poſtulo, hoc ab ullo veſtrum
gratiæ apponi mihi: præſertim cui neq; conducibiliu
ad ſcientiam, quam enixè quæro, neq; honorificentiu
ad gloriam, ſi ambitiosè quæram, evenire poſſe reor,
quàm te in tuo regno habere mearum actionum ſpe-
ctatorem. Quanquam ut libens tua maximè cauſa fa-
cio, ita invitus ut facerem, tuo exemplo moveri pote-
ram. Qui enim amplius viginti annos, niſi illi dilapſi
eſſent, oſtentare potes in hujusmodi perplexiſſimis diſ-
quiſitionibus explicatos, comminutos, exactos: qua-
lem ani-

m animum re adimis nobis, quem verbis addere vi-
eris? Dicam tamen cum hoc meo libello, quid sen-
iam: atq; in eum, si quid à vobis evaserit mihi alior-
um, atq; sperabam, id incommodi refundam. Tum sic
epit: Ego hanc philosophiæ partem Musarum tri-
odi sæpenumero solitus sum comparare. De quo Plato
n quinto de legibus ita scribit: Super illo poëta cum
derit, minus esse sui compotem. Sic nobis de planta-
um formis, differentiis, figuris, facultatibus, causis,
eneratione, verba facturis, quid asseverandum sit,
lerumq; me nescire fateor. Sequimur enim venato-
es sæpenumero vestigia canum, aut negligentium, aut
nertium, aut malignorum. Vestra tamen modestiæ
retus, atq; taciturnitate (neq; enim, si quid erravero,
oras elaturos) audebo quàm accuratissima, quæq;
otero simplicissima oratione, sustinere veritatem. So-
a enim hæc utriusq; fortunæ regina est. De qua idem
n libro, quem ipse inscripsit quintum, divinum ego
vocare consuevi. Quippe in eo non tam de suo dare le-
es, quàm de cœlo deducere videtur. Sic igitur ait ibi:
ἀλήθεια δὲ πάντων ἀγαθῶν ἡγεῖται θεοῖς. Itaq; veluti
Solis lumen, sic Dei veritas assecla est: imò ipsemet ve-
ritas. Quòd si quando vel attentior, vel etiam paulò
morosior vobis visus fuero: ne quæso me ad id animi
vitio potius inclinari, quàm propter rerum subtilita-
tem cogi credere velitis. Nihil enim viro studioso præ-
termittendum censeo, quod ad pleniorem sese offerat
contemplationem. In memoria namq;, atq; etiam in
promptu semper habenda sunt illa verba, ex eadem

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 34 sur 521

officina: φιλόσοφον ἐνθυμητὸν σοφίας, ὑ τῆς δε τῆς
ὑ, ἀλλὰ πάσης. At quæ verba subdit? τὸν δὲ δὴ ἀχε
ρῶς ἐθέλοντα παντὸς μαθήματος γενέσθαι, καὶ ἀσμε
νως ὅπῃ τὸ μανθάνειν ἰόντα, καὶ ἀπλήστως ἔχοντα, τοῦτ
δ' ἂν δικαίῃ φήσομεν φιλόσοφον εἶ). Glaucon verò, qu
suscipit orationem, non solùm evasit philosophus, se
etiam repentè divinus factus est. Ad hunc enim mod
de obtrectatoribus otiosis ac saturis nostris vaticina
tus fuit, πολλοὶ ἄρα, καὶ ἄτοποι ἔσον ταί σοι τοιοῦτοι. Ha
iccirco dixi vobis omnibus, ut me tuerentur ab hujus
Cæsaris judicio, si quid acrius persequerer extra vulga
tas opiniones. Et huic ipsi privatim, ut ad suam digni
tatem satis esse putaret obsequia bonorum. Quin livo
ris fastidia suis virtutibus intelligeret esse multò mino
ra. Nam quid tibi vis? Aut quid quæris amplius? Pla
enim es apud sapientum judicia consequutus, quàm a
pud factiosorum invidentiam amisisti. Habes, quo
paucis bonis viris contigit, clarũ nomen: passus es, quo
sæpè fortissimi cives, obtrectationem: ablatũ est, quo
ignavissimi complures obtinuere, sordidorum favor
Ergo apud vos ita sunt mihi deponẽdæ sententiæ meæ
quasi quisquiliæ illæ audiant: ita sentiendum, quasi t
leges illis dare videaris. Sic & calumniatoris nomen ef
fugiemus, neq; veritati labes afferetur ulla. Cum ade
rotundam, scitam, circumspectam orationem, omnii
nostrum assensione videret exceptam, sic deintegro au
spicatus est: Ego, inquit, libros illos (duo namq; sunt
non sine maximis ærumnis excussi. Cum enim, ut po
stea intellexi, ex Arabico in Latinum versi primum
fuerint.

fuerint: inde Latini facti à Græculo nescio quo, velut
postliminio pristinæ patriæ restituti, me verò nihilo
secius idipsum ignorantem, augusti, ac penè divini no-
minis veneratio illico perculisset: mox quasi Aristote-
lis legenti phrasin arriderent omnia: haud ita multò
post quibusdam offendiculis lectionis cursus retarda-
tus est. Verum vobis ingenuè fatebor: interea devo-
travi nonnulla, satis acida quidem illa, atq; aspera,
quæ pristinæ opinionis meritis, audebant sese pro ge-
nuinis ac probis, & gerere, & profiteri. Ita quæ antea
barbara existimassem, cum sese offerrent nobis in iis
ambulacris, in quibus ego jampridem aram statui ele-
gantiæ, ac veritati, non perinde atq; κίβδηλα, ut ille
solet, sed ut ἀτυχώτατα in Commentarios meos re-
ligebam. Tum porrò monstrosa quædam, hoc ipso ni-
mirum, quod essent teterrima, nec boni cujuspiam au-
thoris nomen referre possent, tuebar ultrò, rejiciens o-
mne crimen in scriptorum incuriam, seculorum bar-
bariem, temporum injuriam: quid non? Donec eò tan-
dem ventum est, ut non jam de ludicris, ut ille ait, ac
jocis ambigendū esset, sed de rebus ipsis certo judicio
pronunciandum. Hunc habuit exitum cæcus ille ac
factiosus amor, dū sese mihi detegit supinitas mea. Ibi
quasi philosophi meam vicē miserantis vocibus revoca-
tus, intellexi data esse verba mihi, ita ut impensè jube-
re videretur, ne suam esse dictionē arbitrarer, sed bar-
bari cujuspiam, atq; etiam infantis, & animadverte-
rem dissidium sententiarum, quando prioribus non
subscriberent posteriores. Illæ enim cum viderentur

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 36 sur 521

ex illius officina prodiisse, has alius authoris esse prodi-
dere. Quid? inquit Minutius, ain tu? Libri illi non
sunt Aristotelis? Non isthuc, inquit ille. Quin potiu
hoc ago nunc, & curo, ut vosmetipsi judicetis. Est apu
Laërtium, duos hoc ab illo conscriptos argumento. Me
mineram ex quinto historiarum, suos de plantis agno
scentem libros. In primo de generatione animaliũ, neq
scripsisse, neq; nõ scripsisse, scribit his verbis: περὶ μ φυ
τῶν, αὐτὰ καθ' αὑτὰ χωρὶς σκεπτέον. At in extremo ejus
dem, jam à se peractũ dicit: ἔσκεπται, inquit. Avenroi
quoq; in primo Physicorum, ubi ait Philosophus, pos
universalium cognitionem descendendum a principiũ
ad composita naturalia: ibi Arabs particularia docet
intelligenda, cujusmodi sunt metalla, plantæ, anima-
lia. Verum de metallis, inquit, nullus extat liber: de
plantis verò habemus duos. Huic igitur anchoræ com-
mendabitis interea phasellum vestrum, dum ego cur-
sum teneo meæ disceptationis. Tum videbitis, in eá ne
statione vobis esse tutius liceat, an conducibilius cen-
seatis, me hac, qua intendo, sequi. Ego quoad rudentes
apto, Ferreri, nisi piget, affer huc libellum è bibliothe-
ca, ubi me deposuisse meministi. Atq; etiam majo-
rem illum alterum, scin? qui sub eo jacet patens, unde
ego Latinæ versionis, quam antehac nullam videram,
certo loco judicium expiscabar. Illo abeunte surgens
Bajulius obdidit ostio pessulum: deinde cum libris re-
verso, sede hîc propter me, inquit, Ferreri, tanquam
triarius in subsidiis. Crebra enim, ac fortasse perpetuæ
opera tua mihi opus est. Scito sanè, tuis auribus ex ore
meo

neo ſententias, oculis in tuo codice lectionem, aliquando etiam interpretationem, certè ſemper trepidationem aſſequendam eſſe tibi. Ubi ſeſſum eſt, *ſic incepit ille:*

Ariſtoteles cum ſcientiarum orbem univerſum, vel ſolus, vel cum paucis intellectione complexus eſſet: eaq; omnia in animo haberet, tanquam altera natura, ſuo quæq; ordine digerere: tum ipſam propterea naturam certa librorum ſerie diſpoſitã ordinare: coactus eſt adverſus philoſophos quoſdam extra ordinẽ diſputare. Cujusmodi commentationes à diſcipulis exceptas ejus nomine circumferri videtis. Etenim qui commentarii contra Zenonem, & Xenophanem, tanquam ab illo conſcripti leguntur, illius quidem inexhauſti fontis perennes aquas ſapiunt, alveos tamen aliorum eſſe, manifeſtum eſt. Ergo cum inter philoſophi veras ac legitimas lucubrationes referat idem Laertius, facilè convincitur, quos recenſet, non omnes perlegiſſe. Nam & pleroſq; alios ab eodem enumeratos, diſcipulorum exceptos ex dictantis ore, atque confectos eſſe puto. Quemadmodum contrà, ex nobiliſſimis aliquot ſunt in ea recenſione præteriti. Præterea videmus eadem argumenta tum ab illo tractata primùm, tum ab aliis poſtea repetita, aut acta commentariis. Nedum ut vererentur, quæ injuria temporum interiiſſent, quibuscunq; ſcirent modis, inſtaurare. Quo in numero, plantarum item libros arbitror reponendos. Id quod ut propius, accuratiusq; videamus, Ariſtotelis inſtituta cognoſcenda ſunt. Principiò illud ejus divino judicio

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 38 sur 521

factum est, ut nihil usquam, nisi unum agat. Nihil enim deformius philosopho, qui ab signis discedens, à veritate imperatrice nostra notatur ignominia. Quas ergo leges ipse præscripsit sibi, eas alius quoq; fixit. Docet hoc nos simplici præceptione in libro Poëtices, unde suum illud accepit Horatius: Sit simplex duntaxat, & unum. Ita verò esse faciendum probat invictis argumentis, in Posteriorum primo. Interpres Naturæ philosophus est, atq; imitator. At illa nihil, nisi unum, agit. Quippe unum est, quodcunq; est. Præterea constanter illud quoq;, ut seriem disponat, & ab universalibus aut notioribus incipiens nihil immisceat alieni. Quibus legibus tantum abest, ut iste noster usus sit, ut vix prudentis modò viri nomen retinere possit. Quatuor ex naturæ decretis proposita nobis sunt. Primùm, historia plantarum: quæ veluti aurium pictura quædam est. Alterum, earum differentiæ, quibus species constituuntur. Tertium, causæ, non quidem specierum: nihil enim medium est inter definitum, & definitionem: sed causas accipimus, aut partes, ut materiam, & formam: aut partium, atq; earum accidentium fines. Exempli gratia, quæ forma? Anima, non simplex natura. Quæ materia? Elementa passa corruptionem, ut excellentiùs essent in essentia nobiliori, quod lignum appellatur. Quare brachia, & ab iis rami? Ut diductus humor opportuna mensura distribueretur ad frondes, flores, fructus: ideoq; commodius accipere vim cœli posset ad perficiendum. Quare sapor pungit, aut secat? Quia calidus. Quarto loco de genera-

eneratione quærendum est. Quem modum atq; ordinem in naturis animalium & diligenter observavit, & exactè est exequutus. At iste noster exorditur à substantia, continuò dilabitur ad differentias. Neq; eas rum explicat, apponit aut consilium, aut causam: neq; adjungit exempla, præter pauxilla ea quidem, atq; ut ita dicam, febriculosa. Sed & quod pessimum est, neq; plenè rem exhaurit ipsam, & à propositis argumentis abhorrentia quamplurima commiscet. Veluti de aquarum generatione, de arenarum substantia, atq; etiam, si per vos licet, de terræ motu. Quæ quis nescit, in Meteoron libris jampridem excussa esse? Hæc igitur hîc, ut ille, Plato, Theophrastus, Galenus dicere soliti sunt, ὡς τύπῳ, vobis objeci, suo quæq; diligentius examinaturus. Nam ut quàm modestissimè loquar, indigna videbitis interdum vel primis philosophiæ rudimentis. Hîc Minutius humana judicia vehementer admiratus, Deus, inquit, bone, quàm mira narras Bajuli. Verùm ut liberasti me ea solicitudine, ita injecisti scrupulum, cujus offensione animus nequit conquiescere. Quid isthuc? inquit Bajulius. Quia enim, inquit ille, nō penitus nihil fuisse reor illud, quod viros hosce doctissimos excitarit, vel ad inscribendum, vel ad inscribentium consilium approbandum. Ad hæc Bajulius paulò hilarior, Ergo, inquit, etiam vis me divinare tu. Dicam tamen, quod mihi videtur. Multorum ingenia me fuisse admiratum, judicium in paucis inveniisse: motos tamen suspicor non pessimis rationibus. Nam cum Philosophi libri de plantis inter-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 40 sur 521

cidissent, & de numero conveniret: filum ipsum disputationis adversus antiquos aliquam faceret opinionem: brevitas morem, modumq; divinæ orationis adumbraret: boni viri verba sibi dari facilè passi sunt. Quarum rationum illa, quæ declarabat, quemadmodum Priscorum placita diruit, tantum potuit, ut ad eam quoties respexissem, vix pro me facerem. Consuevit enim ille, positis veterum sententiis, atq; dijudicatis, tanquam ignem è collisis lapidibus, sic elicere veritatem. Hoc quoq; libro tam diligenter atq; acutè disputatur contra Pythagoram, Empedoclem, Anaxagoram: ut Aristotelem loqui putes ipsum, non dictare discipulum. Fuit & aliud indicium satis, ut putarunt, validum. Quodam enim loco refert sese ad libros suos Meteoron. Verum alii quoq; Meteora scripserunt. Sic enim Albertus etiam loqui potuit in suis lucubrationibus de natura plantarum. Habetis, opinor, argumenta, quibus & illi sunt decepti, & alios fefellêre. Cui Minutius, Et tu quid ad hæc? Ego, inquit ille, si sapientior hujus esset oratio, si sententiæ firmiores, admiserim haud invitus rationes. Verùm pleriq; locis adeò puerilis, putida, inanis illa est: ut ab inimicis Aristotelis supposita videri possit: quo de jure illius divinitatis, cujus incomparabili sapientia cæteris in libris sese principem ostendit, aliquid hac calumnia detraheretur. Nam quòd veri libri de plantis periere, communem cum aliis fortunam in eo nacti sunt. Brevitas verò hujus adeò brevis est: ut etiam manca ac mutila, sententiam, ut ita dicam, suffocet ipsam. At divina

brevitas

revitas præceptoris cum ipso naturæ opere contendit ta ut fucus addi, non res ulla, queat: deponi verbum ne rerum detrimento, sine veritatis pernicie nequeat. ta nihil aufert otioſi, ut nihil omittat neceſſarii. Iſte ò igitum vix intendit: abitq; prius penè, quàm deat. Ita arceſſit ſupervacanea, ut præterfugiat neeſſaria. Illud verò, quod adverſus philoſophos diſputat, more totius Lycei fit. Quod ex Academia mollius utq; laxius acceptum nervoſius exercuere. Sic, inquit Minutius, exiſtimandum eſt. Nam ita affectus jam ſum, ut propemodum putem, iacta eſſe ſemina quædam aſſenſionis meæ. Cæterùm ut enatis cultus aliquid adhibeatur, cedo, cujus eſſe cenſebas tu? Ad quæ Bajulius: Dubium equidem conquerebar, quòd me augurem agere juberes: nunc verò etiam, uti video, Apollinem vis efficere. Neq; enim ſine magnarum, abſtruſarumq; artium cognitione divinare poſſum. Divina igitur, inquit Minutius: Nam te nihil latet artium, quæ & bonum, & ſapientem, & divinum efficere potuerunt. Quas non iſte Græculus Apollo, ſed ineffabilis ille ſpiritus, largiſſima, munificentiſſimaq; ſua collocavit manu. Age ut vis, inquit Bajulius. Reor è textrina Theophraſti detracta fila quædam: iisq; clavos additos, tametſi neq; aureos, neq; purpureos. Quòd ſi protinus authorem tibi dari vis, ad Arabum diligentiam propius accedit. At enimvero, inquit Minutius, à Græco ſaltem ſcriptos ſuſpicabar: quamquam tibi aſſentiebar, quod de Ariſtotele negabas. A Græculo balbutiente verſi ſunt, reſpondit Bajulius. Id quod ipſe-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 42 sur 521

met, quasi Q. Mumium profligarit, in fœdissima præ-
fatione sua, quam postea legi, gloriatur. At scin qu
modo? Quo adducor, ut suspicer interdum, quem
piam semilatinum ineptire ultrò voluisse. Quippe u
omittam, quàm infeliciter græcisset, tanta ejus in præ
fatione illa putidula infantia est, ut fatear ingenu
multis in locis me nihil intelligere potuisse. Ejusmod
profectò, quam κακοζηλίαν veteres appellabant: eg
verò καταιολογίαν, ut quandoq; fastidium diluere co-
gar miseratione. Attribuêre viri docti, alius alii. A
quidem qui aliorum viderim nihil, Planudem autho-
rem facienti malim assentiri. Extant enim illius aliis
in libris similis vestigia semilatinitatis: in quibus si
quis pedem ponat, haud ita longè ab hujusce locutionis
idea perducetur. Vel hæc videritis, quæ de scholasticis,
quæ de Ovidianis versiculis depravavit. Ergo aliter ei
cecidit, atq; aliis evenire consuevit. Quippe è Græcis
haud ita bonis (ne quid privatim de Herodiano dicã)
nitidiora faciunt Latina, quo consulant ignaris exo-
ticæ literaturæ. Iste verò ex Latino fortasse non malo
(non enim mihi videre contigit) adeò Græca interpo-
lavit, ut ne à popularibus quidem suis percipi queant
satis commodè. Quæ ut exactius cognoscantur, unde
pristinam deponamus opinionem, particulatim o-
„ mnia sunt inspicienda. Et in animalibus, inquit, &
„ in plantis vitæ ratio comperta est. Verùm in anima-
„ libus manifesta, in plantis non item.

Optimum quidem à forma principium. Est enim plantæ forma, vitæ actus, quam vegetatricem vocant animam.

imam. At quare in animalibus apparet vita, in
ntis non apparet? Nam vita percipitur aut ex mo-
, aut per incrementū, aut ab aliis officiis: non à mo-
simpliciter. Elementa namq; moventur, nec tamen
runt. Tantò minus præscribitur motu voluntario.
æterea (dicamus aliquid non vulgare) motus ani-
alis ab elementorum motu non differt, qua motus
t. Cum enim sint à Platone & Aristotele tria gene-
posita, à medio, ad medium, circa medium: non a-
s, quàm iis movetur animal motibus. Sed primò, &
r se, & necessariò insunt alicui corpori: secundaria
ıtione (sic est nobis loquendum cum philosophis de
hilosophia) deinde insunt aliis per illa. Eo tamen dif-
runt, quòd leve movetur in animali voluntario mo-
u deorsum quoq;. Verū hoc ita illi accidit, sicut aquæ,
quando sursum movetur à non voluntario. Ad hæc,
oluntarius tametsi est in animali, primò, & per se: nō
amen ineſt omni. Quamobrem ne in animali quidem
er eum fieri queat de vita demonstratio: siquidem a-
imalia nonnulla nunquam mutant locum. Quale est
Muricum genus adhærens saxis, nobile divini carmine
Maronis. Et ea, quæ Tethya philosophus, Theodorus
Tubera, mihi placet Papillas appellare. Oportuit igi-
ur discernere vitæ rationem per eas differentias, quæ
viventibus omnibus competerent. An igitur fuerit in-
crementum? Accipio nunc τὸ φυτικὸς crescere. Neq;
enim convertuntur inter se: omne vivens crescit: omne
crescens vivit. Prior namq; falsa est. Sed sic: aptum
natum crescere. Quare ne hac quidem via est, quam
insista-

inſiſtamus: quandoquidem ætatis certæ parti attributum eſt crementum à natura. Alioqui adulta quæ ſunt, mortua dicerentur. Nam tametſi vivens omnis nunc augetur, nunc diminuitur: (is enim eſt νοῦς Anaxagoræ) nequaquam tamen iccirco dicatur creſcere. Augetur id, cui reponitur ex alimento ſuppletum in defectæ partis loco. Id quod etiam ſenibus accidit, quoties oppletur cavum intus non auctis partibus. At illud creſcere judicandum eſt, cum apponitur omnibus dimenſionibus quantitas. Intelligamus etiam ſubtilius hoc. Ubi omnes dico dimenſiones, tum accipio, quot à natura debentur, per id temporis negotium peragente: ne quis objiciat fortaſſe juncos, aut jumenta, quæ dicuntur ſtatis temporibus ſolius altitudinis explere menſuram. Lapides enim non creſcunt, ſed augeſcunt. Hanc loquendi legem, quæſo, condonetis mihi ex philoſophicæ militiæ prærogativa. Sic obtinebit augmentum generis proportionem ad incrementum. Ut illud ſit appoſita cujuscunq; modi quantitate: incrementum fiat per occupationem quoquoverſum capacioris loci, ex promotione ambitus extimi, admiſſis intrò partibus, mutatis, atq; unitis. Non enim compreſſa ſpongia, ſi dimiſſa dilatetur, creſcet. Majorem illa quidem occupat locum diffuſo ambitu exteriore: at id, quod recipitur intrò, neq; pars ejus eſt puta aër, aut aqua: neq; cum partes nō ſint eæ, queunt uniri. Unum fortaſſe mathematicum eſt: unum naturale non eſt. Arbitror autem verbi hujus vim multò eſſe validiorem, quàm ejus poſtulent principia. Videntur

tur namq; de carne primùm dicta vox hæc ex eo, od erat κρεάζειν, unde fuerit Aeolensibus, quos La- i sequuti sunt, κρεάσκω. Non defuere tamen, qui pides quoq; crescere arbitrati sint: quos etiam, si Lu- æ placet, parere nugarentur. Quemadmodum de earcho recitat Themistius. Quam stultitiam emol- ipse ibi, sed satis molliter. Ait enim lapides æquivo- parere. Hoc ea de causa, ut diceret, adductus est: ὸd lapidem quendam Aetiten appellant. Ex iis u- um, tametsi magno emptum cùm fregissem, animad- rti massam ex humore concretam. Cavi superficies rtim æqualis, ac lævis, partim pustulata videbatur. larum guttarũ aliquam à cætero corpore delapsam, eo sinu non tam partum lapidis, quàm fœtum esse. ui nisi manu nostra, tanquam Bacchus alter edu- us fuisset, etiamnum intus manens Elephanti pro- erbium in se facilè transferre posset. Cæterum in hac ulgatissima re non vulgaris est difficultas. Auditur ntus lapilli motus à sono. Auditionis igitur facultas fficitur specie non materiali. Non enim exire potest ër inde, qui sese in aurem insinuet. Et illa maxima ubtilitas. Sonus ab auditu percipitur, neq; propterea amen quid rei sonus sit, ab eo cognoscitur. Verum ad proposítum. Animæ primariæ, ac principis officium cùm sit intelligere, neq; ab ejuscemodi functione pos- sit attribui plantæ vita: proximè verò animæ vis sit, sentiendi, ac manifesto comprehendere nemo queat, an plantæ sentiant, tum autem alias quoq; potestates sive harum duarum, sive tertiæ Themistius agnoscat ex Ari-

ex Aristotele tres, alendi, augendi, gignendi, illis pr
ribus addat Jamblichus etiam quartam, movendi:
neq; à motu, neq; ab incremento vitæ possimus in
rationem: reliquum omnino est, ut perspiciamus,
facultas alendi præbere nobis velit huius indicii sp
ciem, ut in plantis vita per eam deprehendatur. Pr
fectò sola ejus consideratione in cognitionem vitæ d
duci posse videamur. Veteres autem, quorum ingen
multis difficultatibus ob rerum novitatem circumv
niebantur, à sensu solo judicium mutuabantur. Qu
ratione qui in plantis non esse sensum intelligerent, vi
tam quoq; negarent. Qui vitam attribuerent, etian
sensum assignarent. Nam neq; ab officiis vitam ipsam
colligebant illi, & non facilè adducebantur, ut cre
derent, à fructibus aut foliis argumentum vitæ de
bere comparari: propterea quod existerent plantæ
quæ carerent iis. Qui verò vitam ipsis à natura da
tam intelligerent: quia sensu quoq; præditas arbitra
rentur, ii somnum quoq; capere profitebantur. Quasi
cum essent vacuæ atq; otiosæ à muneribus suis, ad
quietem diverterentur. Adversus quos in præsentia
disputatur. Verùm quibus modis autor primùm, qui
bus verbis interpres deinde, videamus. Ac primùm qui
dem ait, in animalibus apertè cognosci vitam, in plan
tis non constare. At equidem, ut jam patet, vitam,
quatenus vita est, in utrisque æquè difficilè cognosci
posse docui: si quis ea, quæ propria natura, sola, so
lam, semper, vitam comitantur, adducat ad facien
dam fidem. Nam quæ de vi generandi, movendi, sen
tiendi,

ndi, intelligendi, crescendi, suprà dicebamus, ea o-
ia nobis afferunt difficultates. Multæ namq; plan-
nunquam, nullum animal semper, aliqua nun-
am generant. Sola potestas alendi, κατὰ τὴν ἐύτε-
δοχὴν, ad id fuit idonea. Idq; apud Sapientes tan-
m, atq; in rerum natura exercitatos. Ejus tum ma-
riam, tum effectionem vocat Galenus τροφὴν, usus
nuni voce Aristotelis, è secundo de generatione, &,
inor, ex libro, quem fecit idem philosophus, huic ar-
mento privatim dicato. Opinor, inquam, propterea
uòd cum ad eum nos alleget, nondum Græcè legimus:
Arabico autem versum habemus unum, unde Gale-
us optimas quasq; sententias transtulit in suos. Plato
octavo de Repub. & in septimo de legibus, etiam pro
lucatione, atq; institutione usurpat. Hæc cùm dixit
utor, porrò pergit ad concludendum, quod è re censea-
ur. Ait ergo, proponendam quæstionẽ, optimo quidem
onsilio. Præcedit enim quæstio conclusionem, conclusio
ientiã. Verum ipsa in quæstione paulò minus accura-
è loquutus est. Πότερον ἔχουσι τὰ φυτὰ ψυχὴν, ἢ σώμα-
μιν ἐπὶ θυμίας ὀδώδης τε, καὶ ἡδονῆς, καὶ διακρίσεως.
Neq; enim cujusvis animæ est, habere hasce omnes
otestates: sed aut sentientis solius, aut ejus quæ ipsam
continet sentientem, quemadmodũ in tertio de animæ
declaratũ est. Aristoteles ita consuevit alibi: ita dixis-
set hîc: Utrum habeant plantæ animã. Deinde si ha-
bent, alendine, augendiq; solis potestatibus ea prædita
sit: an etiam moveantur appetitu: sentiantq; dolorem,
ac voluptatẽ, & an habeant dignoscendi facultatem.

Caterùm

Cæterùm excusandus est, quoniam Pythagoras, ej
successores, de quibus mox, vires hasce à nulla an
segregavit. Quid enim disjungeret ille potestates,
diversas substantias animarum uno in corpore, q
in ergastulo, aut catasta concludebat? Experian
autem, Græcé ne possimus eam, quam dicebamus, s
tentiam ἀειζοτελίζειν. Audebo? ἔχει ἢ οὐχὶ τὰ φ
ψυχήν. καὶ εἰ μὲ ἔχει· πίνα δέ. τῷ κατέχουσιν τῆς ἐ
θυμίας, καὶ λύπης, καὶ ἡδονῆς· ἢ τῷ αὐξητικὴν, καὶ
ἀλλοιωτικὴν δ' ὀρεπτικὴ εἰς τὸ ὀρεπτὸν μόνην. Plato v
τὸ ὀπιθυμητικὸν, tametsi facit ἀλόγιζον, non tam
aufert ab eo dignotionem. Ideò dictum est hîc, καὶ δι
χείτεως. Verum enimvero si cognoscit, licet non di
gatur ratione, nihilo secius potentia cognoscit anim
li. Quam appetentiam cum in jecore posuere, min
bene naturalem nominarunt, ut animalis detrah
rent appellationem. Unico namq; fine moventur n
turalia, veluti ad ascendendum, & descendendum.
ajunt, τὸ ὀπιθυμητικὸν dolorem fugere, appetere v
luptatem: propterea quod hoc dijudicat conducibil
illud non. A rationali propterea non suppeditari co
gnitionem: sed ei frenum imponi, tanquam equo, ibi
dem Plato sentit. Quo in libro scribit, τὸ ὀπιθυμητ
κὸν ὑπὸ τῶν εἰδώλων καὶ φαντασμάτων moveri. A
enimvero hoc est cognoscere. Quare jecori divina
tionem attribuit, propter imaginationes, quas etiam
φάσματα vocat. Quod si ita est, alia quoq; in parte
quàm in cerebro, sita erit cognitio. Ac propterea sequi
tur, vel ex ipso Platone, tum spiritus, tum functione
animale

imales alibi quoq; existere, quàm in cerebro. Quo-
m principium in corde esse, nemo nisi pertinax, ne-
re tentaverit: præsertim cum hoc ipsum dicat Hip-
crates, & in quarto de Republica τὸ θυμικὸν in cor-
statuatur. Quod in Timæo vocat ἀνδρείαν ψυχὴν.
nè irascimur nunquam nisi re cognita. Irascuntur
iam sapientes, in quibus habitus nequit consequi
incipia fortitudinis absq; ratiocinatione. Didicit
c à sapientibus Aegypti Plato: à Chaldæis Aegyptii:
uorum è decretis sanctiores omnes literæ dimana-
nt. Chaldæi namq; in corde omnium nostrorum
otuum principia, tanquam in principio posuere.
alenus autem à Platone accepta hæc laxius intelle-
it: oculorum sensum secutus, non aciem rationis. Ve-
um de his non est hic disputandi locus. Descivit enim
le in hoc ab Hippocrate. Neq; verò fidelius à Platone.
le namq; propter cerebrum caput factum censet: Ga-
nus maluit, propter oculos. τὸ θεῖον, inquit ille, κα-
έχον, ac propterea dicit erectum πρὸς τὸ πᾶν, cujus
set simile divinum illud, quod contineret. Sic ille, qui
rætulit alibi ridiculè cordi testiculos, dum ineptè ex
ristotelis calumnia famam apud philosophiæ ignaros
iptat: potuit eodem periculo, ejusdem dialectices sub-
ilitate anteferre oculos cerebro, stipatorem Regi. Hæc
arrabat ille animo maximè sedato, sed intento ta-
nen in dicendo. Verùm ubi me subridentem animad-
ertisset: ut acutissimi, promptissimiq; ingenii est:
Quid agas, inquit, non me clam est. Dum vides me
ersequi jus vestri Lycei contra instituta nostra, vel

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 50 sur 521

meam miraris inconſtantiam, vel ad te reſpectum h
buiſſe me, id lætus es. Erat enim tibi gratificandu
ut commodiore uterer ad hanc rem, quam paro. Na
ubi meus ero, faciam, & me alium, & tibi aliter ſe
tiendum eſſe ſentias. Tum ego, fruar tamen inter
uſura hac tuæ facilitatis: ſemperq; te habebo, quẽ ob
ciam tibi. Novi ego te Bajuli, acerrimo judicio philo
phum, oratorem eloquentiſsimum. Quocirca nos oli
deambulatores, nunc Romani non ſponte facti, quib
ſedendo vincendum eſt, perlibenter patiemur abs te
pote deludi: teq; contra teipſum tam vera, tam ſubt
liter diſputantem æquo animo feremus. Neque eni
audeamus ἄοχνον illud veſtrum oppugnare, αὐτὸς ἔφ
Et ille, Quam toties abs te audivi, minus liberali, a
nobili viro dignam diſſimulationem, tam te exerce
nunc arbitror intempeſtivè, quàm eſt à me, præter ra
tionem, pro Ariſtotelicis diſputatum. Sed ad rem. Ha
beo namq; de plantarum appetentia, quæ nolim obl
viſci. Perſuaſio ſanè feſtiva admodum ab ipſis vitibu
quibus datæ manus videri poſſint. Niſi piget vos meta
phoræ, ac potius cum vulgo malitis ἕλικας, & capreo
los, & claviculas: captant namq; his ſulturas, ac peda
menta, quorum ope ſurrigantur. Eas, inquam, ma
nuſculas animadvertere eſt, diu nimis protentas nu
tare, quoad quippiã apprehendant. Haud ſecus ac ver
miculus proles roris, atq; hoſpes Ocymi facit, dum po
ſterioribus forcipiculis innixus, ſublime tollit caput,
captatq; locum, in quem ſeſe demittat. Ita primu-
lum illæ tentantibus ſimiles videntur: deinde ubi ali-
quid

uid attigerunt, invadunt, atq; advolvuntur illico.
lud à me præterea curiosè observatum est: si quid ad-
t alieni, rarò suis vel pampinis, vel sarmentis obvo-
utas. Quasi nobis instituant persuadere, nolle se na-
uræ consilia pervertere: ne, quod utilitatis ac præ-
dii causa datum est, noxium faciant: néve quo ju-
ari debeant, strangulentur. Ad hæc igitur, atq; alia
alia cum respiceret Anaxagoras, asserebat plantas es-
e animalia. Quinetiam dolere casu foliorum: quibus
einde restitutis vicissim caperent voluptatem. Sic
nim hic scribit author: Empedoclem quoq; putasse, «
n ipsis esse confusum sexum, sive, ut ipse dicit, com- «
nistum. Ejus namq; verba sunt, ἠρόθ κεκερμένον. «
Platonem verò existimasse, iccirco præditas appeten- «
ia, quia indigerent alimento, quod sibi vis altrix & «
ppetat, & interpolet. Deinde hanc Platonis senten- «
iam eandem efficere vult cum superioribus. Nam, in- «
quit, si hoc ita constitutum sit, necesse id erit quoque, «
ut & voluptate, & mœrore afficiantur. Tum illud «
onsentaneum est, ut & somno opus habeant, & «
vigilia. «

Est Platonis opinio hæc ad hunc modum. Humanæ naturæ naturam congenerem aliis formis, & sensibus miscentes ita, ut alterum esset animal. Quibus verbis non solũ & ζῶον vocat, & attribuit αἴσθησιν: verumet-ã ἀνθρωπίνης φύσεως φύσιν ξυγγενῆ agnoscit. Reddit etiam rationem, quare ζῶον vocet. πᾶν, inquit, ὅπερ μετέσχηκε ζωῆς, ζῶον μὲν ἂν ἐνδίκῳ λέγοιτο. μετέχει γε μὲν τοῦτο, ὃ νῦν λέγομεν δὲ τοῦτο ψυχῆς. εἴδους, ᾧ δόξης μὲν,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 52 sur 521

καὶ λογισμῷ, καὶ νῷ μέτεστι τὸ μηδέν· αἰσθήσεως δὲ ἥδεῖ
καὶ ἀλγεινῆς μετ' ἐπιθυμιῶν Et paulò pòst: ζῇ μέ, ἔστ
οὐκ ἄτερθεν ζώω. Ubi divinus ille vir aliter & facie
dum censere, & ipse facere debuisset. De hominis en
partibus dicere cum instituisset, medio in serm
plantarum naturam admiscere aggressus est: qua a
soluta, ad relicta membra redire cogeretur. Hic Min
tius: Quid ages hodie Bajuli? Quem neq; Galeni s
cramentum, neq; Platonis reverentia queat in offi
continere? Nam equidem propemodum mihi hab
videor, quid pro illo tibi respondeam. Hominem cu
ita exædificasset, ut eum intelligeres, & solubilem
inanibilem: oportuit ejus opera exemptos catos ill
δημιουργοὺς, qui tam perfectum architectum primu
essent imitati. Iccirco illorum ostendit apparatum a
instaurandum recreandumq; opus illud suum, ut d
vinis declarat verbis, πικόμενον, καὶ κενούμενον. Du
namq; modi sunt, quibus usu venit, ut cibo nobis op
sit. Aut quia resoluta, aut quia expulsa pars aliqu
nostri sit: cujus loco in adultis tantundem, in ado
scentibus etiam cum fœnore sit reponenda. Itaq; vir i
le nunquam satis laudatus, qui præceptoris Pythagor
constanter insisteret vestigiis, è penu terræ parentis vi
ctum, non ex animantibus immanes epulas volui
suppeditari. Quo consilio fecit, ut eo in loco, in quo de
clararetur corporis indigentia, subsidiarias nihilo se
cius opes ostentaret: non ex barbara consuetudine ju
gulantium tum mite pecus, tum benemeritos vetera
nos boves: sed ex eloquentissimis silentiis innocentissi
mi senis.

i senis. Hæc cum dixisset Minutius, ille sese paulisper
diligens, ubi lenissimè arrisisset: Nullus, inquit, un-
iam transfuga tantos cepit fructus perfidiæ suæ. Tua
o fectò efficacissima opera factum est, ut cujus me de-
bat pœnitere, id me maximè commisisse juvet. Sed
equaquam mutari potest, quod ab illorum scholis pro
rto asseveratur. Amicorum Genios inter se conspi-
are, communiterq; transferri ad eadem consilia, ope-
as, fortunas communicandas. Quocirca quod meum
mper fuit, ut Platonicos ab accusationibus tuis de-
enderem, si quando illorum tu picturas (hoc enim no-
nine morosius appellare soles) aut deleas, aut inducas:
d tibi nunc adversus me sumpsisti faciundum. Vel quo
olore usus es, cum etiam interesse putasti ad defensio-
nem: si explicares hominis diligentiam, qui non te-
merè, sed summo maximeq; opportuno consilio inter
humana membra plantarum naturam perinde rela-
tam, atq; rem necessariam componeret. Sed ad rem.
De Anaxagora, deq; Empedocle quid statuendum sit,
mox videbimus. Plato autem non magno negotio suo
potuit animam quoq; nostram dare plantis: qui in Ti-
mæo, primùm corpus ipsum, deinde animam vino ca-
lefieri scripsit. Quare appetitum haud penitus stoli-
dum attribuat illis: si etiam vinum meditentur, ut
poëtriæ valeant evadere. Et videor meminisse nescio
quem affundere solitum platanis suis vinum, & apud
Athenæum quidam etiam lactucis. Sed videamus,
quid appetitus iste sit. Sic igitur definiamus: Affectio,
ejus quo caremus, potiundi. Hoc autem sine aliquo

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 54 sur 521

motus genere fieri non potest. Nam quæ appetunt τ
τῦ, motus iis secundum locum datus est: Quæ quant
tatem, accretionis: Quæ qualitatem, alterationi
Quæ substantiã, transmutationis. Id quod attribuun
materiæ primæ, propter imperfectionem. Ejus equide
essentiam puto, appetitum perfectionis: quo parata e
ac præstolatur omnibus formis. Unde Plato vocat
ipsam χώραν, ὑποδοχὴν, παν δεχώς. Quo etiam mod
ignis, differentiam, quam impræsentia levitatem di
cimus, appetitum loci superioris. Hunc autem appeti
tum in materia illa non esse accidens: sed ambiguè di
ci vocem hanc in essentia materiæ, & in affectibus a
nimalis. Hæc igitur natura perficit ipsam materian
duobus momentis. Primo, ut sit materia, & hoc quod
ipsa est sibi. Altero, ut sit hoc quod est, nunquam sepa-
ratum nec tempore, nec natura ab eo, quod est esse al-
terius, non tanquam termini, ad quem referatur, sed
tanquam pars totius. Quare natura illa cum sit prior,
quàm esse, quo est alterius: erit etiam prior, quàm illa
potentia, qua potest alterius esse. Igitur hæc potentia
non erit τὸ τί ἦν εἶναι materiæ: sed τὸ ἴδιον, manans
ab illa natura, quæ differentia est illius essentialis. Non
enim verum est, formarum carentiam esse essentiam
materiæ primæ. Privatio cum sit nihil, entis causa nul-
lo modo esse potest. Ac tametsi privatio introducitur à
Philosopho in naturæ scenam ad generationem, pro
uno ex tribus principiis: tamen haud ita statuitur, ut
pars, sed ut quædam notio necessaria extra totum fu-
turum: non quæ statuat, sed quæ non statuat, ut sta-
tuatur.

tur. Si enim fit, quod non est, ergo necesse est, non , quod fit. At inanes quidam cum inter se philoso- rum placita compararent, recitarentq; priscorum ncipia item tria, Materiam, Formam, Mentem: si sunt Aristotelem irridere, qui repudiata mente posuerit privationem. Hi sunt, qui propter insci- em, atq; insciliæ sobolem temeritatem, poculis oppu- are contendunt eas notiones, quarum præscriptio- bus idem subjectum secatur varias ad scientias. Quis im paulò provectior in philosophiæ studiis audeat ofiteri, datorem formarum pertinere ad naturalis ilosophi contemplationem, quando ille careat o- mino motu, huic à motu nunquam liceat discedere? atis igitur fuit Motorem primum indicare in extre- o Physicorum, atq; interea dicere illud: Sol & homo enerat hominem. Verùm mures istos in pistrino re- inquamus, atq; ad appetitum redeamus.

Hi motus omnes, de quibus suprà dicebamus, unum antum respiciunt finem: alterã scilicet contradictio- nis partem. Quippe nequit ignis appetere descensionẽ. Sic auctabile suapte natura non potest affici, quin au- geatur: denicq; alterabile, quin alteretur: materia pri- ma, quin per formam susceptibilem perficiatur. Ab his aliud motionis genus est, de quo suprà, non quidem forma diversum, sed efficiente. Namq; manus meæ mo- tus deorsum non differt, ut indicabamus, à terræ mo- tu, qua motus est: sed eo, quòd in terra motus à for- ma fit ad unum: in manu ab anima ita ad id, ut etiam possit ad contrarium. Ratio est: Quia terræ forma

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 56 sur 521

una, simplex, simpliciter est. Anima simplex, multiplex, multipliciter. Simplex substantia, multiplex potestate, multipliciter obiectorum cognitione, à quibus eliciuntur actiones. Iccirco hîc appellatur motus διακρίσεως, quasi dicas dijudicationis, & electionis. Quamquam nos melius, quàm Græci. Illi enim τὰ κατὰ προαίρεσιν κίνησιν vocant: nos liberius voluntarium. Voluntatis species προαίρεσις est, ac perfecta quidem. Is sanè ordo. Velle in communi. Deinde liberare, est actus intellectus per cognitionem, promovens se in voluntatem. Tum eligere. Itaq; sic sese consequuntur, βούλησις, βούλευσις, αἵρεσις, πρᾶξις. Sic enim à divino philosopho. Differunt apud Platonem quoq;, ἐθέλειν, & βούλεσθαι. Igitur electio cum sit actus voluntatis sequens intellectionem conclusionis, non omnis voluntas erit cum electione. Non ergo motus omnis ἐθελοντὴς, προαιρετικός. Hinc in Augerium intuitus, Ecquid habet iste tuus hospes ad hanc διάκρισιν? Hoc, inquit ille, curabam. Lego hîc, discretionis. Haud ineptum nomen, etiam apud Ciceronem. Verbum frequentißimum. Græcum est, κρίνειν. Quod ad sensuum operam transtulit Philosophus in secundo de Anima. Latini commodiorem atq; expeditiorem fecerunt pronunciationem, transpositis elementis, sicut ἁρπάζω rapio. Compositum autem hoc, si me ludere permittis, acutius deducam παρὰ τὸ κιρνᾶν. Qui enim discernit, dißipat τὰ κεκραμένα. Sed hoc sic dictum putatote, velut Lenæum à leniendo, & Thus à tundendo. Cæterum per me, sequare, licet. In plantis, inquit

t, igitur appetitus est, alendi, & crescendi: quippe
i vim illam attractionis, transmissionis, distribu-
nis, mutationis, unionis non haberet planta: neq;
raheret, neq; attracta conficeret ad vitæ munera.
mpe ab Sole solo non fit attractio, ut putarunt qui-
m, qui non animadverterent, quàm maximas ra-
es excrescere deorsum versus in profundum ad con-
rium punctum lineæ dimetientis radios solares.
eq; multò melius sentit Theophrastus: non posse ra-
es prolixius demitti, quàm quantum Solis vis subi-
terram valeat. Nam neq; lumen eò delabitur, quod
oqui vehiculum Peripatetici statuunt cœlestium ef-
ctionum: neq; in telluris parte intima sentitur calor
lus: quam in partem vel ad duodecim pedes pertin-
re vidimus radices. Et formæ, non Solis est, quanti-
tes terminare. Utitur enim, ut Philosophus ait, ca-
re natura, tanquam ministro, aut instrumento, non
nquam legislatore, aut opifice. Alioqui radicibus o-
nibus eadem quantitas produceretur, atq; prolata-
tur. Omnibus enim Sol idem: à terræ parentis penu
emensum idem. Et contra evenire constat. Aquiloniis
nim regionibus arbores grandiores, radices vastiores.
ræterea in metallis omnia sine Solis admissu gene-
antur. Intelligo nunc & lumen, & calorem, quorum
trumq; Philosophus ille cum cæteris Peripateticis si-
lerum instrumentum, uti dicebamus, appellarunt.
Cum tamen aliter ab acutioribus disputetur: nihil
enim rerum in intimis terræ sinubus gereretur. Verùm
quemadmodum ultra pellucida corpora trasmittitur

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 58 sur 521

lux, unde nomen est eis comparatum: ita per nō tran
lucida vis illa sese insinuat, ac penetrat, quæ luce ip
multò est efficacior. Tollit simul cum dubitatione pr
bandi curam quotidianum magnetis exemplum, a
cujus motum sub mensa, movetur ferrum pensile supe
ea. Nec propterea (quamquam hoc in disputationibu
de semine genitali discussum est à nobis aliter) delen
tur eorum placita: quum sine subjecta materia for
mam negant posse agere. Virtus enim cœlestis illa, pe
lumen delata huc, afficit terræ superficiem. Ea affecta
proximam sibi partem immutat æquè, dum ad cert
loca destinetur. Sicut ab eodem lapide ferrum etian
non attactum agitatur. Ad hæc si Solis attraction
crescerent plantæ, nequaquam demitterent radices ul
las, sed totæ in altum surgerent. Sed attractio ac dis
pensatio fit à vitalis caloris facultate sub imperiis ani
mæ, cujus spiritus illi sunt apparitores: divina quæ
dam res, sincera, secretaq;, atq; alia prorsus ab elemen
tis. Frigidissima namq; Mandragora multum in fo
liis, plurimum in radicibus capit incrementi: quan
tum profectò nullum aut Lepidium, aut Chærefoliū,
aut Smyrnium, aut Pyrethrum: quæ ab isto calore e
lementari calida sunt. In hac autem appetentia stir
pes intellectionem habent nullam: nihilo sanè majo
rem, quàm lapis ille cum trahit ferrum: aut ferrum
ei lapidi affricatum, ut ad Mundi verticem conver
tatur. Sed est proportio quædam actionis, & passio
nis, qualis inter ignem & stipulam, quæ non est in
ter ignem & lapidem: suo tamen quæq; modo. Sti
pulæ

paſsio pertinet ad corruptionem, ferri ad perfe-
em. Hæc enim affectionum genera duo ſunt apud
oſophum in libris de anima. Non continuò con-
ens erit igitur, debere ſentire plantas, ac tantò
us vel lætari, vel contriſtari: niſi ſi quid habes ad
Minuti. Ille verò, Nihil, inquit, præter aſſenſio-
, atq; etiam plauſum: ita ſubtiliter atq; acutè re-
naturas ac rationes excuſsiſti. Quamobrem non
ortis inter plantas verſari, ſæpè etiam vexari, ſed
hiloſophiæ ſinu conquieſcere mihi viſus ſum. Cæ-
um de ſomno dudum quid dicebas, quod aut exci-
it, aut differendum videatur? Neſcio ſanè, inquit
iulius. Corruptum enim puto codicem: niſi ſubve-
Augerius. Sic enim ſcriptū eſt: ἂν δὲ συβαίη τοῦτο,
δεῖ δυμεῖν, εἰ μὴ ἀεὶ τῷ ὕπνῳ ἀναλτῶνται, μὴ ἐγεί-
νται, ταῖς ἐγρηγόρσεσι σύμφωνον ἔσαι. Non equidem
id illud ſit, ſomno ſemper opprimi, ac nihilo ſecius
igilare, planè percipio. Verùm fortaſſe hunc ad mo-
m admittere poſsimus: Si appetitus attribuatur,
eis ſomnum quoq; ac vigiliam agnoſci debere:
q; adeò ita ſequi, ſi appetitum animalem, non au-
m purum naturalem intelligamus. Nam (ut nunc
ſentiamur Avenrois, qui in Apala daapala ſentit
a) res materiatas in ſuis functionibus fatigari. Et
mni finis eſt inſtrumentorum quies, atq; etiam in-
auratio reductis ac retractis ſpiritibus ad fontem
uum: laſsitudo verò ſubvehit triſtem ſenſionem: quies
plantis appetetur neceſsario. Is autem eſt ſomnus.
ed quid divinat Augerii Actius Navius? Cotém-
ne ſe-

ne secabimus novacula? Aves, inquit Augerius, nobis felicius addixere. Nam & ademit, ἀεὶ: & ἀνακτῶνται, reficiuntur, interpretatus est. Ut non iterata possessio, atq; captivitas: unde, Heri, κεκμένοι, sed recreatio. Dixerim: εἰ καί ποτε τῷ ὕπνῳ παφειμένα πάλιν ἀναφέεσθαι πρὸς τὸ ἐγρηγορέν σύμφωνον ergo consentaneum dicit esse, in eis appetitum inveniri, si somno foveantur per vices, & vigi
» restituantur. Eo conticescente, secutus Bajulius, P
» ponit, inquit, alias quæstiones, numero duas. Prior e
» an spirent plantæ. Altera: an sexum in se habea
» confusum. Quam sententiam suprà dixerat Emp
doctis esse. Si ergo Peripatetico more disponamus qu
stiones: An vivant: Si vivant, an appetant: Si app
tunt, an sentiant: Si sentiunt, an dormiant. Item
vivunt, an spirent: &, an habeant sexum. Quas sa
quæstiones tractaturus, assert rationem consilii s
Negat enim in horum singulis minutatim ponenda
esse operam, hisce verbis:

τὸ δὴ πᾶσι παραλιμπάνειν, καὶ μὴ ἀναλώτο
περὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἐρεύνας ἐν διατείβειν, πρέπον δο
Facturum enim importunè: neq; è re productur
sermonem in quæstionibus. Quam tamen proposita
sententiam neq; eum servare video: nempe de omnib
hisce disputat: neq; servandam censeo viris doctis. Ni
hil enim superfluo quæritur, aut non necessariũ. Qua
re nisi verba sequerentur idem edicentia: putarem
quod asseveranter statuit, addita negatione vetare de
buisse: scilicet non esse hæc indiscussa relinquenda

Consa

ɔſulendus ergo tuus, Augeri, codex. Idem ſonat, in-
t ille. Et τὸ ἀναλώτοις, interpretatur, in quibus
lum ſit operæ precium, ſcitiſſimè. Vilium namq;
um precium nullum. Frivola ſanè ſunt τὰ ἀνά-
τα: quamquam ἀλώτους potius dixerim diſqui-
ones, quæ parvi ſunt roboris, ac momenti. De ſpi-
ione verò qui negarit etiam moroſius diſceptan-
m, parum habuerit compertum, quot involvatur
ficultatibus is, qui libros de ſpiritu & de ſpiratione
erit, vel Ariſtotelis, vel Galeni. Ac quenquam haud
ta fuit hic illa ſupellex explicanda, referre tamen
o more debuit ad illa loca philoſophus ſummam rei.
eriſſima hæc omnia, Bajulius ait. Tractat enim mox
ec ipſa, quæ tractanda negat. Explicat interea quæ-
iones de anima plantarum: Animatas eſſe, generari,
li, augeri, adoleſcere, ſeneſcere, interire. Quarum af-
ctionum nihil inanimi cum ſit particeps, animatæ
runt illæ. Molliuſcula tamen oratio eſt, ac minus ef-
cax, ἔχειν ψυχὰς, ἔτι γηρᾶσθαι. Languidior paulò co-
ulativa illa. Acutius, ἔχειν ψυχὰς ὅτι γηρᾶται. Quip-
e hoc vult, tametſi ratio debilis atq; manca eſt, niſi
robet generationem, & cætera illa, eſſe animæ opera.
Eadem argumenti forma uti potes à contrario ſic:
Cortice præditæ ſunt, & foliis, quæ in nullo inſunt a-
nimali: ergo non ſunt animatæ. Quia poſſunt gene-
ratio & crementum competere naturæ ſuperiori: ſub
qua ſint lapides, & metalla: quæ vivere mordicus qui-
dam tenent etiam nunc. Tum ego, cave, inquam, Ba-
iuli. Quid enim agas non vides. Nimis tu ſubtilis diſ-
putator:

putator es: neq3 te respicis. In ejusmodi namq3 d
men adducentur istæ tuæ vestigationes: ut à Gal
vestris, & sophista, & desertor appellari possis. C
sar, respondit ille, tu me apricationibus tuis inso
Contraxi namq3 animum ex simpliciore contem
tione, spinosioribusq3 his objeci. Quibus in locis na
sum colorem hunc ex calore isto tuo, qui rimatu
mnia: etiam quæ nusquam extant aliquando. M
enim audis hoc genere scholasticarum literarum.
non audio, inquam, ab Aristotele, qui in secundo
brorum de cœlo præcipit hunc ad modum: Δεῖ δὲ
μέλλοντα καλῶς ζητήσειν, ἁπτικὸν εἶ). Sed potiu
jam audiam. Ergo, inquit, philosophi ordinẽ anima
vertisti? Animam posuit primũ, deinde facultates ej
Atq3 earum generationem primam, mediam nutrit
nem, postremum incrementum. Non admodum le
res est, si dicamus, generari, ergo animatum esse. N
est absurdum, si jam constet, uti dicebatur, opus e
animæ generationem. Siquidem haud convertitur (
enim loquuntur) id est, nõ reciprocat sensus oration
Falsum est, animatũ, ergo generans. Non omni com
petit ætati: nempe seni, vel infanti. Non omni gener
quippe Mulo, Anguillæ, Adianto, Ephemero. Non o
mni regioni: ut Palmæ in Liguribus. Haud imbecil
lum tamen argumentum compares: idq3 penè omnibu
commune. Nam tametsi non omnes generant sibi si-
mile totũ, at saltem partes: puta ramos, frondes. Dixi,
penè omnibus: propterea quòd neq3 tuberibus neq3 fun-
gis, horum quicquam usu venit. Quod enim dubitat

Theo-

eophraſtus, partésne ſint plantarum rami, quo-
m ſine iis vel cultu, vel alio eventu queunt vivere,
s rei ſolutio facillima eſt. Non ſunt partes ad vitam
eſſariæ: ut quibuſdam radix, aliis cacumen, non-
llis cortex, maximæ parti medulla. Abies præciſo
rtice moritur: ablato cortice, præter ſuberem, vivit
lla. Salicem ſine ullo medullæ momento vidimus: a-
non ferant. Abſq; radice non paucæ, vel exemptæ,
Sempervivum, & Aloe: aut ſua natura, ut aquati-
Lenticula. Sic Homo vivit mancus, & Lacertæ a-
iſſa cauda. An verò arbor integra dicetur, quæ puta-
eſt? Integra quidem, ſi vitam ſpectes: at non inte-
a μαθηματικῶς: quando quæ aderant, abſunt. Quo-
am verò non ſolum mathematicum corpus eſt, ſed
iam naturale: quodq; natura direxit ad finem gene-
tionis, ea dicetur integra, quæ partibus ad germi-
andum apparatis prædita fuerit. Quam ob cauſam
r ablatis brachiis alia ſuccedunt lætiora, & quæ re-
anent, ſunt vegetiora. Sicuti mancis quoq; contin-
it hominibus, ut ſæpè cæteris membris ſint valentio-
s. Præterea plantæ redduntur vivaciores. Eſt enim
uæſitum hoc in propoſitis diſputationibus apud Ari-
ſotelem. Sunt autem partes quædam, quæ non pro-
ter individuum factæ ſunt, ſed ſpeciei cauſa propa-
andæ, cujusmodi teſticuli. Iis animal ubi carebit, ſui
nius tantùm gratia vitam aget, non propter ſpe-
iem. Sunt item partes aliæ neceſſariæ: quædam uti-
es tantùm, aliquæ non niſi ad decorem, ut quibuſdam
ocis caro, quæ non niſi ad explendum vacua com-
parata

parata est ibi. Intelligitis divisionem, & deductionem
Tum Minutius, Non vos solos hæc exercuit scab
Nostri namq; Jureconsulti nihilominus de navi, cu
pristinis ablatis partibus aliæ substitutæ sint, qu
runt, an sit eadem navis. In qua tamen materia p
rò alia quæstio longè difficilior accidit nobis, quæ ac
ratiùs excoquenda, apud vos nulla est. Nunqua
enim fiet, ut tota planta, mutatis omnibus partib
toti substituatur. At in corpore arte compacto id ev
nire potest. Satis enim manifestum est hoc in navic
la, aut arcubalista. Vester autem Theophrastus i
perplexus admodum videtur. Est, inquit ille, ut ai
Minuti. Quare huic Scaligero locum illum multis cu
aliis relinquamus. Et ad rem. Illorum quoq; hinc pa
tet error, qui vim informatricem aliam ab anima, et
iam ab anima rationali putant. Siquidem folia, c
brachia, & surculi, in stirpe jam perfecta conforman
tur. In homine caro nova substituitur, non sine figur
præscriptione. Opus hoc attractricis, retentricis, alte
ratricis, mutatricis, unitricis: quæ potestates cuji
sunt? nónne animæ intelligentis, quæ una est forma i
homine? adeò, ut eam Plato ἐκ τετῶν συγκεῖσθαι
dixerit. Complectitur verò hasce illa, tanquam circu
lus tres species trianguli, quibus præterea lunulas ad
dit in ambitu, quasi cœlestem rem: quæ triangula qui
dem illa capiant ipsæ, at ab illis nulla queant capi ra
tione. Imò verò quarũ proportio ullis quadratis, aliis-
vé rectilineis figuris incomprehensibilis sit. Quæ Mi-
nutius admiratus: Ut, inquit, Bajuli planè ac vere

vi

divinus es. Felicißima verò Platonis illa ſemina, in te talem frugem extulere. At hæc verba tua, ut fiteor ab alio nullo me antehac audiſſe: ita magnope vereor, ne nõ à multis intelligãtur. Sed porrò. Non alta, inquit, ſuperſunt ex hac parte. Verba modò edam ſunt animadvertenda. νεάζειν, adoleſcere ellexit, quo vegetam denotaret ætatem. Videndum am, χλοάζειν ne acceperit pro eo, quod eſt, fructum re. Habemus apud Nicandrum vocem, pro, virenti. Augerius, licet ne? Habeo namq; ſplendida quidem . Vireſcere? quæ earum quædam juventus ſit, ſepq; diſſolvi. Nitida hæc, & concinna: ſi ſibi ſcripſerit terpres. At hæc eſt verſionis ſervitus, imò bojæ, mirima conditione: ut authoris, quem ſequimur, arratu deſtineamur. Non enim eſt vireſcentia ſtirpis juventus ulla: ſed in juventute viror. Neq; id auor ille dicit. Sed χλοάζειν, καὶ νεάζειν: quando ne id idem verum eſt, viriditatem eſſe ſolius juventutis. am & vetulæ virent arbores, & quibus poſt unum terúmve menſem imminet interitus. χλοάζειν ergo nat, non tam fructum fundere, quàm frondeſcere, s quidem, quæ frondibus veſtiuntur: omnino verò loris herbacei nota eſt: unde χλωρὸν Galenus oſtent, non ſolùm eſſe luteum, ſed etiam ſubviride apud riſcos Aſiaticos, ex Hippocrate. Viror autem ille omni mpetit ætati, primori, ſtatæ, deteriori. Et laxius forſſe, atq; ex vulgi vitio loquutus eſt philoſophus iſte, um dixit, ſenecta diſſolvi. Senecta namq; mors eſſet. e interprete, accipio, Bajulius inquit. Nihil enim eis

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 66 sur 521

periculosius, quàm audacia fidem temerare. Pro A
thore quæ dicam, habeo. Parabilis illa, & è foro
fensio. Dicam, posuisse διάθεσιν pro fine. Sed tibi a
to, non satis. Igitur nos quoq; acriusculè. Non est,
cet ille, mors quæ dissolvit: sed aut pugna contrar
rum, aut naturalis humidi defectus. Hoc posteriore
nectus fit. Mors autem privatio est, quæ sequitur t
ctum illum dissolutionis. Infert ergo deinde ex illor
placitis, cùm hæc habeant, habere etiam appetitu
Quare voluptatem quoq; capient ex satietate, mœr
rem ex inedia. Quod si ita sit: sensu quoq; esse præ
tas. Hoc ubi recitavit, etsi admirabilem adducit se
tentiam: tamen pro falsa refutat, neq; id immeri
Non enim ex eo, quod appetunt, eliciatur illud nec
sariò, voluptatem capere. Quamquam huc nobis su
afferenda verba, potius ut quid sentiatis, intelliga
quàm elicienda è verbis sententia, quasi ego me pro
tear intelligere. Sic igitur ait:

Λέγομεν τοίνυν, ὡς ἐὰν, εἴ τι τρέφεται, ἅδηται καὶ ὀπω
μεῖ, καὶ ἡδύνεται μὲν τῷ κόρῳ, λυπεῖται δὲ, ὅτε πεινᾷ
ἂν ἐμπίπτωσιν αὗται αἱ διαθέσεις, εἰ μὴ μετὰ αἰσθήσεω
τοῦτο ἄρα θαυμάσιον μὲν, ἅ μὴν φαῦλον πλανᾶτ
σκοπὸς, ὃς καὶ τὰ φυτὰ αἰσθάνεσθαι καὶ ὀπωμεῖν ἐδόξ
σεν. Ergo cum ista admirabilitate non conjungit a
surditatem, sed laudationem, quandoquidem neg
pravè eos intendere. Hæc verba statim dixit Augeriu
ubi ille Græca recitare desiisset. Et subdidit: Non igiti
id sonant hæc, quasi repudiet. Quis enim non admi
tat, quod neq; pravum est, & est admirabile? At e
conti

trà potius, neq; admirabile, neq; verum esse, neq;
è dici. Posita namq; videtur deductio argumenta-
nis ἐξ ὑποθέσεως vulgi. Itaq; non faciet admira-
nem, quod vulgò fertur. Quòd autem non sequa-
, patet ei, qui distinguet ambiguam verbi natu-
n. Appetitus enim ὁμωνύμως dicitur, in igne ad
upanda loca superiora, in ferro ad sui conjun-
nem cum magnete, in planta ad humorem sug-
ndum, in equo ad venerem, in homine ad beatitu-
em. Quarum rerum quales, quoti, quanti gradus
pſis sunt formis, talem esse decet ordinem acciden-
m, quæ formas illas consequuntur. Illud verò for-
se impetret apud vos veniam interpellationis meæ,
od interpres noster etiam de suo posuit, quod effice-
sententiam depravatiorem. Sic enim invertit: Di- «
nus itaq;, si quid alatur, idem quoq; appetitu duci. «
voluptate afficitur per saturitatem, dolore autem «
r saturitatem. Et absq; sensu affectiones illæ non «
nt. Paradoxus igitur est, quamvis non adeò teme- «
erret ejus intentio, qui plantis sensum appetitumq; «
è attribuendum, ita existimarunt. Videtis enim, «
n quasi recitet opinionem, sed perinde atque ipse
am dicat sententiam, ita loqui. At Græcè, ut a-
madverti, aliter: Si, inquit, ita est, ut quod ali- «
r, continuò item appetat, exq; satietate voluptа- «
m, ex fame dolorem capiat, nec absq; sensu tales «
eniunt affectiones: admirabilis est illorum perspi- «
ntia, non absurda tamen, quibus placet plantas «
sensu esse præditas, & appetitu affici. Neque «

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 68 sur 521

vitare potest ambitionis suspicionem, ubi δαιμό
Græca voce maluit expressum, quàm Latina. Neq;
gatio illa jus suum exercere potest in utramq; voc
illam, φαῦλον, & πλανᾶται. Si enim dixero, non
lus mentitur Itiobrix, necesse est altero sublato a
rum stare incolume. Ut sit, aut bonus mentitur,
malus vera dicit. Ille sic disseruit, sic Bajulius est
quutus. Ex istis, Augeri, tenebris clarum emicuit no
lumen è luce judicii tui. Assentior enim, & perpla
„ Quare ad pristinum. Post hæc Anaxagoræ dispon
„ pinionem simul, & Democriti atque Empedocli
„ quæstione de sensu. Neq; enim solùm sentire plant
„ verumetiam tum cognoscere, tum intelligere. Quo
loco notandæ sunt voces duæ, νῶς scilicet, & γνῶ
illa est vis, hæc actio. Ea cum diceret, atq; Minuti
audisset ingemiscentem, Quid hoc, inquit? Unde
tam repentina mollities animi Præfecto armatæ no
litatis? præsertim inter lignorum duritiem, & as
ritatem. Pietatem, inquit Minutius, ô philoso
Christiani. Quam si armis vel oppugnatam tueri,
oppressam vindicare liceret, non tam gemitus n
hauriretis, quàm telorum flictus, atq; crepitus, jam
est, audivissetis. Nam quantum vero præstat lux ill
seculi, nostræ tenebris tempestatis? Quam enim bru
in quibus nulla esset, mentem ascribebant, nostra
monstra Epicureorum nobis, in quibus esset, amove
Ea nam, de anima nostra blaterant, quibus refere
dis in me ipsa exhorrescit. Bono, inquit, animo es,
spondit Bajulius. Omnia, spero, in melius vertet Pri
co

s æternus veritatis. Ego verò non penitus inops præ-
i videor, quo & me muniam, & te consoler con-
ntiorem, & labefactatos constituam, modò ne fa-
dium monitis saluberrimis antevertant. Hoc enim
stantibus respondent: Curiosus es. Nugæ Aristotelis.
eliria scholasticorũ. Tum effutitis ineptiolis, abeunt
tius sub cultro, quàm relinquant benemonentes.
incipio retineamus illam cælitus demissam verita-
m. Tum aggrediamur hosce semiphilosophos porcos
suis hortis, Alexandreos verò in Lyceo: neque aliis,
uàm quibus ipsi vincere consueverunt, armis convin-
ntur. Extremæ duæ hinc atq; hinc contrariæ directæ
ies constitere: Epicureorum cum evocatis Aphrodi-
ensibus, qui animam interficiunt: & Pythagoreo-
um, qui in canes eam, atq; etiam fabas, tanquam in
lonias ut deducant, transcribunt. Cum errent u-
triq;, horum tamen alterum si mihi proponatur ad-
ittendum, malim equidem cum Mnesarchi, quàm
um Neoclis filio. Quod verò superabit & expectatio-
em fortasse vestram de Galeni sectatore, & doctio-
um fidem in recepta persuasione, & improborum per-
inaciam propter judicii perversitatem, nunc jam di-
am. Existimare animam & creditam fuisse Aristo-
eli mortalem, & argumentis descriptam, quidam se-
i cogi certis illius verbis professi sunt. Adversus quos
nulti boni doctiq; viri quæ dixerint, non est hic locus
ecensere. Quæ nobis dicenda reliquerint, partim dixi-
nus alibi: pauca hæc hîc dicere neq; me pigebit, neque
vos audisse fortè pœnitebit. Nova enim sunt, utin im

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 70 sur 521

etiam bona. Firma verò adeò, ut nullo contentioso impetu labefactari posse videantur. Principio, si, volunt, è nihilo nihil fit, igitur id, quod aliquid est, nihilum reverti nequit. Par enim ratio creationis, corruptionis. Nam si è punctis nullum confieri pote corpus, corpus item nullum in puncta resolvi poter Præterea cum triplex substantia sit, Materia, Form Compositum ex utraq; : hoc quidem compositum dic tur generari, materiã scilicet ineunte forma, eadẽ ve abeunte corrumpi. Sanè materia ipsa neutiquam p se corrumpitur. Nempe suum semper obtinet τὸ ἅ. S per accidens corrumpitur, cum aliam subit forman At forma cum longè sit nobilior, quàm materia: tan minus eam corrumpi decet. Si enim quod fit, ut sit ho id est, materia ipsa, non aboletur: tantò minus abol bitur id, quod facit, ut illa sit hoc. Ea verò forma est. A id confugient. In materiæ potentiam reverti: de qu etiam formæ omnes educantur. Hoc neq; respondet vi ribus argumenti, neq; verum est. Non respondet pro fectò, propterea quod materia, quæ est ignobilior, ex istit aliquid actu semper. Igitur extare quoq; sempe actu formam, quæ sit nobilior, necesse est. Est autẽ no bilior undecunq;, scilicet præstantia virium, functio nibus, titulo causæ, atq; ut loquuntur, entitate. Quo verò sit etiam falsum, patebit ex his. Si enim forma essent omnes istæ in materiæ potestate, quemadmo dum in ovi potestate pullus est, quippe qui ex eo fier potest: & veluti figuræ artificiales in ligno: sic materia prima comprehendens universas formas ens esset nobi lissimum

mum, Deoq; simillimum. Verùm sicuti dicebamus, eriæ potentia susceptibilitas tantum est. Formæ dantur ab intelligentiis, acceptæ ab Opifice pri-. Anima nostra à Deo statim ipso, nullo interea vel dio, vel sequestro. Neq; propterea corruptibilis, quia erata: neq; finem habitura, quia principium ha-t. Quippe alio modo generatur, quàm quomodo a-uid fit ex aliquo. Ipsa enim ex nihilo fit. Quid mi-n? Mundum totum ex nihilo creatum esse, neces-est. Nam quis insanus dixerit, Deum ex suiipsius ateria confeciſſe Mundum? Deum verò esse causam undi efficientem, etiam Aristoteles dixit. Nulla umq; ratione fieri potest, ut quod à primo pendet, n pendeat universo genere causarum. Neq; verò si-em habebit, quia principium habuerit anima: nisi uomodo mentes illæ cœlestes. Nutu creatæ, nutu dis-lventur, si libuerit. At libuit, ut ne liberet. Voluit, t nollet. Tantum verò abest, ut animam deleri mor-e putaverit, ut etiam per interrogationem subdubi-arit, an omnia essent animarum plena? His de cau-is Plato materiam primam, non πανεχὼς, sed uti di-cebamus, πανδεχὼς appellavit sapientissimè: qua vo-ce utitur etiam Aristoteles, quoniam susciperet ex-trinsecus adventantes formas: nihil ex seipsa prome-ret, quia haberet nihil. Ac quemadmodum à seipsa dif-fert τῷ εἶναι, ut ait idem: neque ad nihilum redigitur unquam, neq; reponitur in potentiam alicujus, sed actu sub aliqua forma perpetuis successionibus existit, ista forma, quæ multò est excellentior, quippe cui

dat, uti dicebamus, ut sit hoc aliquid: non differ
seipsa τῷ ποιεῖν εἶναι illam: semper enim eadem e
neq; unquam ad nihilum evanesceret, neque in mat
potentiam reponetur: quandoquidem ipsa illam, u
ctu sit, facit. Esset enim materia omne ens actu. Siq
dem nequit inesse forma, quin informet. Et esset un
multa. Materiam nunc accipio materiæ quamli
portionem. Nam in tota materia universa, formæ s
nè sunt omnes. Verùm in materia prima simi nego e
formam vel Muscæ, vel Muris, vel actu, vel potesta
Sed in materiam formis primoribus corporatam im
poni qualitates ab astris, quibus affecta illa possit rec
per eis conveniens sibi convenientem formam à sid
ribus iisdem. Quæ omnia bonam in partem, quippe
illorum desperatam pertinaciã quatefaceremus, qua
so accipiatis. Neq; sanè sic sentio. Sed quæ pro veris
recepta sunt, & constituta à sacrosanctis viris, vobi
cum æquè & agnosco, & recipio libens. Alioquin e
sent formæ certo numero circumscriptæ. Quare etia
animæ: id quod à veritate prorsus penitusq; est alie
num. Hæc erant impræsentia, quæ modicis angusti
coarctatus dicerem: paulò quidem acrius, non ab r
tamen: sive rei spectemus nobilitatem, sive quod de a
nima plantarum agebatur: haud absurdum fuit de a
nima nostra dicere: quoniam vox illa, νοῦς, hanc ipsam
apud Aristotelem, Anaxagoræ verò etiam præstantio
rem significans, ad hoc nos vocabat. Cum peroraſſet,
ait Minutius, rem veterem tanta novitate, controver
sam tanta claritate nunquam satis admirari sese de
bere.

e. Proinde pergeret adversus hosce terræ filios pro
s stare. Ille cætera sic est prosequutus: Videamus,
uit, hujus philosophi censurã. Rejicienda hæc, tan- "
um prava, atq; inania. In plantis namq; vel appe- "
um, vel sensum inesse nullum. Appetitum nusquam "
sine sensu. In plantis neq; sensum, neq; sensus exta- "
vestigia. Nempe nullam partem sensu præditam, "
q; eo, quod sensus obtineat proportionẽ. Nihil quod "
sensus genere contineatur. Nihil quod sensus natu- "
m consequatur. Nullum siquidem in illis esse loca- "
n motum. Nullam iccircò viam ad aliquid asse- "
endum, quo sensu percipiatur, institutam. Nullum "
dicium offerre sese, quo in illis sensum intelligere de- "
amus. Quemadmodum alia comperta sunt argu- "
ẽta nobis, quibus eas & ali, & crescere sciamus. Non "
go colligi posse, in illis appetendi vim inesse ullam. Il- "
co Minutius: Magna, præclaraq; argumenta, Bajuli,
uæ mihi adversus tuam sententiam renovarunt du-
tationem: nam si animalem appetitum plantis adi-
as, naturalem attribuas, non appetet planta, quà-
enus animata: sed quatenus (audeḅon' dicere?) na-
urata. Hîc ille paululum cunctatus, Mirificus es tu
uidem mortalis, Minuti: qui res judicatas de integro
rahas in judicium, præsertim tantus Jureconsultus.
Verùm sic habeto. Omnia post Deum ad materiã usq;
primam ita distincta, ut sese aliquo pacto contingant
tamen. Nam si per mentes æternas illas, earumq; co-
gnationes atq; ordines teipsum ad formam usq; ulti-
mam demittas, ut nihil invenias unum, ita nihil item

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 74 sur 521

disparatum. Vel cum inter animalium plantarum naturam communem quendam nexum videris: q quasi sit vel transitus, vel portorium, vel apparatu cujusmodi in iis, quæ ζωόφυτα nominantur, patet. A verò cùm lapides immobiles ipsos habere nihilo seci motionis facultates: qualem observamus in Hercu leo. Ad eundem modum cætera quoq; sese res haben Perfecta intellectio existit in homine manifestò. Ej vestigia clariuscula in quibusdam, in aliis obscurior sunt animantibus. Appetitus in nobis est, ex quo, C ratione, soboles oritur Electio. Electio cum consilio, a deliberatione: in pecude appetitus absq; electione con sulta. Neq; enim propositis vino & aqua cani, mali ille, quàm vinum, aquam, ulla facta rerum ultro ci troq; comparatione. In plantis autem, in quibus co gnitio nulla, nullus sensus, deprehenditur appetitu ullus humidum trahendi, quia sint eo ex humore con creta. Verùm similitudo causa coitionis est: id quod ab Hippocrate, Platone, Aristotele refertur ad prover bium ex Homeri vulgato versu. Iccirco non quemvis humorem trahit, quoniam non ex quivis est consti tuta. Quare igitur, inquit Minutius, dudum natu ralem dicebas, non animalem? Propterea quod, in quit, ex Platonis atque Galeni tyrannide hæc evenit servitus mihi, qui cognoscendi facultatem animalem vocant: alia verò officia, attrahendi, expellendi, atq; ejusmodi nominant naturalia. Qua prolixioribus disputationibus alibi sunt explicata. Bene habet, in quit Minutius. Imprudenter enim subtrahemus ab

animalis

nalis appellatione, ſi animæ ea quoq; ſunt. Nam
ta eſt animata, & hoc ipſo, qua animata eſt, vi-
vivit autem quia nutritur: nutritio ejus erit o-
cujus & vita. At vita ab anima. In nobis longè
uc manifeſtius. Si homo unum eſt: unum per for-
m: forma una: ab una forma cunctæ poteſtates:
na anima: ab anima erunt poteſtates: ergo & de-
minationes. Neq; verò natura illa, quæ aliis in re-
extra animam eſt, hoc agit, quod vis illa cibum
petens ad ſuccum, retinens opportunum, exigens
xium, mutans proprium, aptans atq; uniens com-
ratum. Eſt, ut ais, inquit Bajulius. Cæterum de
minibus, ut toties à Galeno moniti ſumus, nihil
cauſæ, cur tantoperè ſoliciti ſimus. Sed ad inter-
etationem. Imò verò ad me prius, inquit Auge-
us. Nam mihi quoq; diſcendi cupido eſt: an liceat,
ſt multarum artium cultum, humanis ingeniis,
ulto labore excogitatum, compoſitum, conſtitu-
um, ſoluto atq; inepto animo in iis ipſis agere, præ-
rtim viro ſapienti? Tanto minus, opinor, ea in par-
e, quæ ratione recta gubernatos animos inter ſe con-
ungit ad communis ſocietatis neceſſitudines: quæ eſt
ic apud nos civilis beatitudo: finis quidem temporariæ
elicitatis, via verò certa ad illam ultimã ſempiterni-
atis fruitionem? Quidnam eſt hoc, dices, vinculi? O-
ratio, Bajuli, oratio: de cujus uſu atq; efficacia jã dixi:
de nobilitate verò tanta habeo, ut tertia rerum pars,
quibus rebus completur orbis, planè judicari debeat.
Quicquid enim eſt, aut extra nos eſt, aut in nobis,

aut à nobis. Res extra, rerum ſpecies in mente, ſpe
rum notæ à mente in oratione. Quæ notiones ni
quales ſint ſpeciebus compoſitis, falſum creant. Se
ratæ verò ac ſingulæ ſi ſint deformes, aut licentiu
liorſum accipiantur, atque par eſt: falſitatis hab
quandam proportionem. Leonis enim nomen, quod
huic impoſitum animali quadrupedi, ſi ad biped
beſtiam transferatur, quamquam neq; verum, n
falſum dicet: tamen falſa notio eſt ipſa, & illius co
poſitæ falſitatis principium manifeſtum. Niſi enim
eſſet, uti dico, non eſſet illa falſa: Leo bipes eſt. Neq;
cendum hæc eſſe frivola, & ad dialecticos aut ſophiſ
pertinere: quin contra potius ſophiſtarum illa licen
eſt: noſtra verò ſedulitas vel ab illis tuetur nos ſimp
ciores animas, vel etiam illorum diruit machinas. G
leno equidem faveo tanquam præceptori: non ipſe m
eget patrocinio: per ſe ſatis magnus eſt. Sed quema
modum ille repetebat, vincat utilitas: ita nos, vinc
veritas. Cum adverſus Cleanthem Chryſippus diſpu
tare cogeretur: verſiculos illos duos identidem pronun
ciabat: quos mutato nomine vidi ſcriptos in codi
Diogenis nudiuſtertius ex hujus Scaligeri bibliotheca
etiam addito tertio, quos recitabo: quia ſunt anim
temperato, atq; imprimis pio, nec ingrato, pleniſſimi
digni profectò, qui memoria teneantur:

Ἐγὼ μὲν ἄλλα μαχάειρ᾽ ἀνὴρ,
Πλὴν εἰς Γαληνόν. τοῦτο δ᾽ οὐκ ἀδαιμονῶ.
Τὸν περὶ δ᾽ ἀληθοῦς, κεῖνο δ᾽ ὑπερευδαιμονῶ.

Galenus verò, & Plato, vel ſi quis alius, ut etiam per-

ſtringi

git in Topicis Aristoteles, verborum curam putat
gnam viro sapiente. Mirum verò qui nos doceat
sapientes, cum homines esse dedocet. Quî fiet, ut
elligas, si quispiam pro libidine loquatur aliter, ali-
pro re sentias tu? Est primum Sapientis officium,
è sentire, ut sibi vivat: proximum, benè loqui, ut
riæ vivat. Quippe quòd animal sit jure sociabile,
utiquam suos aget conventus impulsu naturæ sim-
i, formicarum, apúmve, aut etiam locustarum mo-
Sed ratione adductus, induet sese in commune jus:
tieturq; ipse, patiq; alterum jubebit simul. Et Gale-
s ipse, quot locis, quantum producit moræ, unam
odo ut explicet voculam? Quot miris modis Archi-
nis dictionẽ vellicat, eius quoq; minutissimas quasq;
mans portiunculas, in secundo de locis malè affectis.
ujus libri titulum, si ut cordatos decet viros, cordi
tisset puræ atq; inculpatæ ratio loquutionis, ita feciss-
nt, sicut à me nunc factus est. Nemo enim nescit,
uemadmodum etiam benè valentes partes affectæ di-
untur. Ut omittam, ita potius inscribendum fuisse,
περὶ τόπων παθόντων, quàm πεπονθότων. Quod
πέπονθε, non amplius patitur. Non igitur eget operæ
medici. Quin præsenti potius utendum participio.
Quin ajo: non rectè factum ab Hippocrate, περὶ πα-
θῶν. Subjectum enim est homo, aut partes hominis.
Ratio verò considerationis, id est præscriptio animi no-
stri circa materiam contemplandam, quam Barbari
vocant rationem formalem, est affectus ille, quem pas-
sionem dicere veritus est M. Tullius. Non est igitur
materiæ

materia libri πάθος, sed πάθους πειθαρχίας. Nec rum, hæc admitti vulgò flagitia impunè. Illotis e & pedibus & manibus, ad ipsam statim operam cedimus, securi de Galeni commentario: in quo neg ullum esse posse bonum medicum, quin idem bo quoq; sit philosophus. Hæc illo censorio judicio dicen cùm me ita subridere vidisset Bajulius, ut ei magn pere viderer assentiri: Mirabar, inquit, si hic Theseu sine Hercule magni quidquam auderet. His tu omn bus seminaria, ζώπυρα, arvum, uliginem, solem su peditasti. Neq; enim æquo animo te audire queunt v ri doctissimi, cum toties à Galeno desciscis, cui h ipsum, quo ei, videris tibi, facessere negotium, deb totum. Bona verba, inquam, vir omnium, quos equi dem noverim, modestissime. Nam si negem, me etian multò plura debere viro illi nunquam satis laudato non illi quavis obtrectatione majori, sed mihi ipsi in jurius sim. Quòd si quid ei obtigit à nobis incommodi propter libertatis nostræ tuitionem: quodq; sibi iten ille adversus tum alios, tum Aristotelem ambitiosè interdum etiam ridiculè, voluit licere: ne id mihi fraudi sit, & illi maximæ laudi, si tales habet discipulos, quorum opera ipse sibi nunc sit magister. Punctim semper, inquit, Scaliger. Non tamen illa dicta velim putes, tanquam à castigatore. Sed erat mihi religio, te sacramento solvi. Nemo enim nescit, quàm sis illius studiosus. Id adeò, ut penè totum manu tua descriptum Græcè primus attuleris in Aquitaniam: ubi ante adventum tuum, præterquam ex libris de interioribus

us (sic enim loquebantur) & articellari, atq; com-
ntarios in Aphorismos, vix ejus nomen audiretur.
ego: Magis te moveat, si, quæ me res impulerit ad
bendum, intelligas. Nam qui tum Aldi opera vul-
os haberem, haud satis habebam causæ ad eas æru-
as exequendas. Verùm apud Aristotelem diu mul-
nq; versato tam gravis illa visa est multiloquen-
, ut sæpius à proposito destiterim. Nihil mihi ma-
unquam mutilum antea compertum fuerat,
àm prolixitas ista ipsa explicationum. Tandem
rò quoniam necessario malo mihi fruendum erat,
gi genium meum, vel invitum, ac reluctantem,
ura pati, quò pauciorum fastidium dilueretur. Ita
tur animum ad scribendum appuli, ut ne liceret,
uod antea faciebam, saltuatim transmittere verbo-
s παραβάσεις, & sublegere carptim, quibus rem fa-
re, atq; opes parare posse viderer è commerciis medi-
rum. Nunc verò, quia descripta essent de Nicolai
eoniceni præceptoris, quæ mihi commodaverat, ex-
nplaribus: ex eis id capio emolumenti, quòd licet
um Germanicis conferre. Quæ commoda nuper au-
a sunt hujus Minutii munificentia, qui tum ve-
ustos, tum ornamentis visendos mihi muneri misit
odices. Quod verò pertinet ad factiones, nihil equi-
lem de hac suspicione me purgabo tibi. Scio namq; me
ibi notiorem, quàm egomet mihi sim propior. Imò
verò eò tendere studia mea, ut factiones ac sectæ peni-
us extinguantur. Nos in omnibus occasionibus, quæ
ese offerent ad officia literaria præstanda, nullum
periculum

periculum recuſamus: laudem nullam quærimus:
pa volumus vacare. Quin enixè petimus, atque et
oramus, ut viciſsim abſq; contentione, ſed hum
atq; liberaliter unuſquisq; conferat in medium, q
habet, ad literariæ reipublicæ incrementum. Nihil
hi poteſt eſſe beatius, quàm ſcire. Diſcendum verò
ſciamus. Ego quidem Sapientiæ ambitum, tanqu
animi noſtri ærarium quoddam ſemper judicavi
quod communia commentationum noſtrarum ve
galia inferenda cenſeo, ſed proba: unde ſibi ſuũ qu
in uſum ſumat, ſine invidia, atq; ſimultate. Un
enim corpus ſumus, unusq; ſpiritus hujus corporis,
à Deo profectus pro communi excubet utilitate.
nimis diu in hac umbra ſumus otiati: proinde in via
redire tempus eſt. Non antè, inquit Augerius, qua
hanc apud vos ſarcinam deponam. De magnetis
atq; appetitu ferri dicebas modò, Bajuli: qui appeti
ſit gradus, quaſi imago cujuſdam tranſitus naturæ,
appetitu elementorum, quo locorum ſuorum deſide
moveri videntur ad plantarum appetitum, quo de
gitur. Sarcina verò mea eſt, quorundam inſania, q
propterea magnetem vivere dicebant. Quòd ſi in eo f
cit vita: multò ea eſt, quàm vita hominis, nobilio
Non enim niſi tacta, atq; etiam prehenſa trahimu
Illè verò ad nutum, ut Pontifex viventium dici m
reatur. Hoc in philoſophia: illud in literis mitioribu
Heſychius Sideritin lapidem facit alium ab Hercule
Alteri colorem ferreum attribuit, quòd & ferrum tr
bat: alteri argenteum. Credo illius ſeculum fuiſſe ac
modu

lum βαβαιωδέν. Multis enim deprehendere licet,
congeßisse in illud horreum simul cum frugibus
m scarabeos cum suis tabernaculis: dum omnibus
reis omnia converrit, sine vanno, aut cribro. Hæc
t, quæ volebam. Nunc si pergere libet, per me licet.
æ proposita sunt, sigillatim expendamus. Primum, "
in plantis neq; appetitum, neq; sensum esse. Melius "
Appetitus non est, quia neq; sensus. Quia non esse
sit hic absq; illo. Curiosius ab origine verbi: ἐπιθυ-
μία namq; παρὰ τὸν θυμόν. Hunc si non habent plan-
ne illam quidem obtinebunt. Ita illud quoq; dixit,
definitionem, esse finem voluntatis, & ad sensum
nverti. Definitio quidem illa haud mala est. Verùm
od addit: appetitum converti ad sensum, minus be-
est. Imò verò permovetur is à sensu. Præcedit siqui-
m sensus. Quamquam ne illud quidem placet, ap-
titum esse finem voluntatis. Sunt enim hæc sic,
ξις, primus impetus, qui cietur ab objecto. ὁρμὴ,
otus sequens, nondum illustratus ratione. βούλησις,
ntinuatio illius motus, ab objecti specie, id est à co-
itione, ad rem usq; scilicet potiundam, aut agen-
m. βούλεσις, voluntas hæc postremo loco posita, sed
m formata rationibus. αἵρεσις autem est judicium.
quippe recursus consiliorum, & comparatio cum aliis
ctremis. Verùm hæc à paucis ita ventilata. Antecedit
erò cuncta hæc πάθος, id est receptio speciei: subse-
uitur autem omnia πρᾶξις. Nam & actio est cum
gimus, & cum facimus, & cum patimur, quod ad-
irabilius est. & quod maximè mirum, etiam cum

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 82 sur 521

agere nolumus. Ac duo quidem priora manifesta
Quorum alterum ad quasdam virtutes pertinet
bi gratia, cum damus. alterum ad artes. Duorum
rò posteriorum natura lexq; ita est, ut alterum
stituas fortitudinem, alterum temperantiam.
qui fortiter tolerat incommoda pro patria, patitu
passio πρᾶξις quædam est: alioqui non esset vir
aut virtutis. Cum verò abstinemus ab actione, juss
ctæ rationis, tunc est ea actio, qua constituitur te
rantia. Hoc enim agimus, quod non agimus. Qu
test? dicat aliquis. Quid mirum Sapientibus? Co
tuitur enim animus in ea statione studiosa, cùm a
gitioso cursu inhibetur. Ita in fortitudine, firmat
patiendum. Hæc ante nos à nullo philosophorum
quitur πρᾶξιν ἕξεις: quæ est παρασκευὴ quædam
ἕξιν: quod & Galenus docet, sed alio fine: quonian
aliis principiis. Probat autem sensu carere plantar
nus obscuris quidem, sed non ignobilibus argume
Primò à partibus: ὅτε μέλος αἰσθανόμενον: qu
quam minus accuratè. μέλος enim est pars, ex Ar
tele, quæ non dividitur in consimiles partes, ut ca
At sensus non est in talibus, ut talia sunt: sed in co
milibus primò, & per se, sive sit illud caro, sive ner
Videtur, ὅτε, quasi, ὅτι. Post hæc addit τέλα· ὁμοί
τα, εἶδος διωρισμένον, ἀκόλουθον: quibus adumbra
methodus Aristotelis. Sensus enim in Cæsare, & C
ne, idem specie. Quibus autem diversus est animali
in illis ea differentia tribus evenire solet modis: aut
tentione, aut specie, aut proportione. Nam in Ly
v

ſus à meo differt intentione. Quam hic interpreta-
nis hujus author in Ariſtotelis ſchola minus exerci-
us, ὁμοιότητα nominavit. Secundo modo diverſa
t oculi ſpecies in homine ab oculo Cancri. Et alio
do, ſed occulto plebejis ingeniis, oculus hominis ab
ulo Leonis. Is poſterior propter totam ſpeciem à ſpecie
fferentē: alter verò prior etiam propter oculi priva-
n ſpeciem: quoniā cancer σκληρόφθαλμος. Hoc ſatis
natè dixit, διωρισμένον. Eſt enim ὅρος finis eſſentiæ
jusq; Tertium modum peſſimè, ἀνόλυτον: Ariſtote-
, ἀνάλογον. Neq; enim in Cochlea oculi ſunt. Nō eſt
go viſus, ſed pro viſu tentamenta proportione quadā
nēbi atrioris in ſummo cornicularū. Idem nobis deq;
uſtu deq; tactu eſt intelligendum. Aliud à motu præ-
rea ducit argumentum. In tertio de anima declara-
um eſt: Animali datam motionem, propter ſen-
m, ut id, quod appeteret, adipiſceretur, quod nol-
t, declinaret. Poſuit autem duo, motum, & locum,
bi dixit, ὁδόν. Quoniam motus omnis in loco fit, et-
m cœli. Tametſi vulgò aliter. Sed non permittit tem-
us. Item finem: cum dixit, οὗ ἕνεκά τι αἰδητόν. Si igitur
nis eſt, τὸ αἰδητὸν, in natura, & ὁδὸς, & κίνησις: ho-
um autem neutrum plantis datum eſt ab illa: igitur
e id quidem, propter quod dantur hæc, datum fuerit.
lantarum quoque animæ quomodo queat animæ
latonicæ competere definitio, conſiderandum eſt. In
ecimo de legibus ita definit: τὴν δυναμένην αὐτὴν
ὑτὴν κινεῖν κίνησιν. Oportet ergo de motu alio quàm
ocali dictum ibi: aut huic animæ non conveniat.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 84 sur 521

At cæteros motus si quis negare velit motus esse, pos
Mutationes potius sunt: sola loci variatio, motus e
Græca origo, μάω, μῶ. unde μῶσαι, non autem qu
μᾶσαι, sicut Plato: sed ab incitatione, à qua & fur
Hæc autem, quæ dixit, cum egerent probationis, ac
pit demonstrationem, quam vocat Aristoteles πῶ ὅτ
à signis. Nam si ea, quæ in plantis existunt, per ex
riora signa percipiuntur (explicat autem hoc per il
τρέφεσθαι, αὐξάνεσθαι) ita sensus quoq; si in plantis
set, signis aliquibus perciperetur. Ergo cognoscimus
ipsis animam nutritivam, quia nutriuntur: qua
sensitivam non æquè cognoscimus, quia sentiunt?
lud quoq; potest quæri: Quæ sit argumenti vis, à sen
ad vitam. Sic enim balbutit: ἡ γὰρ αἴσθησις αἰτία
ἐλλάμψεως ζωῆς. Nam dormientes vivunt, nec se
tiunt: Ecstatici, Carotici, Matrices suffocatæ. Qu
verò dicit: τὸ δὲ θρεπτικὸν αἰτία ἕξιν αὐξήσεως πε
γματος πνὸς ζωντος: quamquam passim jactatu
est, nondum tamen sic defunctum arbitrantur mul
Opus enim altricis perpetuum, ad finem usq;: auctri
officium certo spatio terminatur. Qui tuentur eam
pinionem, dicent: vires easdem esse, materiam inep
esse ad eam quantitatem: quæ addita facit, ut quod
litur, etiam crescere dicatur. Parum refert hoc: & a
bi discutiendum. πρᾶγμα posuit pro re naturali: qu
aliis quoq; philosophis est in usu. χρῆμα tamen ad ha
significationem commodius est. πρᾶγμα verò, si re
pro causarum portione seces, potius ad aliud prædic
mentum referatur: cujus explicatio πρᾶτειν sit. Pat
etia

m ſuperius, quæ verba prætérii, urebant animum.
ικὸν αὐτὸ μὴ ἔι) μὴ ἐξχωρεῖν ὃ δεῖ. Ambitiosè
ntum. Sanè ſimplicius. ὃ νοεῖ αἰσθητικὸν ἔι). Quó-
n modo concinnavit Augeri tuus? Non ineptè ad-
dum, inquit Augerius, ſed abuſus eſt flexu denomi-
rionis. Sic enim ſcribit: non eſſe ſenſilem, nequa-
ım, non eſt admittendum. Ubi vides vitium ma-
ium in ſententia. Nemo negat, plantam ſenſilem
. Corpus enim eſt, & ſolidum, & coloratum: eſt
tur αἰσθητόν. At an ſit αἰσθητικὸν dubitatur. Sed ad
era. Tum Bajulius. Deſcendit hinc ad dubitationẽ
uendam. Ergo planta, dicet aliquis, ſi non ſentit,
n eſt animal. Tum autem ſi non eſt ζῶον, non eſt
ν. Hæc, ut potui, explicavi, hujus enim oratio ſanè
àm inepta eſt. Negat autem rectè ſic ſtatui: atq; in
nc ſententiam apponit oppugnationis rationem.
ſſicilem provinciam capeſſere illum, qui velit attri-
ere plantæ functionem functioni animæ animalis.
c enim interpretor διοίκησιν, id eſt gubernationem.
d hæc probatio frivola eſt: Planta non eſt animal,
ia non elucent in ea functiones animales. Dicam
im: ergo non eſt animata. Et verò, omne animatum
imal eſt, ſua quidem natura: ſed uſus intercepit ra-
onem. Eſt autem modeſtè loquutus, συχωρὲς, non
utem ἀδιώατον. διοίκησις autem apud Galenum u-
q3, rectio eſt: De facultatibus & principiis in ani-
ali: De præturis Cicero, Iſocrates in re familiari,
emoſthenes in oratione de pace, laxiore ſignificato.
d quæſtionis ſolutionem affert disjunctionem. ζῆν

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 86 sur 521

accipi dupliciter: aliquando cum sensu, velut in a
malibus: sic plantæ ὲ ζῶσι. Interdum sine sensu: qu
ad modum plantæ dicuntur ζῆν. Erant igitur τὰ φυ
ζῶντα, non ζῶα. Jocemur verò vestra venia pauliſp
sicuti diebus hisce super Homerica dictione. Sic en
dicebamus: μύεια, cum dena tantùm millia signific
translatum à veteribus accentum fuisse de tertia à
ne in penultimam, ut infinita per μυρία deberent i
telligi: perinde quasi propter onus amplioris nume
sarcina sit ex humeris in crura delapsa. Ita hoc lo
leniamus consuetudinis tyrannidem lusu quopian
Ut ζῶν sit τὸ φυτὸν, natura sua curtum. Cui si acce
sio fiat potestatis, atq; substantiæ sensitivæ: addam
etiam vocalem, & sit, ζῶον. Quamobrem, sicut & A
ristoteles, & ζῶν dicit τὸ φυτὸν, & ζῶον negat. Verù
imprudenter addit, καὶ σπέρμα. Neq; enim τὸ κα
δυνάμιν τυγχάνον τοιοῦτον, contra distinguitur p
differentias sub eodem genere, πρὸς τὸ ἐντελεχεία ὄ
Hæc quidem rectè. Non tamen accipimus satisfactio
nem. Non enim planta atq; animal alia atq; alia vit
vivunt, qua vita est. Neq; si deficitur planta quibusd
perfectionibus, quibus animal præditum, continuò i
planta quæ vita est, minus est vita, quàm quæ est i
animali vita, qua vita est. Nam eadem ratione dice
remus, animal non esse animal: si homo est animal
Plus enim distat equus ab homine, quàm ab equo fi
cus. Ego igitur planè fateor, me pro ratione quid asse
ram, nihil habere: sed arbitrari, dictum potius κατὰ
συνδύναν, ut verbis utar Philosophi, quàm κατὰ λόγον.

imò

verò potius, κατὰ λόγον. Iste verò dictus suis, quibus
um placita diluebat, pejorem appendit caudam
Scorpione. Ait enim: καὶ γάρ εἰσί τινα ζῶα γνώσεως
μένα. Hoc quid ad rem? Imò tantò commodius
ibui posse contendas τὸ ζῶον etiam plantis: cum
acta quibusdam intellectus natura, non continuò
en adimetur, uti dicebamus, animalis nomen.
ndus tamen author est, qua id fieri queat ratione.
o poni vitæ gradus. Nam quemadmodum vita stet
intellectu, & sine intellectu: sic etiam cum sensu,
sine sensu. Cæterum quæ sequuntur, vehementer
vellunt animum meum, abducuntq; ab hujus sen-
tiæ assensione. Exemplo namq; utitur conchylio-
n. Quem ad finem id faciat, haud equidem scio.
uippe ostendit, ab animali plantam certis in rebus
ilo differre. Quare concludet aliquis: Si ζῶον a-
mal est: & animal à planta non differt: planta erit
ον. Demonstratio perfectissima, ab eadem defi-
tione ad commune prædicatum definitorum. Affe-
mus tamen opem huic quoq; parti. Credamus hæc
ci, quibus ostendatur, nihil esse medium inter ani-
atum, & inanimũ: ne ab anima excludatur plan-
. Sic enim scribit: εἰσὶ φυτὰ ἐν τούτῳ, καὶ ζῶα. Quo-
iam intellectione quædam careant animalia. Verùm
se haud ita multò pòst medium agnoscit quoddam
ter vivere, & non vivere. Quid me mirabundus
spectas, Minuti? Hæccine illius ex officina prodiis-
, penes quem nihil aliud invenias, quàm constan-
iæ incudem, malleum diligentiæ, ignem veritatis?

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 88 sur 521

Aristotelem dico. Et argumentum per se nimis lang
dum est, aut nimis temerarium. Neq; enim citius
probes non esse ζῶα, quæ hoc appellas nomine, quia
rent intellectu, quàm ea, quæ ἐν ταυτῷ cum ipsis sun
id est plantas esse ζῶα concedere cogaris. Ita est h
præsentissimum, maximumq; periculum: plan
quoq; ζῶα dici posse: si quibusdam in speciebus nih
differre planta cognoscitur ab animali. Præterea qu
aufert intellectum, propter quod planta fiat idem cu
animali? Neq; enim intellectu differt animal à pla
ta. Sive sit intellectus in animali, sive non sit: nihi
secius ab animali plantæ natura diversa est. Nem
intellectus animalis essentia non est, quatenus anim
est, sed quatenus est τοιῦτο τί. Neutiquam desciscet
igitur propter hoc ab animali Concha: neq; propte
hoc planta fiet. Interpres verò minus accuratè posu
pro eo, quod est γνώμη, γνῶσις. At nos facultatem, n
actionem quærimus impræsentia. Nam tametsi ha
ab illa fluit, atq; iccirco posita ponit illam, tamen
philosopho sic est loquendum, ut vis exprimatur ἐντε
λεχείας, non autem accidens. Verùm ne isthuc quide
rectè disposuit, non dari medium inter animatum, &
inanimũ: propterea quòd animal morte vitam amit
tat: quam vitam conservet per generationem. Qui
attinet iccirco medium tollere, quia per generatio
nem in individuis vita propagetur? Ad hæc, si mor
te vita finiatur, non continuò per hæc quidem verba
vita & mors contraria sunt eorum ex genere, qua
medio carent. Tollitur albedo per nigredinem, at viri
de, cæ

eruleum, alia media ſunt. Auſertur per avaritiã
igalitas, inter quæ liberalitas intercedit. Voluptа-
ſtatuunt adverſariam dolori, eſt quod neque do-
neq; juvet. Proinde ἡδονὴ per ἀλυπίαν minus ſa-
ter definita eſt. Eſt enim jucundi ſive convenien-
erceptio, ſive mavis fruitio: non autem privatio
ris. Simpliciſsimè Ariſtoteles: inter habitum &
ationem nihil. Nam hoc tum à Dialectico decla-
um eſt, tum à Tranſnaturali diſputatũ. At quàm
ta illa? φύσις πῶ δ ζώϐ ζωὴν ἐν τῷ θανάτῳ φθεί-
. Venit in mentem illius, cujus figuratas ineptias
det Seneca. Qui, quod vulgò dicitur, ſalve, ut ma-
m quiddam ſonaret, ad hanc formulam maluit:
o tibi dicere, ut ſalvus ſis. Perſpiciatis quæſo, divini
ceptoris more, argumenti formam: claudam inve-
tis. Eadem ſub forma ponatur hæc materia, Mors
it in homine calorem: ergo frigus & calorem inter
n eſt medium. Aliud efficacius: Ab homine mors au-
t intellectum, qui in planta nullus eſt: igitur inter
minis naturam, & naturam plantæ nullum me-
um. Barbariſsimam verò loquutionem præteriiſſem
ens, niſi vos mihi ſuccenſere, ſi non omnia diligen-
us excuterem, ſubvererer. Videatis hîc cujusmodi
emoſthenem nacti ſimus. πάντη ἀσύμφωνόν ὄξιν, ἵνα
σον πθῶμεν. Latinum ſequutus filum Græculus bel-
nos inter ſenticeta ſpatiatum duxit. Infinitivo ve-
s Græcus explicaſſet. Sequuntur verba, quibus pro-
t, ſolum ſenſum eſſe id, propter quod & dicantur, &
nt animalia. Genera, inquit, ſuis ſpeciebus dant &

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 90 sur 521

nomen, & definitionem. Hoc si introspectes, haud sa
verum est. Animal quidem genus: non tamen homi
dat nomen. Verum esto, ut homo animal dicatur, pr
pterea quod ejus sit species: at animal neutiquam d
homini definitionem. Daret enim Leoni quoq;. Igitu
hominis definitio cum definitione Leonis esset eaden
Dimidio sanè, vel etiam minore construit animal ho
minis definitionem. Est enim genus materiæ loco. A
materia neq; tota est essentia, neq; major pars, neq
potior: sed forma, quæ per differentiam designatu
Subtilius agamus. Si animal dat homini definitio
nem: Quid tum postea? An propterea sensu circum
scribitur animalis cognitio, quo à planta separetur
Minimè. Quod verò attinet ad generis potestate
specie constituenda, videamus etiam veterum erroren
illum, qui dicerent, in generis communitate differen
tias contineri: quippe quæ sint in ejus potentiæ ambi
tu. Neq; enim bonus Metaphysicus profiteatur, in po
testate animalitatis esse rationalitatem. Si verum es
set hoc: verum illud esset item, in materiæ potestat
rationalem quoq; ineſſe animam, atq; ex ea prorsu
educi. Nos in ipso genere potestate dicimus esse diffe
rentiam passivè, non activè: non quod speciei differen
tiam genus exhibeat, sed quia recipere potest eam,
eumq; terminum, ac præscriptionem sui, ut ex utroq;
simul juncto una fiat species in mente, quæ repræsen
tet speciem (ut loquuntur) realem: id est extimam
rem, quæ ex materia & materiæ ipsi adventante for
ma composita est. Tum porrò longè imbecilliore ful-

tura

munit hunc vitiosum parietem: Oportere ge- «
& una, & communi causa in multis esse. Qui- «
verbis, Genus haberet causam, propter quam in
is esset, ac de multis diceretur. At hoc quónam
modo posit? Quippe animal in equo & bove
est, quia sunt sensilia: sed è contrario, bos &
us sentiunt: quoniam animal sensile est. Pejus
adhuc loquitur, cum apponit verba illa: καὶ ὐκ
ολλῶν. Non enim, inquit, multis evenit de cau-
ut genus in multis sit speciebus, sed ex una. Quod
maximè abhorrens à veritate. Causa namq; si
esset, una esset tantùm differentia, & una spe-
: at multæ sunt species: ergo totidem differen-
quibus scinditur in partes genus. Ut genus quod
stituitur per irrationalitatem, sub se habet mul-
quia in multa secari potest. Verba, quibus tan-
claudit hanc sententiam, minus mihi perspi-
sunt: ὁ λόγος, inquit, τῆς αἰτίας, δι' ἣν βε-
βαιοῦται τὸ γένος, ὑ τῷ τυχόντι οὐκ γνώσιμος. Cau-
ratio haud cuivis nota est. Ergo causa haberet cau-
n. Ambitio loquutionis sententiam depravavit.
nplex fuisset oratio: διὰ τὶ βεβαιοῦται. Et quid
rbi hoc sit, scio: quid hîc agat, nescio. βεβαιοῦσθαι
citur, quod à filiofamilias actum est, quoties ra-
m habet pater. Quod populus scivit: si fuissent au-
ores patres. Hîc suspicor ab hoc Battaro, συνίσασθαι
ὸς τὸ εἶδ) ἐν πολλοῖς. Quanquam non vulgum solùm
tere causam illam suspicor, quare animal sit in ho-
ine: sed certus sum, nemini quamlibet sapienti com-
pertam

pertam esse. Atq; hæc ubi dixisset, conticuit. Q
paulò pòst cur faceret, roganti Minutio sic respon
Me quidem cœpti piget. Nam si adversus duos ne H
cules quidem: nunc quid me fiet, cui tot sunt debell
da monstra? Animus mihi primùm tuus averten
ab opinione illa pristina, cùm putabas esse hosce lib
Aristotelis. Deinde istorum impetus sustinendus,
sementem fecerant hujus superstitionis. Tum ab i
terprete barbaria simul atq; insciti a animadvèrte
da. Præterea mendosi codicis perversitas corrigen
Postremò deformia confidentis authoris abolenda
liria. Quibus tantis congressibus an satis futurus si
haud satis scio. At ego, Minutius inquit, sanè scio: i
etiam certò scio, te à me adjutum iri. Unum enim
his Procustis nihil jam magnoperè posse (Interpre
ignaviam dico) unum haud multum valere. Qu
enim? Si tu in corruptum exemplar incidisti, in ea f
vea damnandúsne es? Fortunæ munus est, libros na
cisci bonos, non ingenii: felicitatis, emendare: divin
tatis verò, ex depravatis, efficere, ut aliquid fructus c
piatur. Nusquam enim felicius mihi desipere vis
sum, atq; ubi cogor in mendosis libris ineptire. In n
tida atq; opulenta fortuna, haud ita magna res es
aliquid splendidum moliri: at in re nihili, atq; etia
nequam, inopia consiliorum vel tantillum erigere,
constituere: illud verò Herculeum puto. Non id ut pr
bent eruditi, (nihil enim à quoquam exigimus) se
ut cognoscant, probo in negotio quantum à me, sin
arrogantia, præstari potuerit. Tertium verò monstrū

ô bon

ne, jam morte affectum ostentabo tibi. Et cum ille
rvelle indicasset: Me, inquit, vide: assentior jam-
em, nullam hoc in libro ab Aristotele positam o-
m. Quamobrem ea, quæ sequuntur, ne me de sta-
e dejiciant, quam tu tantus imperator servare
isti, perge porrò palam facere, non multò esse me-
a. Haud quidem illa, inquit: jam enim nulla in
ra author est, quin talem sese vobis offerat, qualem
tenus præbuit spectandum. Nam præter proposi-
t hîc de animalibus dicere aggreditur, cùm tamen
nstituto plantariæ rei faceret expectationē. Quem
ursum faciliori animo exciperemus, nisi & alieno
o, & ineptè, & falsa diceret. Sic enim scribit: Ani- "
alia quædam sunt, quæ fœmineo carent sexu: alia, "
e non generant: alia diversorum colorum: alia, "
e fœtum edunt dissimilem sibi: alia, quæ terra cre- "
nt, atq; arboribus. Hæc profectò speciosa: sed ita, si "
rè, si probè, si inter se respondentia, si suo loco dicta.
uid enim faciunt hîc colores? An sexum faciunt?
uomodo respondet hæc pars huic partitioni? Hoc ex
gligentia, illud ex inscitia. Nullum animal fœmi-
o caret sexu, quin alterius quoq; sit expers. Ratio
æstò est. Animalia vel generant, vel non: veluti quæ
mulorum genere sterilia censentur. Hoc ita dico,
opterea quòd apud Aristotelem, Muli videntur ali-
uibus in terris gignere. Id apud nos pro monstro ha-
etur: quemadmodum & in Assyria. Meministis quæ
arrat Herodotus in prodigio futuræ captivitatis Ba-
yloniæ. Quæ generant, generant in seipsis, aut in alio.

Si in

Si in alio, masculæ sunt. Necesse igitur est, habere
minam. Si in seipsis, fœminæ sunt: cujusmodi legi
ex Aristotele Channam, & Erythinum. Altera c
sis non gignentium, jucundissimam habet intellec
nem. Ad hunc enim modum digeremus: Quæd
neq; gignere, neq; gigni: ut Ricinos. Quinetiam a
ferentiam hanc quibusdam in speciebus indifferen
esse, ut in Soricibus. Repentè namq; natos, æquè c
aboleri: felici voce Aristotelica. Vocat enim ταχυ
τιαν. Id autem per accidens (ut dicere consuevim
evenire. Etenim si vivant, tametsi non genitos,
gnere tamen. Tum divertemus ad eorum historia
quæ neque generant, neque non generant. Purpu
namq; etsi non coëunt, edunt nihilosecius ex se f
tum similem sibi: quippe salivam certa in loca dem
tunt, unde oriantur Purpurillæ. Apponemus & il
Quædam gigni, neq; tamen gignere. Hoc & patet
Mulis, uti dicebamus, in quibus uterq; sexus est: &
insectis quibusdam, apud Aristotelem, in quibus agn
scitur sexus nullus. De Apibus verum si arbitremur
quod à Virgilio atq; aliis proditum est, referantur a
eam partem, quæ de Purpuris statuebat. Illud ver
partitionis membrum nimis supinè à superioribus di
stinctum est: Quædam non moveri. Nam suprà di
cebat, appetitu carere plantam, quia sensum habere
nullum: ideoq; nec motum. Hac lege, si sunt anima
lia, quæ non moventur: ea sensum quoq; nullum ha
bent. Non ergo per sensum à plantis distinguentur
Hem, inquit Minutius. Tum tu non magis hunc im-
pugnas

nas, quàm omnes nos. Hoc, inquit ille, mihimet gratum feci, cum te commovi: qui ad vitandos rendosq; ictus tam semper paratus es. At si in me- ria habes, quæ de naturæ gradibus narrabamus, us feras hoc: Consilii motum in homine: Brutæ untatis in pecore: Utrumq; perfectè localem: Sim- em in elementis: Compositum in proximis ex gra- & levi mistis: ut in lapide. In plantis motum esse litum, incrementi scilicet. Inter hæc esse ostreaceæ edam, quæ partim moverentur, partim mane- t immota. Atq; in his gradus. Moveri totos pecti- , vibratione, ac saltu: ex quibus maximos ex isto stro Oceano mensis appositos hesternis mirabamur: Aremoricis, ut audio, Barenas appellatos. Ostreas, n totas. Urticas hærentes, dilatatione sola. Nihil thya. In hisce quoq; speciebus modum, quem omi- ramus, intelligendum censeo. Hærentes saxis quæ- m sunt semper, quorum tamen pars fluitans mo- tur. Earum quædam à cautibus absolvunt sese, atq; pastum abeunt. Duæ harum species: esculentæ, & rosæ. Quibus de causis hoc quasi confinium quod- m, ac transitum naturarum appellabamus. Sic im à lapide, qui non vivit, ad hominem, qui verè vit, per bruta, quæ imperfectius vivunt, commea- us. Haud tamen intelligo, vitam intendi, ac remit- : sed vitæ officia tum plura, tum meliora. Quapro- ter pro modo sensuum, instrumenta data sunt: pro odo cognitionis, sensus. Iccirco à planta ad homi- em egrediare per sensum tactus. Quem obscurum in

Tethyis

Tethyis ſuſpiceris potius, quàm deprehendas: q
niam proximè plantarum naturam ſunt. At qu
digreſſus in Urticam hærentem, inde in Liberam,
abeas per alia animantium genera, duce motu, at
auſpice hujuſce contemplationis. Tum Minutius,
mnia tu quidem rectè, & exactè. Non enim os iſt
alioqui divinum, ſed Natura ipſa loquuta videtur
mihi. Sed ad reliqua. Quæ dicit, ſibi diſſimilem fœt
ferre, non uno modo ſunt à natura condita. Nam
perſtat diſſimilis, velut Apuæ: aut non, ſicut ova,
vermiculi. Sed vermiculi quidam in parentum f
mam reſtituuntur, ut Apes: quidam non item. Ab
dem namq; Apibus tradunt & Apes, & Fucos, &
ges oriri. Alia mutationis exempla petenda ex hiſt
riis, in quibus meminerimus, Bombycum, Erucæ, P
pilionum, Chryſalidos. Alterum verò membrum i
conſultius. Non enim fuit is in Ariſtotelis perfectio
exercitatus. ἄλλα, inquit, αὐξάνεσιν ἐκ τῆς γῆς,
δένδρων. Intelligit, Coſſos, Lumbricos, Aſellos, Por
cidas. Verùm aliud eſt αὐξάνεσθαι, aliud γίνεσθαι.
ſanè differentiæ & ab Ariſtotele, & apud Galenum
Platone ſejunctæ ſunt. Quædam enim ex lignis non
gnuntur, quæ tamẽ ἐκ τῶν δένδρων αὐξάνεται. Quem
admodum avicularum genera ab eodem recenſita Ph
loſopho. Quinetiam Buſſo ex Buſſone ortus, terra v
ſcitur. Utar vulgato nomine, quod ne Latinum qu
dem putant quidam. Neq; Græcis μυοξὸς, ut alii ſcr
pſere. Is enim Glis eſt Oppiano. Quibuſdam aqua ſo
pro victu eſt: cujusmodi Apuarum genus: quas Aqua
rell

us ideò nonnulli vocant. Alia ſolo aëre, non exem-
Chamæleonis: inſectis enim veſcitur: ſed quadru-
s Indici, quem Canem levem nominant: & avis,
m dicunt Manucodiatam. Nonnulla vorant ſa-
um, ut Anſeres. Qua in natura vobis mirum nar-
poſſum. Perdices in ea parte Vaſconiæ, cujus ager
uloſus eſt, eſitavi. Offenſi ſunt dentes inter man-
dum, lapillorum duritia. Primum ibi cum miſero
uo putata eſt ratio ejus operæ, non ſine jurgio. Ille
are. Atq; ut innocentiam ſecuriorem fecerat ſui
ſcia ſedulitas, popoſcit alam, ac momordit. Illico
tundem cauſatus, ſectam intus oſtendit lucidiſſi-
arenæ grumulis differtam. Poſtridie narravi ordi-
quaſi miraculum amicis. Quos inter Regulus qui-
n aucupii ſtudioſus: Quid mirum, inquit, ſi in ſa-
etis victitans avis, ſui cibi refert primordia? Ubi
æ ſementes ſunt, inops pabuli aliò ſe confert perdix.
inde ſues ſecuta ſub ſuberibus, aut ilicibus glandis,
Acyli micas, quæ ex illorum cadunt ore, ſabulo ob-
tas vorat. Hæc ut vera ſunt, ac propterea diluunt
eſtionem illam, non continuò tollunt alteram. Quis
m non quærat, quibus meatibus milio grandiores
illi ſubire poſſint, atq; à jecore in membrorum an-
tias penetrare? præſertim cum tam compacta car-
ſit avis illa. Elephantes verò etiam lapides vorare
ptum eſt in hiſtoriis. Sunt quæ aluntur limo: quo
enſu Mugiles ponuntur. Stercora ſues, anates, ca-
appetunt. Ferrum concoquit Struthius Arabs: cui
eci ineptè Cameli cognomen addidere. Licuit illis

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 98 sur 521

hoc tam bellè, quàm ex naturæ legibus Urſis, qua
cœlo eſſent collocaturi, caudas adhibere. Aliquibus
mina pro cibo ſunt: ut avicularum compluribus. A
fructus, ut Gliribus, & Sciuris: Frondes, ut capris: H
bas paſcuntur pecudes. Radices erodunt Talpæ, S
eruunt: unde & cognomen Panis porcini. Ligna ab
munt Tineæ: Carne aluntur Leones: Piſcibus Ard
læ: Salſamentis Polypi: Scarus Thymo: Phycis Al
Non deſunt, quæ ſui generis hoſtes inventæ ſint a
mantes: contrà quàm obſervatum fuerat ab Ariſto
le. Eſu mutuo victitare Lucios à nobis deprehenſ
eſt: qui minuſculos in majorum ventre vidimus. Qu
re neq; rectè, neq; exactè, neq; ſuo loco, ut philoſoph
decuit, docuit nos. Tum æquè ſiniſtris avibus duc
eſt ad quærendum, in media plantarum hiſtoria, Qu
eſſet animalis animæ principium. At hoc pertinet
illam primæ philoſophiæ partem, quæ cognoſcit de
mnibus omnium rerum principiis. Sanè animæ eſſen
tia in anima eſt. Quorſum igitur illa verba? ἢ α
χὴ ἐν ψυχῇ. Eſt ne principii principium? An hîc qua
rit, τὸ ὅθεν ὄθι, καὶ ἀπορίνεται τὸ τί ἦν εἶ). Ergo, ψυχῇ
debuit: non autem ἐν ψυχῇ. Verùm quid tibi dari v
βοτανικὸς narrator? Cum tamen ne inter primos qui
dem philoſophos ſatis conſtet, quis ſit formarum dato
aut unde proficiſcantur: ἐκ τίνος ἐκμαγείου depromam
tur illæ. Non enim facilis patere videtur ingeniis hu
manis aditus ad hujuſce ſacrarii penetralia. Adeò ver
exagitati ſunt ſapientes, ut Deum quendam (loqua
illorum more) ſubalternum crearit Avicenna tuus ille.

Scaliger

liger: cujus Dei tum beneficio factæ, tum officio da-
ormæ reciperentur in materiam. Quam opinio-
n cum rideant docti: quomodo præceptoris illius
ac potius numinis tuebere dignitatem? Ecce verò,
uam, constantem animum. Autorem modò impro-
as, qui hîc ineptiat alieno & loco, & tempore: te
u respicis, eandem in arenam qui me voces. Revise-
Timæum tamen: uno te ut absolvã verbo: & simul
iè Platonem proponam irridendum. Ibi Dii qui-
n è minoribus ordinibus, acceptam primo ab Opi-
animam, detornato ab sese amiciunt corpore. Ve-
n hæc hîc deponamus, de integro, ubi voles, resum-
ri. Nunc jam revertor, inquit ille, postquam te per-
refeci. Ait hic noster, Animæ principiũ esse animal "
bile, quod ambit cœlos, Solem, sidera, & planetas. "
uasi verò non omnium rerum principium illud sit.
nt ea, quæ sunt, quia ipsum est. Proinde sapienter
ismegistus: Unum omnia esse, & omnia unum. A
o Parmenides acceptum cùm reliquisset indiscus-
n, præbuit occasionem vobis Peripateticis deambu-
di. Est autem principium ejusmodi, ut, tametsi
s aliquid sumus, ex eo tamen nihil sit sumptum.
ra sanè res. Nanq; de nihilo cuncta qui crearit, pro-
r infinitam potentiam, à seipso attribuit, quod fo-
nostrum, propter infinitam bonitatem: nihil sibi
mpsit, ob infinitam sapientiam. Neq; enim potuit
i deesse: qui & nobis adesse voluit, & non quivit
n supereſſe. Quippe immortalis ipse cùm sit, nulla
bitur materia. Si non capitur, in partes non secatur.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 100 sur 521

Verùm, ut ſolemus dicere, merum hoc mare eſt: cu
æſtu vel nolentes rapimur. Et Jamblichi auram ill
proſperam habebamus, qua hunc ſecundiorem curſ
teneremus. Is de animæ noſtræ loquens principiis: I
tellectus, inquit, divinus dat eſſe animæ noſtræ illa i
intellectione, quam ſibi habet eſſentialem. Quare a
mæ ipſius eſſe quoddam, ſit propenſio naturæ ejus
intelligendum Deum. Si enim Deus, Deiq; à Deo i
tellecti eſſentia unum eſt, & nihil aliud quàm De
atq; ea quidem reflexio fiat ſine motu, loco, tempo
noſtrumq; eſſe ſit per eam intellectionem: tandiu a
erimus, quandiu Deum intelligemus. Anima ve
plantæ, quia inferior eſt, non habet hoc eſſe per intel
ctionem ſuam ab intellectione Dei, ſed per eſſentia
ab eſſentia. Non ſolam verò eſſentiam, ſed eſſentia
vegetabilem. Quo in loco videtis, ſecundariæ ope
precium excedere totius primarii propoſiti æſtimati
nem. Iſte verò Deum animal appellavit: tametſi ne
ſolus, neq; primus. Mundi quidem dicit animam
Proclus, & Plotinus Deum, ex Platone. Animal er
Mundus, non Deus: ut eſt apud Jamblichum & Ariſt
telem ſecundum placita Pythagoreorum. Zeno quo
definivit Deum, animal immortale, beatum. Sic
Epicurus, quamquam alia ratione ſtatuunt anima
Is enim ordo: Deus ſummus: Dii ſecundarii: ut tu Fe
reri ſolitus es jocoſe dicere, quaſi Panes, aut lora. Tu
Dæmones, Heroës, intellectus humanus, anima huma
na. Quamobrem nomen animalis à ſuperioribus ſe
gregant. In ſeptimo & octavo Phyſicorum, & in duo
decim

mo primæ Philoſophiæ hoc eſt diſputatum: Sitne
na intelligentia Deus, an alia ſupra illam, cujus è
u & hæc & aliæ pendeant. Quæ ſint in opere juſſu
: cujus operis illa expers, atq; immunis. Unde non
verum quod ait Avenrois adverſus Aboali: primum
loſophum accipere à naturali, Deum eſſe. Si enim
us aliud eſt, à primi orbis motore, neutiquam per
tum cognovit naturalis, Deum, ſed motorem pri-
m primi orbis. Nam poſtea velle Dei ſubſtantiam
q; vim perſcrutari, nequaquam intereſt ejus, cujus
ellectio motus ſinibus præſcripta eſt. Ad ipſum verò
um nullo gradu naturali poteſt aſcendere quiſpiam.
ntò minus erit animal, ſiquidem ambit atq; capit
verſa, tum animata, tum animantia, tum hac u-
q; natura carentia. Sic enim accipio vocem hanc,
imans, activè nunc, longè prudentius, quàm Roma-
m forum totius ignarum philoſophiæ. Qui verò
um dicat animal, ei cœlum attribuat pro corpore:
e quo non poßit eſſe principium. At ipſius quoq; cœli
ncipium eſt. Omnino verò ſi primum movens in
mo mobili ſit Deus, ſtultè nimis unum illi officium
ribuere. Seneca verò nihilo majore ſapientia lo-
utus eſt. Animum, inquit, conſtat animal eſſe. Au-
e verò improbam probationem. Addit enim hæc:
um ipſe efficiat, ut ſimus animalia. Scriptum eſt hoc,
ectè memini, in libri viceſimi epiſtolarum veſtibu-
Id quod cum cæteris quibuſdam, vellem, reticuiſ-
. Cum verò unius rei naturalis principia multa
it: qui dixit, unum principium eſſe Deum, debuit

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 102 sur 521

apponere, primum. Hac prudentia Galenus usus est in tertio de locis. Nervorum principium cum diceret cerebrum, addidit, primum: propter eos scilicet nervos, quorum principium videtur esse spinalis medulla. Et Aristotelici principium ipsum dicunt: sed non primum, quippe cor. Ita Proclus ille divinus, ac verè magniloquus, Principium quidem primum omnium rerum statuit Deum, idq; ex Timæo. Deinde ex eodem, principia alia media. In Alcibiade primo Dæmonas ipsos: quorum opera atque rectione mortalia nostra hæc eas affectiones nanciscantur, ut inde & plantæ & animalia consequantur essentias suas. Plato verò, & Platonici omnes à principe Deo intellectualem animam conditam volunt. A recentioribus verò Diis, quos equidem ludens aliquando vocabam Deunculos, creatam irrationalem. Quibus legibus eorum opus arbitremur esse plantas ipsas. Nam Deos cœlestes, igneos, aëreos, aqueos, terrestres singebant. Hos postremos etiam nunc agnoscit Germania, & peculiari designat nomine. Ego verò in Platonicorum fabulis etiam, quos nolo dicere, aliquot invenio. Atq; ut vos hilarius accipiam tot è salebris egredientes, valde metuo, ne plus Deorum ab hisce Platonicis pictoribus effictum sit, quàm hominum ipsi unquam Dii fecerint. Nostri nanq; generis, si verus homo quæratur, infrequentiam, ne dicam vastitatem, videtis. Illud verò interpretisne sit, an autoris, equidem ambigo: ait enim, περιοδεύει. Quid enim est animal quod stellas circumit. An Aristoteles præter stelliferum cœlum

aliud

liud agnovit ſuperius? Nullum ille ſanè. An verò ſi eum intelligit, Deo motum circuitionis attribuere uſus eſt? An autor verus, περίεισι, ſcripſit: monas iſte, περιοδεύει? An Deus ſupra cœlos eſt, ſubter os non eſt? At illud cœlum ſi creavit animam: corruptibilis ea fuerit neceſſariò. Neq; enim motu quicquã t, quin idem ſit corruptibile. Solus ille opifex immaterialis incorruptibilia fecit, ſimilia ſui, quæ voluit: voluntate ſola ſua movens, non motus: nõ motu uſus, cui motionis momentum eſſet ipſe: non qui motus iſius aſſeſſor quaſi quidam exiſteret. Rectius Pythagoras, animam eſſe ab ætheris ſubſtantia avulſam. Facit enim ſic autorem Deum: non rectè tamen à finito aufert portionem ſine illius detrimento. Et profectò qui cœlum fecit, neceſſe eſt ex nihilo feciſſe: proinde animam quoq; indidem non è cœli parte feciſſe decuit. In Timæo Mundum gignit Deus, & animam Mundi. Ut jam ne Deus quidem, id quod aliqui ex ea familia dictitabant, mundi ſit anima. Tum anima illa Deos ex igne generat: & Deos quaſi aſcriptitios. Dii verò Ideas animarum, quibus conſtant animalia: quas animas ab anima Mundi acceptas, quemadmodum dicebamus, obſepiunt corporis amictu. Omnia verò ex ſe gignere dixit idem, in decimo de Repub. miris profectò verbis. ὁ θεὸς, inquit, ἑαυτὸν ἐργάζεται. Ac ſi dicam: ſeipſum quaſi diducit in opera ſua. Itaq; inter hæc verba tam divina horror me occupat. Inveni enim in Epinomide eas leges veritatis: ut is qui ſcripſerit, potius à nobis intelligi, quàm ea ipſe ſine nobis

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 104 sur 521

intelligere potuisse videatur. Neq; enim ducem animi sui habuit, quem nos habemus, dominum JESUM CHRISTUM. Quæ verba, viri pii, rogo, atq; obsecro, pro vestra pietate, attentiore animo audiatis. Ea namq; sunt, quæ inexplebiles istas mentes vestras affatim saturare queant. Audite verò: ξωιαποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος ὀφθόν. Quis non Joannem loqui putet? Nónne indidem, unde & ille illa ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, id est, è cœlo videtur rapuisse? Ad hæc Minutius: Divinum equidem utrumq; semper existimavi, & Platonem & Aristotelem. Illum tamen quæ invenisset, authoritate sola, tanquam bonum virum: hunc nihil sine ratione, quasi acerrimum judicem statuisse. Cum igitur eorum libros lego, utriusq; ab utroq; scriptos arbitrari libet: unus enim spiritus & sapientiæ, & veritatis: alter pictior, alter compositior: ille ad apparatum, hic ad pugnam: incitat ille animum, hic explet. Utriusq; sum equidem, sed ita, ut in opinione hominum, si qua est super illorum oraculis controversia, si sit alter deserendus, sciam quid facturus sim. Alter enim est naturæ lingua: alter altera natura, sed eloquentissima. Ad quæ Bajulius: Haud miror isthæc ego verba tua. Jampridem exploratum mihi fuit, non solùm veterum authoritate, sed etiam exemplo tui, transformatum τὸ φιλοῦ εἰς τὸ φιλούμενον. Id quod & ab eorum altero scriptum est, & acceptum ab eo, quem admirabatur ille, præceptore. Sapientiæ istius initium fuit contemplatio, non sine admiratione. Deinde cognitionis firmitas ex recepta persuasione.

ſſione. A quibus amor ipſe creatus eſt, qui te & ad
rum induxit laudes, & continet in officio imita-
nis. Sic eſt in Epinomide: ὃν ὁμὲν δ' δαίμων πρῶτον
ύμασιν, ἔπεστα δὲ ἔρωτα ἔχων & καταμαθεῖν. Et ad-
it illa magnifica verba: quorum equidem ſuccum
ſarum regũ delitiis univerſis antepono: ἡγέμενος
δ' οὕτως, δ' τυχώσατα τε διάξειν τὸν βίον. Sed ad
ineptũ: tametſi piget ad ineptias. Mirum verò, ſi liber
ſit Ariſtotelis, cujus author inter olera venatur a-
næ principium: cum in libris de anima ne verbum
idem. Iſte verò veſter (ſic enim jam vos affectos vi-
) vellicator appellat, δ' γλυές: vocabulo quidem
lgi auribus apto, verùm apud ſapientes impio. Non
im unquam natum fuit illud animal. In hiſtoriis
rhetoricis à philoſopho declaratum eſt, γλυκαῖον eſ-
quod ſui generis naturam ſervat. Quo pacto dica-
r etiam Aſinus generoſus: ut ex Arvernis, Arcadi-
s, Aegyptiis, Reatinis. δ' γλυὲς autem, quod bono ſit
nere prognatum. Quale ſit igitur hoc aliarum re-
m principium, quod ipſum habuerit principium an-
ſe ſui? quippe unde ortum ſit. Planetas ab aſtrorum
revit appellatione: ut illa fixa intelligeret. Sic pla-
it antiquis eos nuncupare, non ab errore, ut Plato
lumniatur, & obtrectat Cicero ſequutus illum: ſed
illo vario digreſſu, quo abſcedunt à linea media ſi-
niferi. Quo in ſpatio cum ſol nunquam viſus ſit, ab
ujus conſtantia palantes illi obſervati nomen hinc
venerunt: Luna, quæ frequentius ab ea linea diſcur-
ret, quare non invenit? An quia lux prius quàm

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 106 sur 521

motus seſe ostendit pastoribus: unde in urbes, ac postea in scholas nominum usus invectus est. At tametsi lux ea mutuatitia est: adeò, ut etiam à priscis philosophis dicta fuerit ψευδοειδὴς: gratiam tamen ejus nominis ab iis illi factam puto, quorum opera etiam in tenebris uteretur. Cujusmodi pastores & nautæ sunt, atq; viatores. Gratus profectò animus, atq; officiosus eorum, qui corpus suapte natura parum, aut nihil: alieno beneficio nunquam totum: providentiæ legibus aliquando etiam totum non luceret, luminis affectu ac designatione dignati sunt: meritis alterius temporis pensantes naturale detrimentum. Videamus verò præterea, quibus verbis βρενθύεται noster hic philosophus, τὰ ἀπὸ τῆς ἐνειργμένης ἐξωτερικὰ ἀμφιβολίας. Quid hoc ad nos, quærentes animæ principium? Nam etiam si Sol aptus natus esset ad excipiendas externas impressiones: si Deus est animæ principium, non iccirco animæ principium mutabitur. Quid verò sibi quærat ex illa voce ἀμφιβολίας, haud sanè queo percipere. An id apposuit, quasi de Sole ac cœlo nihil dubitetur? De motibúsne? An de numero? An de materia? Quod ad numerum attinet, unum addidit Aristotelicis Ptolemæus. Huic insuper unum Thebith. Nunc contrà inventi sunt, qui sublatis Epicyclis motum servari contendunt. De motu verò quid dicam? Fabricati sunt in Germania nuper compedes Soli. Quin ei addita sarcina, qua in citeriorem regionem sui cœli ejus corpus detraxerunt. Nec desunt, qui mixentur, extra totum signiferum Planetarum omnium

futuram

uram divagationem illam. Proinde minoris Urſæ
remum ſidus applicaturum ſeſe verticis puncto, à
nunc abeſt aliquot partibus. Ergo nihiloſecius
ἀπλανῆτες erunt illæ quoq; ſtellæ, quas fixas & ἀνδεδε-
μένας vocat Ariſtoteles: Præſertim cùm ſit nullum ſi-
us, quod non alicui cœleſti globo non ſit infixum. De
teria verò tũ vetus, tum ſublimis quæſtio eſt. Qui-
em negarant omnino materiam ullam ineſſe cœlo:
ſe enim illam ſubjectum corruptionis. Cœlum eſſe
corruptibile. Hoc Peripatetici. Theologi quidam
ſtri materiam propterea ſubjecerunt, quia cœlum
iquando corrumpetur. Maximo hi errore. Non ſanè
rrumpetur ſuperinducta forma alia naturali: non
im habet contrarium: ſed ab opifice Opt. Max. ſu-
a extraq; naturæ leges omnes ita ſolvetur, ut nihil
us, quod nunc eſt, futurum ſit reliquum. Nam cujus-
odi flammam illam? Unde? Nónne illius nutu o-
mia? Taceant igitur iſtorum mortales argutiæ. Peri-
atetici verò illi præceptori faciunt injuriã. Materiam
nim ponit in cœlo Philoſophus, propter quantitatem,
guram, loci mutationem. Non enim materia ſubje-
tum eſt corruptionis, niſi cùm eſt ſub corruptibilibus
ormis naturalibus: à quibus fluunt accidentia, quæ
abent contrariũ, vel contraria, poſita ſub differentiis
tem contrariis. Cœlum verò eſt extra omne prædica-
nentum, & à noſtratibus ſubſtantiis diſtat plusquàm
genere. Quid? ſi noſtra hæc & cœleſtia non ſunt ſub
odem genere: quomodo igitur una erit materia pri-
na communis his, & illis? Iccirco Avenrois in libro
de ſub-

de ſubſtantia orbis, pinxit ſuam ſententiam nominibus, quibus nulla ratione res ipſæ reſpondere poſſunt. Ait, non eſſe materiam, ſed corpus. Quaſi dicat, ut joco ponam rem ante oculos, panis eſt ſine farina. Quare longè tutius alii materiam ſtatuunt, ſed ab hac inferiore diverſam. Sic Jamblichus admirabili potius, quàm veriſimili utitur oratione: In cœlo materiam, aut nullam, aut, ſi ex hac noſtrati conſtat, adeò illam immutatam, ut effecta ſit forma. Cœlum enim, quod videmus, materiam formalem eſſe: ſicuti contrà, formam, quæ in rebus ſit inferioribus, factam materialem. Ita ſi libeat ei Latinè gratum facere, duo finges verba: Formaſcere materiam ibi: apud nos formam materiaſcere. Cæterùm qui formidant materiæ vilitate futurum, ut ſordeſcat forma cæli, in pauca intuentur. Longè namq; nobilior eſt hominis intellectus, quàm cœleſtis corporis forma: ſi (quod & verum eſt) neq; informatur cœlum ab intelligentia, & humanum corpus informatur ab intellectu. Non igitur oportet materias abſque neceſſitate multiplicari. Et quod argumentum ex Ariſtotelis ſententia reliquum eſt: Quæcunq; communem habent materiam, communem quoq; habent naturam ad mutuam actionem ac paſſionem: ac propterea cœlum, ſi eandem cum igni contiguo materiam poſſidet, ab eo conſumptum iri: hoc, inquàm, argumentum jam deletum eſt. Non enim habet ignis qualitates cœleſtibus qualitatibus vel contrarias, vel nobiliores. Huc abduxit ab agris barbari hujus ambiguitas, ſive ἀμφιβολία. Quam ſi

quis

is vestrum quærat, cur ἐνειργμένην sive coërcitam
exerit: respondebo me nescire. Sequuntur verò illa:
ἢ ἀπαθῆ εἶναι. Nimis sanè laxè loquitur herbarius:
n pati illa corpora. Nam sanè in natura nō quidvis
odvis patitur. Non patitur ignis putrefactionē. Non
tiuntur formæ divisionem, non intensionem, non
ntum localem. Omnino verò nihil est, quod pati pos-
(auribus honor sit) annihilationem. Num igitur
a corpora nihil horum quicquam patiuntur? Nónne
oventur ipsa: atq; ab alio quidem. Ajunt enim o-
nes, rotatrices mentes illas sola sui intellectione gyro
itare orbes suos. Plus igitur patiuntur, quàm gleba,
m descendit. Habet enim gleba in se suiipsius impe-
um. Quippe si movetur, etiam movet hoc quod mo-
tur. Et illud est controversum. Quandoquidem ple-
luniis noctes sub Canicula sunt æstuosiores: quæri-
r, an Luna sic à Sole calefiat, quemadmodum illu-
ratur. Nam quod calorem exceptum reflectat terris,
detur eo prius affici ipsa, quàm nos afficere. Hoc alibi
scussum est. De obscuratione verò quis dubitat? Quis
non dicat pati, quod recipit illud, quo carebat: à
uo tollitur illud, quod habebat? Iccirco Proclus cum
dditamento loquutus est: Ait enim, ἀπαθῆ ἀπὸ τῶν
επεώρων: id est eorum affectuum expertia, à quibus
ementa, atq; imprimis aër patitur. Quin cœlestes a-
imi cùm Deum intelligunt, perficiuntur. Ac tametsi
on mutantur, quia perpetuant æqualiter intellectio-
em, propterea tamen quòd aliunde accipiunt, unde
pendent, dicuntur ab eo sic affici. Sed videte quæso

confirma-

confirmationem: ἡ γὰρ αἴσθησις τῶν αἰσθανομένων πάθος ἐστί. Sunt igitur ἀπαθῆ, quia sensus est rerum sentientium passio. At enimverò πάσχειν, non est solius sensus. Quare probatio inanis est: Non sentit: ergo non patitur. Non est homo: igitur non est animal. Sed post tam prolixam errationem ad signa revertamur. Antequam isthuc procedis, inquit Ferrerius, tantò minus assentiaris interpreti meo, qui αἰσθανομένων, cognoscentium, vertit: neq; ex fide, neq; ex re. Non enim fecit rem meliorē: & corrupit fidem. Neq; id sonat Græca vox: & angustiore loco versatur, quàm si à sensu argumentetur. Affectio namq; cognitionis in paucioribus est, quàm sensus. Quanquam si Cœlum animal est: imperiti aut inconsulti hominis esse dicam opinionem, quæ ab ipso auferat intellectum. Bene, inquit, habet, Bajulius. Rectè tu castigas hominis temeritatem: sed promoveamus. Sciendum, inquit, quòd plantæ ex seipsis non habent motum: Quippe terræ impactæ sunt: At terra immobilis. Nunc à motu repetit argumentum, quo distinguat eas ab animalibus. Verùm modestius accipiendum quod dicit, κίνησιν. Ponit enim pro mutatione totius loci. Nam sanè aliquot animalia terræ aut saxis adhærescunt. De Pinna est aliquid in historiis: de Urtica satis patet. Quæ de re ita modū statuemus, πλὴν ὅλην κίνησιν. Hæc tametsi μόνιμα, καὶ παθητὰ dicuntur ab Academicis, atq; Peripateticis, motum tamen habent partium. Diffundit Urtica crines, quos item contrahit in cirros. Aperit Ostrea tuguriolum ad capsæ modum. Quæ verò

ò ſubdit, piget jam & refellere, & referre. Etenim
crupta ſunt: barbara ſunt, repetita ſunt. Suprà
mq; de vita & ſenſu item dixerat. Verum quod
ix ponit, Animalium vitæ cauſam ſenſum eſſe, non
omittendum. Nemo enim vel mediocriter ſapiens
iere audeat, id quod eſt conſequens, eſſe cauſam an-
edentis. Sanè vita eſt, actus animæ in corpore in-
umentato, naturali: Si monſtroſum verbum videa-
, ne armamentarium quidem, neq; corporatum
mittatur. Inſtructum, dixiſſem, ut apud Jurecon-
tos: ſed ambigua vox erat. Is igitur actus, quan-
am eſt eadem in anima cum actu ſentiendi conjun-
us, prior tamen eſt: quippe vis viviſicandi. At hanc
inem ſenſum antecedere, patet ex ipſa ſubſtantiarũ
unctione. Datur enim vita ſine ſenſu. Quare & ci-
a ſenſum. Illud quoq; ſapientis auribus indignum pu-
. Senſum facere διάκρισιν μέσον ζωῆς καὶ θανάτου. O-
itto barbarum, qui μέσον pro μεταξὺ, non ſemel. O-
itto defectum articulorum: quæ res adducit ipſum
ſuſpicionem, ut dicebam, ſemilatinum quempiam
iſſe, non natione, quam irridet, ſed infantia, qua ri-
ndus eſt. Rem putemus ipſam, non ſolùm pravã, ſed
iam ſibiipſi adverſantem. Nang; ſi ſenſus facit, ut
ſcernamus à morte vitam: nullum vivens erit, quin
ẽ ſit ſentiens. Hoc jam & per ſe falſum eſt, & contrà
iam profitetur. Sic enim bis adverſatur ſibi. Plantis
ignabat: ergo etiam nunc vitam. Senſum plantis
ferebat: ergo nunc etiam vitam. Cœlum vivens eſt:
itur & auditum tribuat, & cæteros ſenſus. Ut non
temerè

temerè ridiculus ille Diis ſuis coquinariis, atq; proſtibulariis ſacrificiorum nidorem exprobrarit. Si ergo ſentit cœlum: patietur etiam. At hoc negabat. Hîc cum Minutius ſurrexiſſet, Pupugiſti nos, inquit, Bajuli. Aut doce nos, aut dedoce. Quid iſthuc? inquit ſubridens ille. Senſus, inquit Minutius, non eſt cum animali (ut loquuntur) convertibile? Miſſa faciamus, reſpondit Bajulius, quæ Pythagoras, & ab eo Plato, in Atlantico: Etiam in brutis ineſſe animam rationalem, qua non utantur, propter corporis ineptitudinem. Sed hoc, quod quæris, eſt, & non eſt. Animal enim haud univocè dicitur: ſi cœlum animal eſt. Nempe non eodem modo, quo tu: Sicuti dicebatur, extra omne prædicamentum. At quare ſenſu non eget animal cœleſte? Propterea quòd intelligit ſine phantaſmatibus, quæ, ſi per vos licet, Latinè dicemus imaginacula. Et Mens illa, quæ globum ſuum perpetuis rotat gyris, alia ipſum informat ratione, quàm te tuus intellectus. Neq; enim ad ejus motum movetur ipſa, vel per ſe, vel per accidens. Proinde tu vel ſede, vel quære amplius. Sedebo, inquit ille, jam. Nullo namq; modo efficacius jubere potes, quàm ſic: cum à me cauſam, propter quam ſurrexerim, ſuſtuliſti. Sed perge obſecro. Facerem perlibenter, inquit ille. Verùm magnoperè vereor, ne nunc mihi ſurgendum ſit. Ea namq; objiciuntur impedimenta nobis, quibus velociſſimus quiſq; curſus
„ inhiberi queat. Cœlum, inquit, cum habeat meliorem
„ conſtitutionem, & digniorem, quàm hæc noſtra ſit
„ habitatio, ab his longè diſſitum fuit. Oportet igitur &

perfe-

perfectum, & diminutum animal aliquid habere « commune. Hoc autem est vitæ finis. Hujus ergo priva- « tione, à vocibus his abstineamus, necesse est: Scilicet « non dari medium. Nam vita medium est. Etenim in- « animatum neq; habet animam, neq; ipsius partem « ullam. At planta non est ex iis, quæ carent anima: « propterea quòd animæ pars inest quædam. Non tamen « animal est, quippe nullus in ea sensus. Sed abscedit à « vita in non vitam paulisper: quemadmodum & sin- « gularia. Hæc iste sic. Quæ quoniam, ut potui, Latina « feci, vehementer aveo scire, quantum distent ab inter- pretis tui vel diligentia, vel dexteritate, vel felicitate. Tum Augerius ad se conversò respondit ita: Quod tu constitutionem, hic functionem: puto Græcè scriptum, διοίκησιν, sicut & suprà. Utrumq; tolerabile. Tuum plus explet veritatem: hoc magis exprimit authoris fidem. Est enim διοίκησις, quod οἰκονομία. Ab officii tamen nobilitate non assignatur à natura locus rebus vel inferior, vel superior. Tametsi aliter alicubi Philosopho videatur. Exempla sunt inter dissimilia genera non pauca: Aurum, ac gemmæ non nisi subter terram. Videamus quot minus preciosa superficiem teneant. Sic in diversis substantiis homo nobilior, quàm ignis in sua sphæra. Ex iisdem quoq; naturis species ad nostram sententiam confirmandam, multæ sese exhibent. Saturno longè præstantior est Sol: cujus nobilitati cedunt non pauca sidera primi cœli. Quapropter Leucippus fortasse statuebat ei globum in loco ultimo: sicuti Lunam citimam agnoscebat. Pejus consuluit, cum ita

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 114 sur 521

scripsit: quia medium non est. Nónne est Græcè scriptum sic? ὅτι μέσον οὐκ ἐστί. Quod cùm Bajulius annuisset: peßimè, inquit. Nam Latinè conjunctio illa causam reddit: Græcum verò ὅτι, hîc adjunctivũ est: φημὶ ὅτι οὐ καλῶς ἑρμηνεύεται. Hoc etiam pueri non nesciunt. Itaq; per infinitum rectè tu. Idem verò est, ὅτι, hîc, quod τὸ. Illud scilicet totum, μέσον οὐκ ἔστι, non est admittendum. Quod verò pauliſper dixiſti tu, ſi apud Græcum est κατὰ βραχὺ, parumper dicerem potius, aut modicè: nam hîc malè, paulatim. Non enim cujusquam essentia in motu est: At paulatim motum denotat. Pauliſper verò fortaſſe extra tempus non invenerim. Arridet admodum mihi tua diligentia, Bajulius inquit. Neq; tu abſcedis à tuo ingenio, neq; ego ab iſto judicio. Arabica verò pigmenta verbis illis olet, τῇ τοιαύτῃ ζητήσει δεῖ· ἵνα πέρ τις ἀποχωρεῖ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὅτι οὐκ ἔστι μέσον. Et profectò ab his vocibus haudquaquam diſcedendum: probæ namq; ſunt, & Atticæ: ſed à complexu vocabulorum, ſi damnat ſententiam. Rem tamen ipſam expendamus. Suprà cum è re negaſſet, inter vivens & non vivens medium conſtitui. nunc ſibi viſus ſubtilius atq; acutius ſapere, ſi ſeipſe de priori ſententia deturbaret. Ait ergo, dari medium atq; ita proponit, Cœlo, nobisq; eſſe commune quiddam: propterea quòd atrunq;, tum Cœlum, tum Homo, dicatur animal: & utriq; ſit idem finis: vita ſcilicet. Quare cum ſtatus hominis cœli perfectione ſit inferior: ita erit plantæ cõſtitutio minor perfectione noſtra. Iccirco ex eorum natura & ratione egredietur quibu

quibus attribuitur vita. Ad quem modum, nisi fallor, concludit: inveniri medium inter vivens & nō vivens. Verùm nemo unquam tam plenis verbis sententiā dixit inaniorem. Examinemus ergo, præcepteris illius nostri more, verba ipsa. Nam quid est medium: aut quotnam dicitur modis? Est, quod inter extrema duo situm intelligimus. Accipio nunc extrema, respectum habens ad illum. Siquidem ipsa quoq; ne extrema sint, evenire potest. Hæc definitio: modi hi. Medium mathematicum, quod nihil extremorum est. Quale punctū æquè distans à circularis ambitu lineæ. Proximæ, ac similis naturæ medium morale: cujus neq; partem capiunt extrema, neq; partibus extrema capiuntur. Medium naturale mobilium: aut à quo, ut levis: aut ad quod, ut gravis: aut circa quod, ut ejus substantiæ, quæ quatuor elementorū ratione, quinta olim dicebatur: à nobis hîc, duorum mobilium ordine, tertia, si per vos licet, appellabitur. Medium aliud, quod est ejusdem generis cum extremis, velut tepidum. Perspiciamus ergo, qua natura duce, sit hîc medium inter habitum & privationem constitutum. Ac sunto, more veterum, in numeris positæ rationes. Decem, in quibus Cœlum. Quinq;, in quibus Homo. Quatuor, in quibus pecus. Tria, in quibus planta. Nullo modo possit accipi pro medio ternarius inter denarium, & quinarium. Quod si respicias ad perfectionem: qui etiam medii modus quidam à gradibus designatur, ne sic quidem dici queat, ut inter vitam cœlestem incorruptibilem, & animalis vitam sensitivam, medium statuatur.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 116 sur 521

Potius namq; inter cœlum & plantam, medium sit animal. Prudentius profectò dici ab eo potuisset: inter animal, & lapidem, mediam dari plantam. De cœlo verò mentionem faceret nullam. Hæc in summa sic se habent: nunc particulatim sensa ipsa capiamus. Ait cœlum abesse ab imperfectione nostra, propter locum: si sic διοίκησιν interpretemur. At è contrario dicam verius, datum ei locum potius, ut abesset. Locus enim locati finis est: & ejus causa comparatur & natura. Quid? Ne sic quidem. Non tam ut abesset, quàm ut ibi esset. Alioquin & locus, & situs illius esset cum hoc nostro, ut usitatè loquar, correlativus. Quod quare non liceat Lyceo, si licere sibi voluit Romanum forum, Conreum, & Contutorem. At enimvero inter illius loci nobilitatem, & imæ nostræ regionis humilitatem nulla est proportio, nisi, ut loquuntur, æquivoca. Quòd si Augerii sententiæ, fidelior enim est, hæreamus, ut διοίκησις sit gubernatio: ne ea quidem causa fuerit illius collocationis. Nam præter tuas, Augeri, subtilissimas rationes, illa quoq; dissuadet. Non enim à superioribus cœlis gubernantur inferiores. Et jocosè dicam. Tenuis illius naturæ cœlestis futurus fuisse videtur magis peculiaris ascensus, quàm descensus. Congener enim, cognatusq; illis aliqua ex parte Aether favet huic opinioni: sed illud haud parum acutè per qualitates. Nam si qualitas eadem est, & in summo, & in imo elemento: nihil ad locum differentia hæc: nihil locus ad hanc differentiam. At est in terra, & in igne siccitas. Et in orbe nono ac decimo si non sunt sidera, major

major vis ineſſe videtur in octavo ad multiplices œconomias, atq; diſpenſationes: in quo & motus, ut in illis, & præterea lumen eſt. Tum ſi verum eſt, quod ajunt: Terræ firmitatem comparatam, ut eſſet, circa quod cœleſtium verſionum motus haberent legitimas proportiones æqualitatum: terra eſſet aliquid illarum vertiginum, ut modeſtè loquar: ne obtundam, ſi cauſam dixero. Quamquam equidem hoc admodum puerile cenſeo. Nihilo enim magis egent terræ ſtabilitatis illæ rotationes, ut moveantur, quàm terra ipſa indiget puncti illius medii, ut ne moveatur. Nam etiam tellure amota, nihilo ſecius agitaretur giris illis ſempiternis cœlum. Cujus motionis, ut etiam ſubtilius dicam, non eſt cauſa puncti immobilitas, ſed hujuſmodi in loco motionis. Si enim eſſet alibi punctum, aliubi quoq; moveretur Cœlum. Quin ne hîc quidem obtorpeamus. Punctum illud nihil eſt: quomodo erit ergo cauſa exiſtentis rei. Motus res eſt. Dico etiam plus: non eſſe punctum id principium ullo modo cœleſtis circinationis, quemadmodum noſtrorum circulorum: ſed è contrario, effectam puncti ſpeciem in noſtris intellectibus ex illa circuitione. Neutrum igitur illorum verum eſt. Nam neq; opus habet corpore ſtabili: neque ſuper puncto, tanquam ſuper immobili re, vertitur cœlum. Sed de his ſatis. Deinde dicit, Oportere imperfectum ac diminutum animal habere aliquid commune. Ego aliter ſentio. Nihil eſſe rei æquivocis commune. Alia ratione perfectum cœlum eſt, quàm quo modo nos perfici poſſumus. Neque ſic videtur inter nos convenire,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 118 sur 521

quemadmodum inter animal, & plantam: quando, ſicuti jam dictum eſt, pluſquam genere diſtamus. Poſt hæc declarat commune illud, σκοπὸν τῆς ζωῆς, vitæ finem: quaſi vita propter aliquid aliud ſit. At contrà, vita finis eſt generationis animatæ rei. Verborum ambitionem omittendam cenſeo, ut res ipſas colligamus. Nihil hæc illam impediet diligentiam, inquit Augerius. Et ſub verbis res ſubſunt, ut dicebat Epicurus. Velim ſcire, quid hîc ſibi velit vox illa, σκοπός: quam tu finem, meus hic tutor, ſcopum. An habet Natura ſcopum? Videamus ergo quid ſignificet. Græcum verbum σκέπτω primo ſuo ſignificatu nihil aliud quàm tegere denotavit. Periti ſagittarii poſtquam intenderunt, haud prius amittunt, quàm teli mucrone punctum obtexerint: cujus mucronis objectu ſcilicet inobſcuraverint puncti viſionem. Iccirco ad eam primùm exercitationem deducta vox: atq; inde ad mentis agitationem: unde ſceptici dicti Pyrrhonii, qui & ζητητικοὶ, & ἐφεκτικοὶ, eandem ob cauſam, quia ſemper eſſent in diſquiſitione, ſtatuerent verò nihil. Potéſtne igitur ad naturæ functiones accommodari? O bone Deus, quàm iniquè comparatum eſt, ut divinitatem noſtris decempedis metiamur. Quaſi Natura ſit aliud, quàm Dei poteſtas ipſa. Quaſi Deus ſedeat ad Teloneum, putetq; cum inſtitore ſuo rationes. Nec nos hujus pudet ὁμοιότητος? Sed ne quippiam κενοτομῶμεν, proſequamur ex uſu. Naturam opificem appellamus: quare, ut artifici, ita ei ſcopum attribuamus. Eſt autem ſcopus, opera, ſive officium: finis autem eſt, quod

moves

movet artificem ad operam, & est operæ perfectio. Movet quidem etiam opera opificem (quanquam potius ipsamet motus est) sed non primò, quia finis primò: non simpliciter, quia movet propterea quòd movetur. Iccirco finis etiam nomine donatus est scopus ab Aristotele. Duplicem nanq; finem dicit, ὦ, καὶ δι' ὅ. Opera, & scopus, est finis quo. Opus autem ipsum factum, est finis, propter quem omnia sunt, quæ ante ipsum sunt. Iccirco Medici scopus, & finis medius, est medicari: finis verus, & ultimus, primum movens, est sanitas. Quod est naturæ quidem opus aliquando, sed non absq; nobis: quandoq; totum nobis acceptum fertur, ut luxati membri restitutio. Hæc ita dixi, quia multi ἐκ τῆς τέχνης καταστάσεως, putant non esse finem medici sanitatem: quia non semper suum finem indipiscereturur: ergo non esset ars. Quamobrem nescio quos σοφισμοὺς etiam è Platonis placitis invexere. Ego verò ita censeo: Qui morbi sunt incurabiles, extra artem esse. Quid mirum? Sunt etiam extra naturam. Qui medicas poscunt manus, nostriq; capaces sunt beneficii: si non tolluntur ii Thessali opera: at non est artis vitium, aut frustratio, sed hominis. Nam ipsam quoq; Naturam idem posse conqueri, satis patet, si mancos homines intueamur. Incidunt enim multa impedimenta, quibus opera depravantur. Atque hæc quidem in rebus atque operibus quæ dicerem, visa sunt mihi: in libris verò quid dicemus? Passim legitur: hujus, aut illius, hic, aut ille scopus. Est ne Respublica Platonis scopus in libris illis: &

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 120 sur 521

anima in Phœdone? Non: ſed finis. Nam quis dicat, motum eſſe ſcopum librorum περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως? Sed ſcopus in Politicis eſt, Reipublicæ conſtitutio per præceptiones. In Phædone, diſputatio adverſus animæ interfectores, illius naturæ declaratio. In Phyſicis natura finis eſt, & motus: ejus conſideratio, ſcopus: unde & diſceptationes dictæ. Denig, tam in libris, quàm in aliis operibus, verſatio ipſa ſcopus eſt. Finis autem id, quod formalem rationem vulgus barbarorum vocat: exempli gratia, Motus, quo circumſcribitur ambitus conſiderationis corporis naturalis: Quantitas, qua præſcribuntur limites corporis mathematici: Tranſmutatio, qua finiuntur Chymiſtarum ſomnia circa naturale corpus. Hæc ſic in præſentia. Qui meliora inveniet, in medium ponat. Tu ad rem Bajuli. Ille: Etiam loquutionem illam animadvertamus: Vitæ hujus privatione medium neceſſariò ſtatuendum. Sic enim loquitur, quamquam non his verbis. Libuit verò periculum facere, an orationis nobilitate ſententiæ labes detergi poſſet. δεῖ ἀποχωρεῖν ἀπὸ γνώμης τούτης, ἥπερ ἔξαρνός ὅτι ἔστι μέσον. *Hic Minutius: Hem Bajuli. Jam huic tu perſonam impones Ariſtotelicam peſſimæ ſententiæ. Si ſic ſcriberet, ſaltem delirũ eloquentem haberemus. At quónam tandem modo vitæ illius privatione ponit medium? Quia, inquit, recedit à cœli perfectione animal: & ab animalis, planta: erit planta media inter illorum vitam, & non vitam, puta lapidis. Verum contaminavit omnia, cum addidit,* ἢ ζωὴ ἢ ὅτι μέσον. *At ſupra erat commune quiddam cœlo, & ani-*

& animali. κοινότης autem à Galeno definitur, ταυτότης ἐν πλείοσιν. Quomodo erit idem cum viventibus, si est medium inter vivens & non vivens. Et flagitiosa licentia illa, ἐξέρχωσθαι ἐκ τῆς ζωῆς εἰς μὴ ζωήν. Digna verò flagro vox. Nam si ζωὴ est primò, & per se actus vegetativus: non est vita primò, & per se propter sensum, sed secundariò. Haud molliore scutica est castigandus, qui substantiam dixit intendi, & remitti. Omittamus in præsentia formas elementorum: si inter ἔμψυχον & ἄψυχον est τὸ μὴ ζῆν πως, ut ipse dicit: erit animalis vita magis vita: plantæ minus. At omnis ἐντελέχεια est indivisibilis. Gravius etiam fecit negotium sarcina fœdissimæ sententiæ: Recedere à "vita in non vitã plantas, quemadmodum individua. "Quæ vox contra Aristotelem stat à Platone potius, ac Parmenide. Tot locis id scriptum est, species nusquam extare præter individua. Quin Aristoteles individua primas esse substantias, genera, speciesq; secundas. Quin ambiguo, ne dicam odioso, verbo Philosophus utitur: ubi dicit, μᾶλλον οὐσίας, in prædicamentis. Plato verò res ait hîc esse, quia species earum præsint. Individua redegit hîc in ordinem τῶν μὴ ζώντων hac de causa noster hic, quia non verè sint. Vivere, quia sunt: non vivere, quia corrumpuntur. Ad quem modum accipit, solas species verè esse, quoniam nullo modo corrumpuntur. Vis autem sententiæ Peripateticorũ longè alia est: Ab æterno constitutas species in individuorum successione perpetuari. Est igitur existentiæ in hoc, aut in illo corruptio: essentiæ nunquam. Duæ sunt ergo di-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 122 sur 521

versæ quæstiones, quas subjiciam. Una est: An sublatis omnibus hominis individuis, hominis remaneat species. Negandum est. Altera: An sublatis omnibus animalibus, vera sit hæc: Homo est animal. Vera. Non enim existentia facit definitionem, sed essentia. Non potest autem fieri, ut Homo non sit animal. Humanitas enim est ex animalitate & rationalitate id, quod est. Essentiam verò aliud esse, & aliud existentiam, solis claris ac divinis ingeniis compertum est, qui abducto à factionibus animo soli student veritati: quam tot locis Plato commendavit, Aristoteles celebravit, pollicitus est Galenus se, quoad fieri posset, sequuturum: & integro commentario brutos dicit medicos, qui non sint iidem præstantes philosophi. In memoria quoq; semper habui Platonis verbum illud, quod in Epinomide legeram. Nam ille plebejos Deos ibi quosdam cùm recenseret, ἀνοητιάσους appellabat. Quo nomine medicellis istis nullum convenientius adaptari potuit. At Plutarchus in libro, quem inscripsit ὑγιεινῶν παραγγελμάτων, semimedicum irridet quendam, qui tanquam Mysorum, & Phrygum, ita philosophorum dissitas putaret regiones: ut etiam proverbio adversus hominis insolentiam ibi usus sit. Hæc tametsi vulgò non profiteor palàm, tamen in pectore veritas ipsa turget. Est enim divinum fermentum, quod neq; ab alio capi, neque seipsum queat capere. Proinde quod in decimo de Republica dicitur ἀρετὴ ἀδέσποτον, hoc ad ἀλήθειαν nos. Quod Regi Phocion olim, nos id ad studia literarum: non

poss

oſſe me uti & amico, & adulatore. Nunc ad rem. Quam appoſiturus eſt ſententiam, tametſi ſuprà po- uit, tamen hîc turpiter repetit, & quaſi recentem ffert oblivioſus. Aliter etiam, inquit, dicere poſſu- nus. Tum refert eadem, quæ jam commemoraverat, le ſenſu ſcilicet, quo carent plantæ. Verùm peſtimam « adjungit caudam. Planta, inquit, res imperfecta eſt. « At, ô bone, imperfectus etiam tu: etiam cœlum, ſi Deo comparetur. Contrà verò, ſecluſa rerum colla- tione, ſpecies quæ ſit imperfecta, nulla invenietur. Quicquid eſt, per ſuam eſſentiam eſt. Eſſentia verò efficit, ut & ens, & unum, & bonum, & totum ſit. Si enim non eſt totum, ne eſt quidem. Totum verò, & perfectum idem. Eſt enim unumquodq; totum ſi- bi, & perfectum: cùm eorum, quæ habere debet, nihil deſit ei. Itaq; ut nihil eſt ſimpliciter perfectum, niſi Deus: ita nihil eſt, quin ſuo in genere ſit perfectum. Nam quid illud tandem eſt, quod eſt ſibiipſi alienum? Hoc autem eſſet, ſi id non eſſet, quod eſt. Imperfe- ctum ſanè nondum eſt. Et aliud à ſeipſo, quando eſt. Plantæ nihil abeſt, quo planta eſſe debeat. Si eſſet imperfecta, nunquam Natura quieſceret, quoad ex- tremum finem imponeret generationis: & τῇ ἐνδε- λεχείᾳ imponeret ἐντελέχειαν. Ita mihi loquendum intelligo apud viros raræ atque ſpectatæ eruditionis. Alterationes enim aliæ ſuper alias antegrediuntur illam perfectionem, quæ à forma præſtatur illi con- tinuatæ promotioni. Transferamus argumentum ad aliam materiam: atque illico ejus agnoſcetur inſolen-

insolentia. Dicam sic: Sensu prædita planta esse nequit, propterea quòd si cum Leone comparetur, imperfecta est. Ergo Leo carebit sensu: quoniam collatus homini, non accedit ad ejus perfectionem. Verùm interea me piget mei, dum quippiam vos hinc expectatis novi. Cogor tamen obtundere: idq; & pessimo errore, & extra causam. Rursus, inquit, Animal habet discreta membra: planta verò & indiscreta, & indefinita. Hîc & error est, & ad statuendum differentiam inter animal, & plantam, nihil attinet. Naturalia corpora tribus constare modis ajunt sapientes: ἐκ διεχώτων, ut tritici cumulum: ἐκ συναπτομένων, ut navem: ἐξ ἡνωμένων, ut animal ex anima, & corpore. Addunt alii τὸ κατὰ μίξιν, ut mulsum. Verùm eadem ratio, aut ἀνάλογον, vel πρὸς τὸ ἐνῶσθαι, vel πρὸς τὸ συνῆφθαι: sicut & τὸ κατὰ σύνδεσμον. Nostrum corpus, καὶ καθ' ἕνωσιν, καὶ κατὰ συναφήν. Est enim naturale duobus hisce modis unum. At non est ὁμογενῶς ἕν. Diversæ namq; partes sunt. Nec minus in planta: cortex, caro, medulla, liber. Quin harum partes aliquæ adeò discretæ, ut etiam absistant. Quin animalia quædam longè sunt ignobiliora, quibus partes dissitæ sunt certis segmentis. Quare hac in natura propior est planta homini, quàm vespa. Sed quis ignorat, unguium substantiam in rosariis esse penitus à virgultis suis separatam? Primus error is: alter ab hoc statim. Habet, inquit, materiam propriam motus, quam obtinet in seipso. Omitto, quòd malè cohæreat oratio. Neq; enim magis ad animal, quàm ad plantam referri queat: imò ad hanc facilius, quando

quando propior est. At quam dicat materiam motus? Materia semper accipitur passivè. Nihil agit illa: sed hoc ipsum est, quod fit secundum quid. Omnis autem materia ab aliqua forma solet moveri. Voluit, opinor, dicere principium motus. Verùm materia neutiquam motus principium est, sed elementum: sicut & forma: quorum utrumq; compositi pars est. Prosequitur deinde argumenta repetita: Anima præditas esse plantas, propterea quòd author anima sit eorum motuum, qui deprehensi sunt in illis. Quamquam interpretis lapsum existimabam, qui κινήσεις posuisset, ἀντὶ τοῦ, μεταβολάς. Et minus commodè, γινέσθαι κινήσεις. Neq; enim γινέται, sed γίνεται: si Aristotelicè loqui didicisset balbutitor iste. Repetit & id: Appetitum, & localem motum non esse, nisi cum sensu. Tandem verò ab animæ parte recolit argumentum. Suprà dicebat, inesse plantis τὸ θρεπτικόν. Nunc ait animali plantæq; communem τὸ ἕλκυσιν. Verùm ad eam attractionem sensu nihil opus esse. Atq; hoc quidem verum est. Attrahens namq; non dignoscit: non enim attraheret venenum. Quin apud Peripateticos ne anima quidem ipsa tota noxia dignoscit omnia suapte natura, sed arte atq; experimento edocta. Eatenus expultricem cognoscere Galenus profitetur, qua premitur onere, aut urgetur distentione, aut vellicatur acrimonia, salsugine, acore. Scio tibi, Scaliger, secus visum esse. Secretricem omnino cognoscere: expultricem non minus. Nam quid sejungat à malo bonum, cujus illa sit nesciens? Aut quamobrem non hoc potius, quod propius est,

est, propellat, atq; exigat morosa illa expulsiva: sed assentiatur potius, ac cedat officio retentricis, quæ sibi vindicat probum illud, atq; conducibile. Haud parum tamen faceßit negotii segregatio illa auri ab argento, quæ fit nullo calore animali, sed à brutißimi liquoris facultate. Verùm hæc alterius instituti. Nunc videa-
„ *mus, quid attulerit pro causa. Propterea quòd, in-*
„ *quit, quodcunq; alitur, hoc ipso alatur, duarum certa-*
„ *rum qualitatum opus habet: caloris, dico, atq; frigo-*
„ *ris. Iccircoq; alimento indiget humido, & sicco. Sanè*
„ *verò calor ac frigus, in cibis humidis ac siccis inveniun-*
„ *tur. Ideóne sine sensu fieri attractionem: quia quod alitur duarum egeat qualitatum? Bellam verò causam. At profectò contra fiat, ut credam, non id absq; sensu fieri, cum sensiles nominat qualitates. Deinde vult, necessarium illis esse frigus, & calorem: ac propterea humidum, & siccum. Vereor ne major siccitas in ipsa sententia sit. Non enim eadem effectio, non modus, non essentia, non finis. Alimentum humido & sicco, tanquam materia constat. Hæc in cibo sunt. At qui calor in cibo est, non agit in cibum: sed calor, qui est in corpore nutriendo. Frigus verò, quod in cibo est, etiam resistit: obtundit namq; calorem naturalem. Neq; propter se quæritur, sed ad temperationem caloris illius, qui excederet in alimento, unde periret naturalis, aut exuberaret in animantibus: quo utrumq; humidum absumeretur, & quod antea in ipsis existebat, & quod eis reponendum est à nutrimento. Oportet enim inter ea certis æqualitatum pro-*

portio-

portionibus convenire. Itaq; & defectibus nomina data sunt, famis, ac sitis: & ad instaurandum substantiam totidem, quot in eam impresserat Natura qualitates, extrinsecus in adventitia massa comparatæ. Ait deinde: Harum naturarum nullam ab sua parti- «
cipe separari. Atq; ob eam causam factum ab initio «
fuisse nutrimentum nutrito continuatum: quoad fiat, «
ut corrumpatur. A principiis scilicet generationis, ad «
tempus usq; corruptionis, cibum corpori statuit unitum: ut ostendat etiam finem attractionis, alterationem & unionem transmutati, donec corruptione dissolvatur. Nunc ad cæteras quæstiones, quas proponit deinceps, partim repetitas, partim recentes transeamus. De appetitu, De motu, De anima plantæ pro- «
pria. Præterea an spiret: Ad hæc an dormiat, & vigilet. «
Anaxagoram itaq; arbitratum, spirare plantas. Hanc «
opinionem diruit sic: Verum hoc esse non posse, quando ne animalia quidem spirent omnia. Cæterum apud multos hæc objectio controversa est. Nam qui censebit arborem spirare, spirandi usum iis item attribuet animalibus, quibus eum dicitur Aristoteles adimere. Pisces nanq; non sine aëre aquam trahere. Plinius ex antiquorum sententia, atque ex sensu, quem illi pro judice ducunt, ostendit in aquis aërem, bullarum argumento, quæ ex natantium erumpant ore piscium. Ad hæc, pisces in aëre diu vivere: diutius victuros, si ad aquæ illis convenientem æqualitatem vis aëris remittatur. Et Ausonius Barbo pisci attribuit, in Mosella, spirationem. Gryllos quoq; nocturni cantus

gratia

gratia pueruli cum in pyxidem inclusos haberemus, tertio post die mortui sunt inventi: non quidem fame: arrosæ namq; lactucæ supererant etiamnum, quas in cibum pridem apposueramus. Quamobrem alii postea pertusis pyxidibus, aut fiscellis, totam æstatem servati sunt. Hunc postremæ orationis impetum vultus significatione cùm Minutius excepisset, ostendit, sibi esse quod haberet dicere, si liceret. Illo igitur conticescente sic cœpit: Ex inferiore Volcarum provincia viros doctos memini, Tolosam litium causa cum venissent, multa super hac re disputantes, impulisse me ad repetendas Aristotelicorum librorum lectiones. Unus enim, qui rectè dixisset, duas esse spirandi rationes, alteram pulmonibus, aut eo quòd proportione responderet: alteram per arteriarum oscula, quod διαπνεῖν vocaretur: non rectè dixit, hanc Aristoteli non fuisse notam. Commoverat hominem Philosophus adversus antiquos disputans: quorum ille sententiam fovere in animum induxerat. Trahere namq; pisces & aquam, & aërem cum aqua. Sed aquam per branchias aut fistulas exigere: aërem ad usum refrigerationis retinere sibi. Mihi verò ita videbatur: In pertinacia potius, quàm in insciti tantum hærere culpæ. Non enim respondebat ad illud: Quónam quallo, quo fisco, aut cribro ab illa recepta aqua separaretur aër. Tum verò si aër sub aqua est, cur non evadit ad locum suum superiorem. Itaq; utring; urgentur. Nam si non unum corpus est aër & aqua, exiverit aër: sin est unum mixtum, non erumpet aër ex aqua: sed ne separabitur quidem

quidem in ore piscis. Quin per branchias si alterutri egrediendum est: facilius transmittet, quòd tenuius. Tenuior autem aër. Aqua remanebit igitur: abierit aër. Quid ergo dicendum? Cùm sit animantibus à Natura parata respiratio, ut refrigerentur, ut humectentur, ut instauretur spiritus: quis dubitet, aquatilibus aquam ejusmodi usum præstare solam posse, non tam qualitatibus, aut substantia, quàm certa qualitatum temperatione, quæ in aqua sit: certa crassitia essentiæ proportione conjuncta, quæ in aëre non sit. Nam quòd [illegible]i constituant privilegium soli ad illud officiũ, ita ut amoveant ab aqua in aquatilibus, nullum habent à ratione. Hoc igitur in humore. At quæ in aëre degunt animantes, spirántne, an totius hujus operæ sunt immunes? An verò & illud verum est, ablatum iis ab Aristotele spirationis omnem modum. Neq; eum scisse, aut prodidisse, quid esset illa transpiratio: quam è solo Galeno se hausisse jactant διαπνοήν? Otio vestro non incommodabo judicii mei interventu. Loca Philosophi proferam. Ex ea narratione vobis pernoscere licebit, quantum adierint periculi negligentiæ atq; reprehensionis ii, qui securi de aliis libris, in vulgatioribus modò versati sunt. Verba sunt illius de insectis in libro de somno & vigilia. Proportionem pulmonicæ spirationis respondentem ait in palpitatione: καὶ τοῖς μὴ ἐνδεχομένοις πνεῦμα, τὸ ἀνάλογον. τὸ γὰρ σύμφυτον πνεῦμα ἀναφυσόμενον, καὶ ἰζάνον φαίνεται. Nam in historiis, ubi negat spirare, quæ pulmone carent, intelligit de perfecta ac primaria spiratione. Quocirca se-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 130 sur 521

cundariam hanc ἀνάλογον agnovit. In eodem libro exaudiri in Apibus sonum, quem bombum dicit, eadem causa. Quanquam alarum agitatione id evenire sentiat, qui ligneam ligulam tenuem funiculo alligatam circum caput, fundæ more, agitaverit. Hujus & commeationis & soni per spiritum illum innatum, assignat instrumentum, & instrumenti locum, in secundo de partibus. τὰ ἔντομα ὑπὸ δ' ὑποζώματος αὐδάνεται τῶν ὁμοίων, καὶ πάντα τῷ συμφύτῳ πνεύματι ὥσπερ κινεῖται. τοῦτο δ' ἐνυπάρχει φύσει πᾶσι, καὶ ὁ θύεγδεν ἐπείσακτόν ὄφι. Quod autem sit idem finis, & hujus palpitationis à spiritu, & spirationis per aërem, palàm est ex illis verbis in quinto de generatione animalium: τῆς ἀκοῆς τὸ αἰσθητήριόν ὄφιν ἀέρος, ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ σύμφυτον ἐνίοις μὲ ποιεῖται τὴν σφύξιν· τοῖς δὲ τὴν ἀναπνοὴν, καὶ εἰσπνοήν. Est igitur idem, τὸ συνιζάνειν, καὶ τὸ ποιεῖσθαι τὴν σφύξιν. An non est hæc διαπνοή? sed & assignat instrumenta in libro de spiritu: λοιπὸν δὲ δηλονότι διὰ τῶν τῆς ἀρτηρίας πόρων: sed & rem ipsam: δοκεῖ δὲ τὰ τῆς ἀναπνοῆς εἰς πάντα διαδιδόσθαι κατὰ συνέχειαν. Quid est aliud diduci ac distribui per omnes corporis partes, quàm partes omnes corporis spiratione refrigerari? At ea demum transpiratio est. Negabunt cervicosi vocem cognitam Philosopho. Audiant igitur expresso verbo defunctũ: εἰ δὲ διαπνεῖ πρὸς πᾶν, οὐκέτι καταψύξεως χάριν. Ecce διαπνοὴν, quam haud negat fieri causa refrigerationis: sed more suo deducit adversarios ad hoc absurdũ. Et cum dixit, formam, finem, materiam, instrumentum, locum: declarat

clarat etiam principium, τὸ ὅθεν: à corde scilicet; ubi commeatũ illum τῆς διαπνοῆς, παλιῤῥοίαν vocat. Ait ergo: πάλιν εἰ ἄλλον τρόπον ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. τὸ δὲ πρώτως, καὶ κυρίως ἀπὸ τῶν περὶ τὴν καρδίαν. Ab arteriis & supra & hîc: hîc etiam & à corde primùm, & quæ desinat in extremis osculis arteriarum. Et in libro de somno, de corde loquens, manifestissimè declarat transpirationis beneficio refrigerationem, ὅτι καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ἀρχὴ, καὶ ὅλως ἡ τῆς καταψύξεως ἐντεῦθεν ὁρᾶται. Hæc tũ loca certo commentariolo τῶν ἐκλέκτων hunc ad modum excepta ostendi nostris disputatoribus: quorum alter acquievit, alter (indignũ credo ratus, si præses literariæ laudis, à Jureconsulto leges acciperet in consiliis naturæ) maluit sibi placere. Ego ut in memoria habui, ita judicanda proposui vobis. Nam memini vestrũ Hippocratem in libro de flatibus, in censum spirantium pisces transcribere: πάντας ἰχθύας ἀναπνεῖν, καὶ τοῦ πνεύματος μηδὲν εἶναι κενόν. Quid mirũ? In secundo nanq; de victus ratione, plus etiam dicit, ut præter plantas alia quoq; includat omnia. Quod & Thaleti cuncta æquè vivificanti placuisse scribunt. Hippocratis verba sunt: ὥσπερ ἐν τοῖσι ζωοῖσι πνεῦμα ἔνεστι, οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι πᾶσι. Quod illis respondet: τοῦ πνεύματος μηδὲν εἶναι κενόν. Quasi videatur unũ comminisci spiritum, omnibus communem, in omnia sese insinuantẽ: quod & Virgilius dixit, & Anaxagoras non reticuit. Et Aristoteles innuere videtur in conjunctione corporis & animæ, tanquam medium quoddam. Cæterùm in homine solo, is. Alii verò si ministrum formæ lapidis

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 132 sur 521

arbitrantur, rem quidem non admodum divinam faciunt. Si, ut Anaxagoras, rerum primum autorem censent, τὸν νοῦν: variabitur ille materiis ipsis, à quibus certa naturæ præscribantur jura. Nam si eadem forma est in lapide, & in leone: plus potuerit lapidis materia, quàm vis formæ: cujus potestas ab illa obtusa sit, quò minus leonem sibi fabricari quiverit. Nugæ. In quibus æquum est me finem facere: quò jam Bajulium audiamus: importunè enim interturbavi. Tum nos omnes uno ore: Utinam verò sic crebrò. Bajulius autem sequutus est: Cùm multa multis in viris admiratus sum eximia, tum in te id, Minuti, qui artem nullam intactam reliquisti, si usu veniat, ut de quapiam verba facias, quasi solam illam edidiceris, tam exactè loqueris, ut etiam quæ scire opinabamur, nunc primùm audisse, atq; nobis esse nova cuncta videantur. Nam de spiratione & transpiratione quæ? qualia? quanta? Ex Aristotele & Galeno accipimus: ob refrigerationem, humectationem, spirituum instaurationem, fuliginum expulsionem: quintum addidit Theophrastus in secundo de causis: etiam ad alendum, animantibus natura comparatam. Id quod à prioribus non abscedit. Nam si spiritus nostri partes sunt: quod restituitur, spiritus est: partes ipsæ restituentur. At restitutio est corpulentiæ suffectio in defecti locum. His, ego, nisi quippiã addis, est quod adjungamus nos. Credo te pudore subticuisse calumniam Galeni, qui Aristotelis observat hac in materiâ sententiam, quasi propriis decretis contrariam. Alibi dixit, Aërem calidum:

lidum: hîc frigidum: si quidem captatur ad refrigerationem. Puerilis profectò insolentia, ne dicam, futilis. Calidum & frigidum simpliciter intelligimus aliquando. Est & ubi refertur aliqua collatione. Calidus est aër natura sua sibi: frigidus igni: frigidus viventi. Vivimus enim per ignis proportionem. Sic est medium extremis contrarium in prima Philosophia: cujus limen ne salutasse quidem videtur ille Timon vester. Ad hæc oculos attollens Bajulius, dilutissimo rubore nobilis, atq; erga præceptorem grati animi signa cum edidisset: Mirabar, inquit, si mihi sic abiret. Citius emorerere, quàm gratiam non referres. Ut cum ego aërem insectis dederim cõtra vulgatas tabulas dispensatorum vestrorum: tu vicissim à Galeno spiritum auferre tentares. Aëris verò qualitates hîc missas faciamus. Non enim levis controversia est. Quin audivi teipsum dubitantẽ, an aër & aqua censeri posset unum elementum. Nam qui aër calidus, hærens balnei frigidis parietibus, densatur in guttas, non posse habere sui mutatorem lapidis frigus: apud quod pristina deposita forma, tam citò aquæ formam induat: quin potius sola densitate differre videatur. Tantus Peripateticus tam novè contra præceptorem, ut te potius respicere, quàm Galeni reprehensionem castigare debueris. Præstat tamen pergere. Hæc cùm dixisset, denuò dejectis in librum oculis, ita prosequutus est: Rursus, ait hic, à « nobis observatum est, plantas neq; dormire, neq; vigi- « lare. Vigilia namq; nihil aliud est quàm affectus sen- « sus: somnus autem, ejus imbecillitas. Suprà disputan- «

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 134 sur 521

do negabat in plantis sensum. Igitur qui somnum per sensum definit, amovet à plantis somnum. Hæc ille sic. At Anaxagoras neutiquam somnum definiet ad hunc modum, sed animalis somnum tantum. Somnum autem in communi genere sic? Quies ab exterioribus animi functionibus. Ejus hæc ego verba cùm audirem, admirabar hominis ingenium, qui tam acutè tantum errorem tueretur. Verùm idem quoq; judicare Augerium sensimus. Ait enim: O Bajuli, inquit, tu planè ac revera noster es: qui neq; captus capi possis, neq; victus debellari. Autoris tamen operæprecium est, prudentiam spectare. Sic ille disponit ordinem argumentorum, uti solent Mathematicæ conclusiones, ex probatis semper. Atq; Aristotelicè quidem. Ubi id evicit, in planta non esse sensum, subdit: ergo neq; somnum: siquidem somnus sit vacatio ab officiis sensuum exteriorum. Nam quod fingis de plantarum otio hybernantium, & appellas somnum: hoc illud est, quod in nobis cessatio: veluti cùm vigilantes nihil agimus rerum. Quod verò dixisti, vigiliam esse affectum sensuum: puto hîc mendosè potius scriptum, quàm falsò versum ab interprete nostro. Hîc enim legitur: ab effectu sensuum cognosci vigiliam. At aliud est ἐνέργεια, *aliud* διάθεσις. γρηγορεῖν, *subdit Bajulius,* ὐδέν ὄστιν, εἰ μὴ ἐπὸ διαθέσεως τῆς αἰσθήσεως. *Sic est Græcè. Ergo, inquit Augerius, non putavit affectum esse sensuum somnum ipsum?* ἡ δέσις ἐκείνη τῶν αἰσθήσεων, *nónne affectus est? Imò maximus. Præterea nihil addidit, quod internos ab externis sensibus separaret. Et definitio*

competet

competet ſeceſſui mentis, quam vocat Philoſophus ἔκστασιν: conveniet Cataleptico, Epileptico, Apoplectico, Carotico, matrici ſuffocatæ. Sic ſuprà, quod tu ſpirationem dicebas in animalibus, hic ita vertit: animalia quædam ſpiritu carere. Tam impos fuit rationis, ut non diſtingueret inter πνοὴν (ſic enim ſcriptum puto) & πνεῦμα. Cùm tamen & Ariſtoteles, & omnes alii cunctis in animantibus ſpiritum ineſſe dixerit: ſpirationem non dixerit, ſed ejus vice tranſpirationem. Bellus verò philoſophus Eraſmus in manipulis ſuis, ſenſum quoq; attribuit ipſis plantis, mirifico ſanè argumento. E lignatoribus accepiſſe, quod ipſi obſervarunt. Primum quenq; ictum arbores, quaſi incautas, mollius excipere: atq; inde recuperari facilius ſecurim. Poſtea verò ſaucias, cogere ſeſe, atq; conſtringere: neq; facilè vulnus admittere, neq; leviter amittere adactum ferrum. Ita ut videtis, ſine judicio plaudimus nobis ipſi, rudes philoſophiæ: quam malignè irridemus, temerè profitemur. Titillat verò gloria ex vulgi commendatione, cujus mater eſt novitas inverecunda. Quando ille plus habuerit fidei carbonario, quàm rationi. Nam ut ita verum ſit: Arbores in corticem, atque id quod ſaltuarii vocant albumen, ictus excipiunt primos. Id quod, ut mihi quidem videtur, quaſi pinguitudinis, quæ in animali conſpicitur, obtinet proportionem. Deinde ſubeſt lignum firmius: ad quod ubi deventum eſt, æquè facilè recipere nequeunt dolabram. Sed miſſum faciamus hoc ſenium verarum literarum. Perplacent omnia

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 136 sur 521

mihi, Bajulius inquit. Oppidò verò grata fuit reprehensio definitionis vigiliæ. Nam si sacramentum dixisset pervertendæ orationis, non potuisset fidelius religionis suæ præcepta exhaurire. Quam enim habeamus ex hisce verbis notionem? Vigilare, nihil aliud, quàm ab affectione sensuum. Neq; declarat quid est, ut ego mollire tentabam, sed unde est. Et falsò statuit, ab affectione sensuum vigiliam fieri. Multa obstant: tum quæ dicebas, Augeri, tum quæ dici queunt. Non enim sensuum affectio vigilationis effectrix est, sed sensio illam sequitur. Sentimus, quia vigilamus: non vigilamus, quia sentimus. Sed neq; vigilia ex actu percipitur sentiendi. Silente nocte nihil videmus: interdum nihil audimus. De tactu posit objici. Id quoque non semper necessariò. Est, quando tactus nihil prorsus immutatur. Acutius. Libertas sensuum ad officia sua in exterioribus corporis instrumentis peragenda. Ut per potestatem, non per actum ejus intelligatur essentia. Somnum verò nihilo felicius, per sensuum imbecillitatem. Primùm fallit nos, cum docet, dormientium sensus imbecilliores esse. Eadem namq; vis: nempe & anima eadem. Nam tametsi non exercetur actus secundus, non propterea tamen actus illius amotione tollitur actus primus: qui est integer, quantusquantus in animæ essentia fuit unquam. Deinde verba inania sunt. Cæcus enim, & surdus, si sensuum debilitas somnus sit: dicet ille oculis, hic auribus se dormire. Sed somnus est occupatio naturalis sensionum exteriorum, retractis intro animæ instrumentis ad principia

suæ

sua: unde etiam fiunt somnia. In quibus tu Cæsar nostro cum Hippocrate maximis operibus vigilastis. Omitte isthæc, inquam, laudare: quorum simplicitatem vides ab Artemidoro, mirum quantum, superatam. Verùm profectò librum illum postea editum nunc primulum videre mihi contingit. Quem si maturius consulere licuisset, illis nostris commentatiunculis ex horum ornamentis, alicujus nobilioris apparatus accessionem factum iri magnoperè speraſſem. Accessionem? inquit ille. Ex istorum Græcorum curiosa superstitione scilicet, à qua tu semper abhorruisti. Vix enim dici potest, quàm ridiculus plerunque, ac planè somnians sit. Non ille, quæ contigerint aliquando, quæq; eum ad modum fortè observata sint, potius deducere videtur ad præceptiones, quàm præscribere vel Deo, vel Naturæ, quibus artibus somniorum lex sit mortalibus edicenda. Tum sparsim atq; confusè omnia: quæ solus ac primus Augerius noster hic ad artem redegit, subtilissimis inventis. Sed vigilemus jam. Sententias autor hasce diluit sic pote: Non reperiri somnum aut vigiliam in iis, quæ omnibus aluntur horis, tenore uno: quæq; suapte natura nihil sentiunt. Profectò à sensu recte suis à fundamentis exædificat. At illa verba quorsum? Non esse in iis somnum, quæ semper aluntur. Hoc enim est, opinor, ἐν πάσαις ὥραις. Et, uno tenore, κατὰ διοίκησιν μίαν. Falsum enim est: alitur, ergo non dormit. Non solùm dormientes nutriri, verumetiam reor, adolescentes facere progressus in ipso incremento. Illa quæstio, ut non nimis difficilis, ita non penitus ple-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 138 sur 521

beja. Quæ hyberno somno pingueſcunt animalia, an tum alantur? In majore nanq; mole plus ineſſe materiæ videtur. Quæ pinguia ſiunt, ea corpulentiæ ambitum, quaſi pomeria promovent: tametſi haud auſpicato ſemper, ſurrepentibus interdū propterea morbis non minimæ parti Poparum. At Urſo & Gliri ſomno captis, nulla ſuppeditatur extrinſecus materia. Non dicentur igitur ali, quando nihil apponitur novi. Non dicentur hæc nutriri verè: ſed attenuatis partibus craſſioribus ab illo tum calore naturali, qui per id tempus eſt modicus, atq; etiam intra modum, nec propterea reſolvere, ſed potius diſſolvere poteſt: fit illarum mutatio in aqueum aëreum: atq; illa dilatatione turgent. Illud quoq; nihilo verius: Plantas omnes hyeme ſuſcipere nutrimentum. Silet nanq; vis illius caloris, quæ carpit humidum: qua de cauſa non eſt opus ſupplemento: ac propterea ſuſtinet ſeſe à ſuis functionibus attractoria. Poſt hæc ſomni declarat cauſas in animalibus. Animalia, inquit, ſic dormiunt. Cùm alun-
„ tur, occupatur caput exhalatione. Ita nullo negotio cognoſcetis hominis vecordiam. Nam modò qui dicebat, ſomnum capere nullū, quæ ſemper aluntur: nunc ait, ſomnum capere animalia, quæ aluntur. Sic, τὸ ὅτε hic illud refert, quod ſuprà ponebat, ἐν πάσεις ἕδρις: ut aut illud deſtruat, aut ab illo deſtruatur. At quis negarit ali nos inter dormiendum? Niſi fortè cum jejuni ſumus. Graſſatur enim tunc in humidum naturalis calor: quo tempore nihil ad manus habet, in quo poſſit operam ponere. Illa ergo ſic ſunt diruta. Si-

quidem

quidem satis constat: nos neq; semper somnum capere, dum alimur: neq; semper ali, dum somnum capimus. Verùm sic dixerit Anaxagoras: Defatigatis plantis ab opere faciundo per æstatem, animæ vim operatricis ad radicem retrahere sese, atq; ad medullam hyberno tempore, tanquam in arcem: spiritus ipsos dico, non ipsam facultatem, quæ nunquam potest ab ipsa absistere substantia. Tum id earum sit somnus, qualis & in animalibus. At hic argumentatur: negatq; fieri somnum, nisi exhalatione. Quæ verò sequuntur, corrupta puto. Sicuti malè, ἀναβάνσα, pro ἀναβᾶσα. Parrò autem scriptū est: ἔν πσι δὲ ζώων ὄζὴν αὕτη ἡ ἀναθυμίασις πολλὴ, καὶ τέως ὀλίγον ὑπνώτ- ἴσσι. At in animo meo duo hæc simul nequeunt bona fide gerere societatem. Ab exhalatione fit somnus: Ab exhalatione majore minor somnus proficiscitur. Nisi fortasse Ferrerius subveniat nobis. Ego verò, inquit ille, atq; attemperatè quidem. Alioqui perierat Græcus iste tuus. Nam illius, τέως, nulla hîc habita ratio est. Meus enim hospes sic: In quibusdam animalibus multa ejusmodi exhalatio: quæ tamen parum dormiunt: ut in Camelo contingit, & Cervo, & consimilibus: præ cerebri siccitate scilicet, & meatuum angustia. Sanè tollitur his verbis dubitatio tua, & affertur ratio dissidii illarum enunciationum. Tum exemplis historiæ confirmat apotelesma. Esto: Cameli somnum animadverterit: ejusq; in Cervo modum. At in iis multam exhalationem? At cerebri siccitatem? At meatuum obsessa itinera, aut angustiis

effecta

effecta incommodiora? Non quivit ulla conjectura componere simul hæc. Unde plurimum agnoscemus exhalationis? Ex gibbo Cameli? At non est in caput. At venter villosissimus. At nulla cornua. At dentibus caret in superiore mandibula. At minimæ omnium animalium, aut maximè serò bebit. Hæccine sunt signa sicci cerebri? Hæccine exuberantis exhalationis? In Cervo verò ut assentior multos vapores sursum rapi: ita nego, ei meatus angustos esse. Sed si parcè somno utitur, id ea fieri de causa, quod nubes illa in cerebro non resident: sed ulterior fit ad exeundum, unde cornua conformentur. Ita erit ejus cerebrum quasi portorium quoddam: quò delatæ merces, per id aliò transferantur: non tanquam apotheca, in qua debeant reponi. Quod si per naturæ stationes decurramus, adversum hæc inveniemus integras animalium classes. Siccissimum Felibus cerebrum: iis diutius, aut frequentius, pauca sopiuntur animalia. Canibus haud multò humidius: somnus æqualis aut major. Quid siccius Lacertis, & Serpentibus? Quaterni menses ad somnum vix satis sunt. Sed sit modus. Sequitur autem somni definitio alia à privatione, unde nos deducat in genus.

„ Ait enim: Somnus est motus statio. Hæc autem quies
„ motæ rei. Hem, inquit Bajulius, nihil hîc dormitationis. Nam equidem sic legebam hîc, te audiens: ὁ δὲ νυσταγμὸς συνοχὴ κινήσεως. αὕτη δὲ ἠρεμία πράγματος κινουμένου. Ergo nihil noster inventum habuit, quo differret ὕπνος, & νυσταγμός. At ego didiceram νυσταγμὸν esse somnum interruptum: quem sic nominassent

sent Græci propter mutationem. Proinde Latinos à somniculorum illorum frequentia dixisse dormitationem. Sed & συνοχὼ conjunctionem significat, non stationem. Neq; statio Latinis idem, quod ἥρεμία, aut ἠρέμισις, aut ἀτρέμας ἔχειν, sive ἀτρεμίζειν: sed locum, in quo milites servarent ordines, etiam si moverentur. Denique stare privationem tantum dicit progressionis, & sessionis, & ἠρεμεῖν: non autem motus. Et statio motus erit, ubi motus non abierit. Dum ego movebor, stare dicetur in me motus, si usu abuti velis: Si non licet, ne id quidem, dicere scilicet motus stationem. Non vos clam est, quid σύνοχος sit, & συνεχὼς, & συνέχεια. Iccirco quod est corporis συνεχὼς, erit motus ἐνδελεχὼς. Ἐποχὼ potius quietem denotaverit, aut inhibitionem. Præterea nihil absurdius illis verbis in atrio Philosophiæ: ἥρεμία πρᾶγμα κινεμένου. Latinæ orationi per participium non licet afferre tale vitium. Nam verum erit, quietem esse rei motæ: quippe si non amplius movetur. At dum movetur, nulla potest esse quies. Hoc verò dicit τὸ κινούμενον. Hæc ita. Mihi verò haud obscura spes est, iis quæ sequuntur præteritorum incommodorum tædia obliteraturum. Ad normam sanè atq; amussim Aristotelicam directa ut essent, accuraſſe videtur. Inquit: Potissimum, ac maximè pro- «
prio instituto quærendum est de eo, quod dixit Empe- «
docles: An in plantis inveniatur sensus: Et an sit spe- «
cies concreta quædam ex duobus sexibus. Si igitur di- «
camus: Mas cùm generat, in alio generat. Atq; ea duo «
sunt ab se invicem separata. Si ergo mas & fœmina in «

plantis

„ plantis inveniantur: & mas asperior, durior, horri-
„ dior: fœmina debilior, & fœcundior: qua ratione duo
„ hæc in uno concreta queant esse, videamus. Primùm
ergo dubitat, ut statui possit, an uterq; sexus in eo-
dem sit. Argumenti vis in eo versatur, quòd certis di-
stinguuntur differentiis, iisq; contrariis, mas & fœ-
mina. Sed ridicula est oratio. Sic enim scribit: ἐπεὶ
μοῦν δείσκεται ἐν τοῖς φυτοῖς, ὅπ ἔχει τὰ φυτὰ γλῶ-
ἄῤῥεν, καὶ θῆλυ. Et subdit, ὀφείλομεν ζητεῖν, πότερον
δείσκονται ταῦτα τὰ δύο γλῶ κεκραμένα ἐν τοῖς φυ-
τοῖς. Nam si apertum atq; confessum est, sexum esse in
plantis ita cognitum, ut & à substantiæ modo: puta
mollitie, lævore, rigiditate: & ab officiis, quale est fru-
ctificatio, designentur: Quid nos moveat ad quæren-
dum, an mista sint hæc in uno. Quæremus igitur etiam
in animalibus: Quamobrem sic est intelligendum: Si
mas minus, fœmina plus fructus fert: sic enim dicit
πλέον καρποφορεῖν: non hoc ipso different, quod est fer-
re fructum. Sed quia generatio in animalibus videtur
fieri per marem & fœminam: & in una planta fit ge-
neratio sine alterius plantæ conjunctione: conclude-
tur à simili natura, in illa una planta duos esse con-
junctos sexus simul. Galenus in libro de historia philo-
sophica sententiam recitat Empedoclis: prius emersisse
plantas animalibus. Verùm propterea quòd tempera-
mento modus aberat: hoc enim est διὰ τὴν τῆς κρά-
σεως ἀμετρίαν, utriusq; tum maris, tum fœminæ si-
mul obtinuisse ratione. Declarat autem quamobrem
„ defuerit commensus ille mistionis. Quia, inquit, terræ

planta

planta pars est: quemadmodum matricis fœtus. Non ergo pessimè nugatus ille fuerit, Vinum esse terræ sanguinem: præsertim cùm terræ fel item habeamus, Centaurium. Superiorem sententiam de terræ fœtu Stoicis ascribit Plutarchus. De sexu verò sic agamus: Non posse simul utrunq; convenire, atq; in unum coalescere: tum quia concretione diversa, tum propter officia contraria. Siquidem respondent inter se mutuis affectibus agentis, & patientis. Priores persuasiones admodum imbecillæ sunt. Esto mas robustior, durior, horridior natura sua in animalibus, fœmina mollior. In planta hæc misceri posse profitetur Empedocles, quemadmodum in Androgyno. Firmius argumentum fuit illud ab officio generationis. Quanquam mox exactius perpendemus hæc. Nam si Erythinus in se gignit sine maris opera exterioris: maris interioris in se habere proportionem videatur. Et quemadmodum innuebamus, laxior est sententia, καὶ καταφόρων πλέον. Non potest hoc accipi pro differentia, quæ alterum admittat, ac statuat: alterum amoveat: quandoquidem plus & minus non incommodat essentiæ. Et pueri non ignorant illius orationis necessariam consequutionem. Si plus est fœcunda fœmina quàm mas: mas quoq; fœcundus. Habent igitur eadem in se principia: ergo mista. Ait verò, separatum sexum plantis attribui decere: non officio sexus, atq; functione: neq; enim à mari fœminam iniri: sed ab imitatione qualitatum, quæ insunt in animalibus. Tametsi antequam ab hisce discedamus, nonnihil horum quoque vestigio-

vestigiorum in plantis ipsis diligentius explorata de
monstrabimus. Jucundam verò excursionem, si dedu
care per sexuum differentias in plantis. Aliis nanq; a
lia de causa sunt attributi. Persica, quorum carnes a
ossibus absistunt, arboris fœminæ fructum dicunt: qui
bus hærent, masculæ. In Cydoniis oblonga maribus, or
biculatiora fœminis assignant. Franci judicant aliter
assignant mari pulpam pallidam, fœminæ candidio
rem. In Cannabi à fructu. Semen quòd ferat, fœmi
nam: marem, sterilem. Idem in Spinachiis. A quali
tatibus autem sic, Molliorem fœminā. Itaq; scriptum
est in tricesimasecunda quæstione propositarum quæ
stionum: Grajas mulieres appellare consuevisse au
rem dextram, marem: sinistram, fœminam: propterea
quòd sinistra omnia molliora. Enodes quoq; magis fœ
minas arbores, itemq; rectiores. Mares tortuosiores ic
circo, quia materia constent crassiore. Crispitudo
namq; ex succi crassitudine, aut viarum anfractu, aut
perustione: ideo non secus à calore, sicut in sequenti se
ctione disputatur. Qua ratione videtur similitas in Ae
thiope: Nam in nostratibus infantibus modus alius:
scilicet humiditas nondum percocta. Subsidens igitur,
& planè humiditas absq; calore, quantus ad id rei re
quiratur: quasi opus affectum modò, necdum perfe
ctum. Theophrastus in primo de causis, mares ait in
plantis densiores, atq; sicciores. Sic & Philosophus in
decima sectione: Animalium genus animosiorum item
durius. At animosiores mares. De Tigride & Ursa
aliter alii sensere. Verùm equidem arbitror fœtuum
chari-

charitatem illis animos addere. Quòd si præter id quoq; tales etiam sunt, ferociam dixerim potius, quàm fortitudinem. Sunt enim bestiæ quædam, quæ propter amentiam præbent speciem generositatis, ut Elephanti fœminæ. Aliis in periculorum momentis, metus pejoris conditionis audaciam creat. Tales Pantheræ sunt: sævæ potius, quàm liberali confidentia fortes. Itaq; illis etiam τὸ δολερὸν assignat Aristoteles. Sic partim fides, partim invidentia parit in Cane feritatẽ. Quanquam etiam citra rabiem, tum fames, tum atra bilis eos acuit in dominorum perniciem aliquando. Hoc & Actæoni contigit olim, & nostrorum patrum tempestate, Corsis quibusdam. In eodem libro Theophrastus, rariore concretione ac solutiore fœminam, quàm marem. Sexum verò mistum confusumq; uno in subjecto inter hæc naturalia potuit existimare Trimegistus: qui etiam in Deo principia posuerit utriusq; sexus, apud suum Asclepium. Id quod prudenti est intellectione temperandum. Est enim Deus idem in se, & ab se, & per se, & propter se intellectus, & voluntas una, & unum. Unde ex intellectu fœcundo voluntas gignitur: utriusq; consensu, quia unus est in uno, unus procedit spiritus. Spiritus ille ineffabilis, omnia complens, omnia ens, omnia esse faciens. Unum verò sunt, propterea quòd principium habent nullum. Esset enim principium illud hoc ipsum, quod Deum esse dicimus. In aliquo tandem igitur acquiescamus, quod sit hoc, quod ab alio non prodeat, quod in aliud sibi simile non exeat. Quippe nihil extra id, quod totum est: qui est

omnia, extra quem nihil. Ibi cùm paulisper substitis-
set: Vix, ait Minutius, queo me continere, quin excla-
mem. Jam tu ex vulgaribus plantariis in vera illa pri-
sca, ac tot illustribus viris decantata viridaria duxisti
nos. Nam equidem memineram verba illa Trimegisti,
ac sanè corticem substomachabar. At tua opera divi-
nam medullam, quovis Encephalo siculo suaviorem,
gustare jam nobis licet. Sed herbas ubi relinquemus?
Nam ego statim supra cœlos omnes sum. Et ille: ad
herbas igitur. Profectò divinarum rerum contempla-
tio ventus est: atq; , ut loquitur optimus præceptor,
ἰθαγωγός. Is uti me sustulit, si volet item demittere, a-
pud Plutarchum jam sim. In quinto de placitis Philo-
sophorum, τὸ πυκνὸν ascribi masculis à Parmenide,
scriptum reliquit: fœminis autem ἀραιότητα. At in
mulieribus nostris aliter sentiat aliquis: densiore nanq;
videntur carne. Quocirca minus affici frigore, minus
sudare, minus pilosas esse. Cæterum carne quidem car-
ne. Nam sanè propemodum nihil aliud quàm caro
sunt. At ossa, & nervi, & membranæ viri longè sunt
compactiora omnia. Hic autem de mari tria dixit
τραχὺ, σκληρὸν, φεῖσον. Adeò tamen cohærent inter se
φεῖσον & τραχὺ, ut facilius dicantur vocabula, quàm
res diducantur. Asperum nanq; affectus est partium in
superficie dissitarum: φεῖσον est ejus quidam modus
quem per horrorem libenter explicaverim. In nobis
horripilationem vulgares medici, minus ineptè, quàm
barbarè. Græcam vocem retinent etiamnũ Galli. Eam
cutis inæqualitatem, quæ tactui levem afferat offen-
sionem

ſionem, in ſerpentum coriis φολιδωτὴν Philoſophus appellavit. Empedoclem verò etiam, in quibus non licuit ſequi, libuit admirari ſaltem. Ereigitur cenſeo tanti viri animum interpretari. Puto itaq; eum ſic ſenſiſſe: Generationem eſſe actionem in ſubſtantia, à ſubſtantia, ad ſubſtantiam. Quamobrem habere & efficientem, & effectionem, & effectum, & ex quo fit, & in quo fit. Quæ omnia cùm ſeparatim nequeant in plantis poni, propterea quòd eæ locum mutare nunquam viſæ ſint: opinatus eſt in ipſis ille horum principia confuſa. Non admodum, ut ego quidem reor, ineptè. Quemadmodum in lapide ſi quis intelligat agens, & patiens, cùm movetur (iccirco nanq; deſcendit) eundem ad modū plantis ineſſe ſimul actionis primordia, & paſſionis: ea proportione, ut in ſe & concipiant, & fœtent. Non enim aſſignare poſſumus cauſam fructificationis, aut propagationis, quæ è ſemine, & per ſemen fit: niſi ſic intelligamus. Sterilibus autem plantis, quia horum altero deſtituantur, alterum tantū aſcribent ſexum. Utrum verò deſit? Sanè maſculi. In ſe nanq; fœmina concipit: mas nunquam. Porrò ad alterum argumentum accedamus: quod eſt profectò nobile, nec diſplicebit vobis. Accedit enim ad eum diſputandi modum, qui valde eſt commendabilis in prima philoſophia: A ſimplicitate, à primitate, ab eo quod eſt eſſe in alio, aut in ſeipſo. Quæ, inquit, concreta ſunt: « a neceſſe eſt prius ſimplicia fuiſſe in ſeipſis, & ſeorſum eſſe marem, ſeorſum fœminam: atq; inde miſceri. Concretio autem erit non niſi ſecundum propriam «

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 148 sur 521

„ generationem. Igitur inventa fuerit in plantis concre-
„ tio ante concretionem: Quæ etiam debet esse agen
„ causa in eodem tempore. Non ergo maris & fœminæ
„ sexus erit ulla in planta simul in unum conjunctorum
„ quia enim talis utiq; planta fuerit perfectior animali
„ At quánam ratione fieri queat id? quippe anima
„ nullius indiget externæ opis ad propriam generatio-
„ nem. Sed planta opus habet anni tempestatibus, &
„ Sole, & aliis talibus, potissimùm in tempore ortus sui
„ Ejus nanq; principia duo sunt: unum alimenti à ter
„ ra, alterum generationis à Sole. Quinetiam dixit A
„ naxagoras, plantarum humidum à terra evenire
„ Quocirca ad Lechineon scribens, ait: terram esse plan
„ tarum matrem, Solem verò patrem. At nos in plant
„ concretionem alio delineare modo instituamus. Plan
„ tæ semen existere simile fœturæ animalis: quæ mar
„ ac fœminæ mistio est: & sicut in ovis, cùm generatu
„ pullus. Indidem enim est ejus alimentum quoq; quo
„ ad perfectionis atq; exclusionis tempus appetat: tun
„ enim excludit pullum fœmina una hora. Sic de plant
„ semine dicendum est. Hæc ille, quæ doctè atq; acutè di
cta videntur mihi. Quæ hîc ego concreta, ille κεκε
μένα, & κακρῆσις tempestatibus. Est enim tempesti
idem, quod temporis opportunitas, à paucis observati
usu hoc significandi. Sic noctem intempestam dixe
veteres ineptam operi faciundo. Ea verò pinguiuscu
excurrimus: sic enim scriptum est: τὸ δὲ φυτὸν τότ
δεῖται ἐν τοῖς καιρῆσις ἔτος. Declarat quid sit illu
τότε: scilicet Solis eget. Ait itaq; δεῖται γὰρ ἡλίου. Add
deinc

deinde & tempus, & temporis qualitates, ut sit opportunum: καὶ τῆς δυσκρασίας, καὶ ἔτι μᾶλλον, id est, accommoda temperatione. Et διατυπώσασθαι, delineare. Est enim τύπος figura impressa ab aliqua vi, παρὰ τὸ τύπτειν. Itaq; formulæ, quas ante legitimum opus sibi faciunt ad manus pictores, in quibus sese postea imitentur, hoc nomine dictæ fuerunt. τύπος est in cera per impressionem Sphingis aut Palladis in gemma excavatæ. Signatius in nummo. Et ἐν κυμονήσει, in fœtura. κύημα nanq; fœtus Hippocrati. ἔξοδον verò dixi exclusionem, apto ad materiam verbo. Hæc rectène, an secus expresserim, consulendus est Ferrerii thesaurus. Haud malè, inquit Ferrerius, conjectaris. Nam ipse tempus satis habuit dicere τὸν καιρόν. At aliter Hippocrates: non solùm ubi monet τὸν καιρὸν ὀξυῶς ἔχειν, atq; elabi: nam tempus nunquam desit nobis: temporis articulis ὑστερίζομεν· verumetiam cùm dicebat, ὁ καιρὸς ἐν χρόνῳ. & δυσκρασίαν simplici communiq; generis voce temperamentum. Quæ injuria facta politioribus institutis emendatæ medicinæ jam est ab illo animadvertenda. κρᾶσις enim temperamentū quodcunq;, qualecunq;, quantumcunq;. Nec caret ratione. Ex confundendo enim, ac miscendo, refringuntur mutuò qualitates. Iccirco Galenus ex usu præceptisq; sapientum semper μετὰ προσθήκης, δυσκρασίαν, aut εὐκρασίαν. Sanè temperamentum ipsum attemperat adhibita lege. Proinde tuo more feciſti, ut signatissima voce diceres commodam temperationem. Tuam verò delineationem illusit hic deterrimo verbo: imaginari

 inquit.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 150 sur 521

inquit. Quin τύπος, tametsi figura est aliunde, sicuti dicebamus, exprompta: at & hîc, & alibi pro exemplari sumitur, quod imitemur: non quòd alius rei sit imitamentum. Tanquam lex igitur proponitur, atq; edicitur, quæ spectet ad seminis plantarum rationem. Deformare videtur hunc ad sensum uti Quintilianus. Et puto maximo poëtarum carmen deductum, nihil aliud significare, quàm quod ἰχνογραφίαν repræsentaret, à filorum simplicitate metaphora sumpta. Quin ita interpretor è Rhetoricis τὸ εἰρόμενον Philosophi, quod nequicquam, pendens, vertit Trapezuntius. Verùm de his alibi. κυμόνησιν verò vox est cucullaria, nec meliore nota signata nobis hîc. Dixit enim, pragnationem. Fœtura, bellè: sicut scriptura, curatura, sepultura, conjectura. Excludit autem optimè, ἐκλέπει, iste exponit: credo est, ἐκπίθησιν, apud te. At illa nihil minus quàm exponit: Imò verò tollit, & educat. Esse nanq; contraria ἐκτρέφεσθαι, καὶ ἐκπίθεσθαι, non ignoravit Oedipus, Cyrus, Romulus. Est verò hîc, quod te vereor veritum esse, masculinitas, & fœminitas: ubi tu maris & fœminæ sexus dicebas non uniri posse. Quòd si ille ausus est ita, ἀρρενότης καὶ θηλύτης, jam habemus metaphysicum, qui vix semiphysici sustinet dignitatem. Sexum verò longè melius tu semper, quod & Græcè γένος, & hîc Genus. Non enim Latinis philosophis hoc id unquam significat: sed commune illud, quod de pluribus differentibus specie prædicatur. Qua in re certior fuit supellex nobis, & opulentior etiam in media philosophia, quam adeò serò profiteri

literi cœpimus. Tametsi Grajis ipsis originem debemus: sicuti penè universæ linguæ nostræ. A disjunctione tractum nomen, quæ per adverbium ἐκάς, denotata est. His dictis ille conticuit. At suscepit extemplo Minutius oratione. Multa utring, admodum accuratè. Sed quare non rogabas Ferreri, quid ita κρᾶσιν dixerit concretionem. Quod igitur non feci sti, ut rogares, facio ut non nesciam. Dicam ergo quasi causam, inquit Bajulius: cùm postulor quasi κενοτομίας, invectis novis docendi legibus. Si Græcam vocem Latina vobis æquavissem, laudi id fuisset mihi: si Græcolatina dedi sedulò expressam, quis insimulabit flagitii? Creo suprà ducebatur παρὰ τὸ κρέας: hoc παρὰ τὸ κέκρεμαι derivari placet. Unde cum Cicerone κρᾶσιν cretionem dicam, & concretionem. Tametsi fusius patet κρᾶσις. Nam concretione tantum utar, ubi solidi quippiam sit: κρᾶσις aptatur etiam liquidis. Unde κρᾶμα, vinum aqua dilutum, & apud Plutarchum in commentario ad Pollianum, & apud Dioscoridem in capite de junco: quod Hermolaus aquam transtulit. Vitruvius autem κρᾶσιν in primo mistionem appellavit. Et verbum temperare in ea posuit significatione, quæ non ut Ciceroni latitudinem, sed punctum ipsum medium statueret mediocritatis. Sic enim scribit: Aliã mistionẽ habet genus avium, aliam pisciũ, longè aliter terrestrium natura. Volucres minus habent terreni, minus humoris, caloris temperati, & aëris multum. Ecce, temperatum, statuit sub medii modo. At multum illud aëris, & parum illud terreni est nihilominus

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 152 sur 521

temperatum in avibus. Non enim ſimplex & ſummum, ſicut in elementis. Meminerimus etiam Senecam, in ſecundo de ira, miſturam appellaſſe. Satis, inquit Minutius, habeo. Sed explica quæſo, quomodo concreta prius diſcreta fuiſſe neceſſarium ſit. Nam inter elementa fac ignem ſimplicem, ac ſeorſum ſitum: at terram & aquam puras uſquam inveniri, neq; animum induxerunt multi boni ac docti viri, ut crederent: & à me, quid ita ſit, multum dubitatur. Quamobrem hic idem cum dicit, ſemen eſſe fœturæ animalis ſimile: non ſecum facit. Quæram, eo in ſemine iſta ipſa principia, quæ ſunt conjuncta, extra ſemen ubinam disjuncta fuerint in ſeipſis. Nempe arboris aut pars, aut opus, ſemen eſt. Si pars: ergo in arbore concretus ſexus. Si opus: igitur accepit ab arbore, quod habet. Sunt itaq; in arbore maris ac fœminæ confuſa principia: idq; optimo naturæ conſilio. Cum etenim generatio ſit ab agente in patiente: natura operi ſuo, cui ſimul & motum negaſſet, & generationem tribuiſſet, generandi facultates proportionales indidit conjunctim. Id quod inde quoq; poteſt colligi. Siquidem quarundam ſtirpium è ſemine alio mas, alio fœmina proveniat. Idem fiet ergo, quod quærit, licet alio modo. Quærit, an principia fuerint antea disjuncta. Oſtendo: poſt illam conjunctionem quemadmodum disjungantur. Id conſtat in Cannabe. Ex eodem ſtipite funditur ſemen, quod partim evadat mas, partim fœmina. Igitur & ſeparantur in plantis, quæ in ipſis erant comparata: & comparantur in animalibus quibuſdam,

buſdam, ut in Erythinis, quæ erant in aliis ſeparata. Hæc habebam, quæ ſentirem. Probè, meo quidem judicio, ſentis, inquit Bajulius: & acutè explicas: quare prorſus aſſentior. Hæc eadem dicturus ego quoq; fueram, niſi antevertiſſes. Nunc verò rem operoſiſſimam, ac maximè jactatam videamus. Ait, animalis fœturam maris ac fœminæ continere miſtionem: ergo ita ſtatuere videtur, utriusq; ſemen concurrere. Ac quanquam in decimo hiſtoriarum ita ſcriptum eſt, tamen adverſus omnes veteres in ſecundo de generatione animalium certo inſtituto Philoſophus aliter profitetur. Ergo, inquit Minutius, decimum illum librum cujus cenſes? Ariſtoteli nanq; attribuere videris. At multis indiciis non eſſe deprehenditur. Principio novem tantùm libri recenſentur à Laërtio. Deinde non potuit ab eo proferri pro ſua talis opinio, quam tantis conatibus eſſet everſurus. Et ſemina tanquam aliqua jacit in hiſtoriis eorum omnium, quæ cæteris in libris eſt poſtea perſpicacius explicaturus. Neq; ſanè cohæret argumentum. Ut poſt mores ac vitam animalium narret hominis generationem, de qua jam antea dixerat in ſeptimo. Deniq; mos ejus non eſt, viri maximè conſtantis ſibi, atq; in commentationibus ſuis parciſſimi verborum, fruſtrà materias retractare. Tum ille: Decepit me dictionis puritas, atq; elegantia incomparabilis, tum ſtilus perquàm ſimilis ſui: ut etiam ſi non Ariſtotelis nomine circunferantur, ultrò aſcripſerim. Arabes quoq; ii, quibus tantum tribuit hic Scaliger, Avicennam dico, & Albertum, & alios, illius eſſe exiſtima-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 154 sur 521

runt. Tu verò Cæsar, cui detulisti, cùm es illum omnium primus ausus excutere? Videbis, inquam, ubi edentur. Edentur verò non antè, quàm firmitatem nacti sint: quam equidem nondum in eis video: atq; haud scio an illis unquam affuturam sperem. Sed quid altius videris Bajuli, cogitare? Quærebam, inquit, quod ait hic: Si in planta uterque sexus insit, planta sit, quàm animal, perfectior. At non sine causa moderatus est adverbio, fortasse. Argumentum enim videtur esse nullum: Facilius aut commodius fit: ergo perfectius. Contrà sic: Solo attritu ex occursu atq; in transcursu coëunt pisces: horum tamen coitus imperfectus est. Nam quod addit, plantam opus habere anni tempore, Solis opera ad generationem: hoc item de animalibus multis dicas. Locustarum historiam, Bombycum, Cicadarum, aliorum complurium recense: atq; cum illis item apponas locum, cujus ratio par. Non enim in Germania, Nortuegia, Schondania Psittaci gignuntur: quia regiones propitio cœlo non utuntur. Tum pisces, aut aves, aut feræ aliæ, non nisi certis atq; statis anni temporibus. Neq; Sol solis servit plantis, præsertim in Lyceo, ubi Sol & homo gignit hominem. Quod verò facit, ut ovo semen comparet, rectè fit. Idem sentit præceptoris insistens vestigiis Theophrastus in primo de causis. Seminum, inquit, natura ovo proxima est. Illud autem: τὸ Σῆλυ ἐκτίθησι τὸν νεοσσὸν ἐν μιᾷ ὥρᾳ, ex Arabia prodiit in hanc scenam. Sic enim loquuntur, ubi tempus nominant. De ovo maximè urgeas, si sic dicas: Ovi princi-

principia conjuncta esse, quæ foris erant in mari & fœmina separata. Ergo si semen ovo simile sit, habeat conjuncta principia. Ea cùm ab una tantum arbore sint profecta, necessariò in arbore concreta fuisse dicantur. In his paulò diutius sum immoratus ob difficultates: potissimùm confragosa loca prospiciens quædam, ne in ea impingerem, magnoperè pertimescebam. Sunt enim adeò obscura, ut neq; ad ingrediendum animi satis sit: & valdè metuo, ne ingresso mihi non liceat inde sine maximo periculo referre pedem. Igitur Græcè recitabo, quo vos omnes partem sarcinæ feratis: Ferrerius verò etiam evocet subsidia. εἶπε πάλιν Ἐμπεδοκλῆς, ὅπ τὰ φυτὰ, εἰ μὴ νεοσσὸς, οὐ γεννᾶσι. διόπ τὸ γεννώμενον οὐ γεννᾶται, εἰμὴ ἐκ φύσεως ἔχ ἀσπέρματος. Nequeo satis mirari hanc verborum turbam. An dixit Empedocles plantam non gignere, qui in planta conjunxit principia generationis? An sic? Non gignit à planta plantam, neq; à gallina pullum: sed ex planta semine plantam, ex gallinæ ovo pullam? Quæ hæc argutatio? Non interficiet viatorem latro, sed ensis quem latro tenet. Et νεοσσὸς quid hîc rerum gerat, nescio: neq; verò quid antecedentes particulæ. Sed verba potius tegunt sensum, quàm ostendant. Quare Ferreri, ne desis nobis. Adsum, inquit ille, nec fortasse vacuus. Legit enim νεοσσὸς, non autem νεοσσός. Atq; ita fit. Quanquam planta non gignunt pullos, quia quod gignitur, gignitur secundum seminis naturam. At natura in semine lactucæ, lactuca est: non autem pulli. Exibit igitur lactuca, non pullus. Scitè, inquis

inquit Bajulius, meá, teg, expediſti. Senſus enim jam ex verbis elucet: at Autoris conſilium adhuc in obſcuro eſt. Huic enim, εἰ καὶ τὰ φυτὰ τὴς νεοσσοὺς ἐ γεννῶσι: quomodo reſpondebunt illa? ὅμως ἥτως ὀφείλομεν ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν τῇ μίξει τῶν ἀρρένων, καὶ τῶν θηλυῶν φυτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ζώων. ὅπ καὶ ἡ μίξις τῶν φυτῶν ἔξιν ἐν διοικήσει τινί. Quanquam lactuca non gignit pullum, tamen debemus intelligere de miſtione plantarum, ſicut & animalium. Nam eodem modo dicam: Tametſi equus non gignit capram, tamen ea quæ ſubdit poſtea. Tum quod ad hanc attinet partem: quis vidit uſquam plantas animalium coire modo? De proportione quadam hujuſcemodi coitus poſtea videbimus. Et quid hoc eſt conſtantiæ, nunc ponere ἐν μιᾷ διοικήσει concretos ſexus, quos ita eſſe negabat ſupra? Sed omiſimus, quæ extra ordinem de initiis vitæ plantarum dicebat ſuprà. De ſemine loquens addit hæc: καὶ ὅπερ μενεῖ ἐξ αὐτῦ ἐν τῇ ἀρχῇ τροφὴ γίνεται τῆς ῥίζης. καὶ τὸ γενόμενον κινεῖ αὐτὸ ἑαυτὸ παραυτίκα. Exiſtimat, ex ſeminis portione radicem confieri, ex altera, quæ reliqua ſit, illi alimentum ſuppeditari. Quippe radix illico hauſto à terra vivit humore, quo nutritur. In generatione verò patiens alterationis motu movetur ab agente informatrice, quoad organa verum ad motum comparentur, atq, conſtituantur. Nunc ad reliqua. Animalia, inquit, cum coëunt, miſcentur ſexus, atq, eorum poteſtates, quæ prius erant ſejunctæ. Inde ab his duobus res una provenit. Id quod in plantis non eſt. Non enim, poſteaquam earum

earum vel sexus, vel potestates mistæ sunt: rursus fit, ut segregentur. Mirifica profectò verba, quibus supponit (sic enim Mathematici loquuntur) misceri plantarum sexus inter se. Dicit enim sic: ὅτε μίγνωται τὰ ὑγρὰ, καὶ δυνάμεις τῶν φυτῶν. Ergo sunt separata alicubi, aliquando, si miscentur. Est enim mistio motus rerum separatarum unibilium per contactum minimorum naturalium inter se. At supra negabat separata illa extare usquam. Præterea ne in animali quidem semoventur, propterea quod generatum semel animal neutiquam postea mutatur. Quippe ex semine maris & femellæ item semine conjunctis fit fœtus: quo in fœtu nihil apparet disiunctionis, quæ demonstret iterum sexus illos segregatos. Et suprà Cannabis exemplo similem naturam declarabamus. Quod verò de separatione dicebamus, de conjunctione quoq; videndum est. Quoniam sicut ostendebamus, semen in fœtu non distingui: ita etiam indicatur, ex eo semine non confici fœtum, qui mas & fœmella sit. Imò verò quod ejusmodi fuerit, monstri nomine & censu comprehendi. Quare alterum è seminibus, quod ad sexum attinet, nihil conferre videtur. Ergo cum sexus ipsi non sint principia substantialia, poterunt in plantis misceri: quo modo vis utraq; maris scilicet ac fœminæ miscetur in alterutro sexu tantum. Neq; illa commodiora. Si natura, inquit, marem cum fœmina miscuisset, rectè res procederet: quippe in plantis actionem videmus nullam, præter fructuum generationem. Nihil biisce verbis perplexius: nihil hiantius hac sententia.

Sic

Sic tamen emolliamus durissima hæc. In plantis cum fœmina si concretus esset mas, à natura factum rectè fuisset: Quod invenirentur in plantis actiones. Essent itaq; perfectiores. At nullæ sunt actiones. Primùm quæremus: an putarit quicquam melius à natura fieri potuisse, quàm factum sit. Nemo sanus hoc dixerit. Deus cùm omnia conderet, atq; ordinaret, nihil plus ex se quæsivit, quàm quantum voluit: voluit autem optimum. Classes igitur, ac gradus, & constituit, & attribuit suum cuiq;. Quod verò præter hæc est, monstrum est. Quid enim esset arbor, si loqueretur? Nam ejusmodi vanitates detestantur sapientes in mendacissima natione, apud Argonautas. Haud profectò esset perfectior: est enim id præter illius genus: non esset igitur id, quod esset. Itaq; actio tametsi perfectionem arguit animalis: at lapidi nulla fuerit perfectio. Quanquam quid hinc actum est? Cum generationem attribuit, actionem tollit? Nónne est actio generatio. Tanto inconsultius: cùm est actio sexuum propria, prima, per se, immediata: & quoad sexus ipsi sunt. Imò verò tanto præstat actio generationis actioni motus animalis: quanto est nobilior perpetuatio speciei, quæ est imago quædam æternitatis: quàm hujus aut illius animalis ministerium, quod motu comparatur. Quare contrà sic concludam: Habent à se plantæ generationem: ergo habent in se plantæ principia generationis. Sexum igitur. Non separatum: motu nanq; carent. Mistum igitur. Quæ sequuntur, moroſa sunt: οὐδὲ γὰρ ἔστι ζῷον κεχωρισμένον ἀπὸ θήλεος, οὐδὲ

ἁμὴ ἐν ὥρᾳ ις, αἷς ἐ συνάπτεται. Hoc est, quia datus illis fuit motus: iccirco plantis immobilibus simul inditus uterq; sexus. Verbum verò κεχωρισμένον, ambitiosius positum. Nam etiam ubi coëunt, sunt κεχωρισμένα. Non enim locus unus communis ambobus est. Sed aër utriq; suus: mari verò fœmina ipsa aliqua ex parte, qua illum ambit. Proinde non fiunt unum, ut planta. Ubi verò paulò attentius rem consideravi: eandem sententiam contrario dixissem modo. Nam quid referebat, ponere animalium disjunctionem ad id probandum. Imò verò potius sic, per affirmationem, non per negationem: αἰεὶ δὲ τὰ ἄῤῥενα κεχωρισμένα ὄξι τῶν θήλεων, ἔξω τῆς συνουσίας. Quod verò addit, tanquam finem, audiamus: τοῦτο δὲ ὄξι διάτε πολλαὶς ἐνεργείας αὐτῦ, κ) πολλὰς ὄπτσήμας. At enimvero nunquam ratus sum fore, ut putaret quispiam, marẽ à fœmina separatum propter vel officiorum frequentiã, vel copiam scientiarũ. Contrà equidem sentiam. Quemadmodum in consiliis plura capita sententiam dicunt compositiorem: ita Deus mari fœminam si miscuisset, pro uno duos, pro simplici duplicem hominẽ ageremus. Nolim tamen. Careremus enim tot elegiis, tot cantiunculis, tot conquestiunculis, tot exprobratiunculis, & tuis illis Cæsar novis epigrammatibus: quod tibi, opinor, plus doleret, quàm tuæ Lucinæ protervitas. Hîc cùm arrisissemus, rursum se ille recepit ad narrationem. Hujusce, inquit, naturæ dicuntur Heroës olim fuisse, quorum humanitas divinæ perfectionis conjunctione fieret augustior. Neque alia de causa Mulus

Equum

Equum patrem tolerantia, pernicitate matrem superat Asinam, atq; elegantia. Neq; alia ratione Cypriũ, quod vocant, æs arte factum, æri nativo & castitero firmitate antecellit. Ergo & Antisthenes cum in prælio, quod ad Tanagram factum fuit, præter cæteros fortiter pugnasset, fecit, ut Socrates diceret, ex duobus Athenien sibus ortum ad eam virtutem accedere non potuisse. Objiciebatur enim illi, quod non esset αὐτόχθων. Verùm hæc animi gratia: ne de meis verbis, pessimum lolium, spurii tollant animos. Minus verò sententiam nostram probetis vos: ubi in mentem veniet, in Platonis picturis utranq; naturam simul fuisse, posteà meliore opificis consilio disjunctam. Inter hæc Minutius, quasi aquulam fesso de via facetus aspergeret: potasti tu, inquit, merum aliquando? Quid tum postea? respondit ille. Et aquam? Nimirum. Et utrunq; mistum simul? inquit Minutius. Equidem, ait ille. Ergo longè deterius est meraco dilutum? Virum tu confœminatum (monstroso enim apparatu monstrum adornandum est) ita diluisti, ut jam sit neutrum, quia sit utrunq;. Deteriorum nanq; affinitate atq; societate deteriores simus. Subrisit Bajulius, & ait: Sapientior esses fortasse tu, si minor existeres isto tuo animo igneo. Id quod lectissimæ ac modestissimæ uxoris temperatione contingere potuisset. Nam & tibi cum subselliis facilius convenisset: & rem haberes, vel faceres lautiorem, & affinium voluntatibus commodioribus uterere. Cui faciliore atq; apertiore vultu Minutius: Accipio, inquit: sed ita sanè, si etiam

Leonem

Leonem admiſceas ob fortitudinem: Tigrim ad pernicitatem, aut Bubalin, ſi modò eſt Lant Africana. Tum addas alas, ſed ſine filo & cera. Ad cœlum enim malim, quàm Cumas. Hîc verò magis arridere nos: Baiulius etiam plauſu approbare urbanitatem. At ego, inquit, hoc agebam. Separandorum ſexuum non fuiſſe cauſam, vel intellectum, vel voluntatem: quorum perfectione conficitur Sapientia. Cujus umbram modò ſi plantarius hic noſter attigiſſet, non nos oneraſſet nugis. Quamobrem ne de hujus vecordiæ poſſeſſione deturbetur, pergit etiamnum eſſe ſui ſimilis. Sunt, inquit, qui completas arbitrentur plantas. Sed malo Græcè. Nam vos tam ſacris myſteriis defraudare, mihi iam religio eſt: εἰσὶ δὲ ὅιτινες τὰ φυτὰ πεπληρωμένα « ὑπολαμβάνουσι, κ᾽ τῷ χάειν τῆς ζωῆς αὐτῶν εἶ) διὰ « τὰς δύο δωάμεις, ἃς ἔχει, ἤγουν διὰ τῷ τεφλῷ τῷ « ἐπιδείαν εἰς τὸ τρέφειν αὐτὰ. καὶ διὰ τῷ μακρότητα « τῆς ἰδίας ἐπάρξεως, καὶ ϑ καιρῷ ὁπόταν βλασάνη, καὶ « καρποφορῇ ἡ ζωὴ αὐτῶν. καὶ τρέφεται πρὸς αὐτὰ ἡ νεό- « της αὐτῶν, κ᾽ ὃ γίνεται ἐν αὐτοῖς τὸ πρεσβύτερον. Quis intelligat τὸ χάειν, & τὸ διὰ, utrum utrius cauſa fiat? Niſi res ipſa per ſe clara eſſet, verborum beneficio non fieret. Videtis, qualem, ut ajunt, urſam in caveam ſuſceperim abducendam. Jam illa ſententia cujusmodi? Gratia vitæ plantarum eſt à duabus poteſtatibus: tum quia ei ſatis ſuppeditatur alimenti, tum quia vivunt diu. Ita rem illam arcanam, atq; antea nunquam auditam: Plantam vivere, quia diu vivat. Et ait vitam fructum ferre: ut etiam in hiſce agris Pindarum am-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 162 sur 521

pullari miremini. Et quomodo revertitur ad eam juventus, quæ nondum advenerit, cum accedit? Quòd si tantum audeat facinus, ut reversionem frutificationis appellaverit juventutem, fecerit jam ille quidem ætatum vicissitudines: Ut postridie, quàm desierit germinare, aut fructum edere, vetula sit. Tum ætas hæc mala ac vieta pòst abeat, subeunte de integro vegeta illa. Neq; verum illud esse: Nihil in plantis redundare superflui: sciat is, qui etiam ex juvenculis Amygdalis, ac Cerasis, puta trimis, aut quadrimis, gummi viderit redundare. Concinnari tamen possit hæc sententia vestra æquanimitate, sic: Completas esse plantas, cum satis susceperint alimenti: atq; adeò promoverint à primordiis ortus sui, ut juventam adeptæ sint, neq; quicquam habeant excrementi, & fructum ferant. Cæterum quotus quisq; dicat: adultâ statáq; ætate plantas carere superfluis? Nam sanè id ætatis Allobrogum, Centronumq; arbores nobis Agaricum fundunt. Et ipse suam facit causam deteriorem, cum ait, μακρόβια. Multæ nanq; plantæ anno altero perfectæ sunt: eodem, non paucæ. Aliquot trimestri spatio: quædam paucis diebus ferunt fructum: ut Lactucæ, & Brassicæ, si terræ mandetur semen eo tempore, quo semen efformatur in sementiferis ejusdem speciei. Est enim semen tota planta: neq; ab ea differt, nisi partium expressione. Et χάεν τῆς ζωῆς quid esse dicam? Nisi quis nugetur, vitæ venustatem. Loquuntur enim Syri & Arabes valde picta oratione, multasq; delitias affectant in dicendo.

Quem-

Quemadmodum illud, quod monebamus, Plantæ vitam fructum ferre. Quod verò dicit ἐπάρξεως, jam quid illi cum Leviticis? Etiámne decumatum huc venit? Primitias sic vocant. Videbitis apud Pollucem ἔπαρχα. Fortasse fuit ὑπάρξεως. Si est: esto. Planum hoc faciet Ferrerius. Ita sanè, inquit ille: nisi corrigenda afferam, corrector adero. Addit enim de suo, integras: Plantas completas, & integras. Quin integras esse eas, minus est, quàm completas. Integrum enim solas partes denotat materiales. Completum idem, quod perfectum, etiam potestates, potestatumq; tempestiva momenta: & quasi dixerim cũ antiquis, tempestivitatem. Paucis diebus planta integra est. Ubi folia constiterint primum, si stipes ei nullus debetur: cui debetur, id ubi constiterit stipes. Nam flores ac fructus tã ejus partes sunt, quàm fœtus mulieris. Sed longè negligentius dixit sic: Ipsarum vitam duarum facultatum gratia esse. Pessimè. Nam verbum hoc, gratia, finem dicit: Idem quod, propter. Quis putet, datam vitam, ut alamur. At ille versus plebejus est, quod primæ ætati ad discendum apponatur: plenius tamen Sapientiæ, Esse decet, vivas: vivere, non ut edas. Concinniorem fecimus nos: melior fieri non potest. ἔπαρξιν verò, aut ὕπαρξιν, non ineptè, durationem: fortasse meliore fortuna, quàm scientia. Pauci hanc, non ignorant, à lignis ductam, dictamq; durationẽ. Quo merito plantis eam hic ascripserit. Fermentũ milẽ, aut etiam fermentatam tuam eruditionẽ vocare solitus sum, Ferreri. Quoquo enim te infers, turget.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 164 sur 521

Vel hoc postremum quis hîc inter plantas expectasset? Sed illæ me revocant. Ad somni revertitur narratio-
„nes: quas non puduit inter hæc commiscere. Non ha-
„bet, inquit, opus planta somno multis de causis. Quip-
„pe in terra sita est, & ab ea vincta. Neq; in sese mo-
„tum habet, neq; discretis terminis in partibus propriis,
„neq; sensum, neq; motum voluntarium, neq; animam
„perfectam, sed potius animæ partis partem tantum.
Perpendamus singulas propositiones. Non egere somni plantam, propterea quòd non laboret. Iccirco dixit, affixam terræ. Sed quid hoc? Nónne etiam animalia quædam, licet immobilia, somnum tamen capere creduntur? Quot enim ex ostreaceo genere saxis hærent? Quanquam enim somnus quies est: non tamen est quies propter spiritus motivos solos, sed ad aliorum quoq; recreationem comparatur. Nihil ergo concludit inde, nisi addat, quod dicebat: neq; sensum habere. Hoc jam tum toto negotium demum absolvitur. Pertinaciores pro Anaxagora dicant sic: Non delassari motu, sed opere fructificandi. Falsò tamen illa videtur apposuisse, ὑπ' ἔχειν ὅρον διωρισμένον ἐν μέρεσι. Sanè suprà declaratum est, corticem, pulpam, medullam, definita esse: ut omittam villos, nervos, venas: quæ continua sunt mathematica, contigua naturalia. Quod enim corpus nervi est, venæ non est. Loquutio quoq; animadvertenda: ὅρον διωρισμένον. Imò verò, μέρη ὅροις διωρισμένα. Terminus enim præter & extra intellectionem nihil est: neq; tam separatur, quàm separat. Si enim separaretur, fieret id per alium terminum:

deinde

deinde ille per alium. Tum porrò in infinitum ridicu-
le. Non enim forma à forma, neq; differentia à diffe-
rentia, per formam differt, aut per differentiam, sed
seipsa. Sed & in quibusdam animalibus partium dis-
iunctiones obscuræ admodum: ut in Limacibus. Alia
ratio. Non habet animam perfectam: non dormit igi-
tur. Non habet equus animam perfectam: & dormit
equus. Illud verò quomodo accipiamus? μέρος μέρους
ψυχῆς. Nam si vivit planta, neutiquam partis par-
tem, sed partem obtinet totius. Neq; enim vegetatrix
pars est potius sentientis, quàm intelligentis. Quan-
quam tum acutius, tum commodius intelligamus a-
nimæ partes treis, id est potestates, vigorem, sensum,
intellectum. Partem crassè dicimus: non enim parti-
tur anima. Et meministis M. Tullium partitiones il-
las dicere, quæ in toto fierent, cùm in eas ipsum scindi-
mus, quas philosophorum vulgus haud ineptè vocat
integrantes: Divisiones autem, cùm secamus, atq; di-
ducimus in species genera. Quanquam ille secus, atq;
statuit, usus est. Partitiones enim cùm inscripsit dia-
logum, plus in eo fecit divisionum. Sed ad rem. Unum
restat difficillimum: Καὶ τὸ φυτὸν οὐκ ἐδημιουργήθη διὰ
τὸ φυτὸν. Principio ad rem nihil faciunt. Quid enim
cum somno his? Dicebamus, formam esse finem gene-
rationis. Ad hunc modum quodcunq; gignitur, pro-
pter se gignitur. Est alter finis extra. Hominis enim fi-
nis est, unio intellectus cum Deo: Deus unionis finis.
Utrum ergo plantæ finis homo est, an non? Pendet hæc
ab illa: An omnia propter hominem facta sunt. Hoc

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 166 sur 521

Philosophus ipse asseveravit: & verum esse, aliâs ostensum est. Neq; hic est locus. At plantæ si capiunt, ut hic existimat, iccirco somnum, quia alterius rei ergo fabricatæ sunt, ne nobis quidem dormiendum esse video. Nec, si hominis causa creatæ plantæ propterea negatus est à natura somnus, eadem ratione pecori quoq; negabitur. Itaq; ut vobiscum atticissem, ὁ λόγ@ οὐκ ἀπορεῖ. Græca enim hæc in margine codicis hujus ascripseram. Nam Latinè quibus modestius simul ac plenius dicerem, in memoria non habebam. Venio ad reliqua. Si quis, ait, jam dicat: Plantam etsi egentem parabilis ac vilis alimenti, tamen & diuturni, & continui, quodq; haud facilè corrumpatur: atq; ex his eam statuat aliqua in re præstantiorem animalibus: ac propterea res inanimas esse animatis excellentiores: huic ita respondendum est: Animalis officium anteire omnibus plantæ operibus. Quinetiam in animali omnes plantæ facultates inveniuntur. At non contrario. Ordinemus propositionem, argumentum, responsionem. Quinq; proponit, ἀτελὲς, μοχθηρὸν, σαθρὸν, συνεχὼς, μὴ ῥᾳδίως φθαρτόν. Duo priora sub prima parte adversativæ: Duo posteriora adversantia: Quintum superfluò. Pertinet enim solum ad prædictorum expositionem: neq; jure aut officio partis fungitur sub toto. ἀτελὲς, rectè posuit. Est enim id, cujus fine facilè potimur: tractum a portoriis, & à vectigalibus, quæ mediocria parvo negotio penduntur. Ea voce frequenter in historiarum libris utitur Aristoteles. At illi μοχθηρὸν est contrarium, τὰ γὰρ ἀβίωτα τῷ ἀτελεῖ βίῳ contenta

tenta ſunt. Quippe non multum operæ ponunt in parando victu. Sed quæ ſors obtulit, ea ſatis habent à natura, ut ita dicam, fortuita. Aquilæ βίος μοχθηρὸς eſt: laboriosè nanq; victum ſibi quærit. Interpres ſic abutitur: qui dicere poterat commodius, φαῦλον, vile. Plato in Epinomide ſtatuit inter ſe contraria τὸ μοχθηρὸν, καὶ τὸ μέτειον. σαθηρὸν, quod duret, interpretor, à lignis ſcilicet, ut monebat Ferrerius. Unde equus Durateus apud Lucretium ex Homero. Verùm in plantis reſolvi partes ab Auſtri, Solis, Sirii æſtibus: deinde roris, pluviæ, nebulæ, rigationis humore denuò reponi, atq; inſtaurari, manifeſtũ eſt. Iccirco temperavit audaciã vocis illius, cùm dixit, μὴ ῥᾳδίως διαφθειρομένης. Quam etiã melius expreßiſſet per formulã σωπτικὴν, ut eſſet φθαρτῆς. Nam quod dicit συνεχῶς, ſeipſum imitatur. Perſtat enim ea in ſententia, quã ſuprà refellebamus. Siquidẽ non perpetua opera trahit alimentum planta, ſed per intervalla. Hæc eſt propoſitio. Argumentum autẽ hoc. His de cauſis præſtare videri animalibus. Id verò non ſequitur. Quapropter impugnat ipſemet. Quanquam nõ ſolvit argumentum, ſed aliud objicit: Nobilius eſſe animal, quàm plantã, propter naturam perfectiorẽ, atq; pleniorem. Concedit ergo tacitus, illis prærogativis aniãal à planta ſuperari: ſuperari autem ab ipſo plantã aliis. Tamen prudentius intueamur. Nõ enim, ſicuti dicebamus, factũ eſt animal, ut alatur: ſed alitur, quia factũ eſt, ne deficiat. Hic autẽ finis eſt alimenti, nõ animalis. Finis enim operæ perfectio eſt. Animal dum alitur, non agit, ſed patitur. Alimentum verò

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 168 sur 521

patiendo facit: instaurat enim. Instauratio est quasi iterata generatio. Facit sanè, quo diximus modo, non vera affectione. Quippe est animæ vis, quæ facit. Proinde si egent alimento plantæ diuturniore: non id efficit concretionis atq; constitutionis nobilitatem, sed potius ignobilitatem. Lapidi nanq; affinior ea natura est, qui etiam multò minore opus habet interpolatione. Corporea profectò concretio propter formam facta est. At nobiliori formæ neutiquam utilis ea materia, sed inepta. Nempe bruto propior elemento, terræ ipsi: atq; iccirco minus resolubilis. Ubi verò apposuit συνεχῶς, debilitavit argumentum suum. Quando id non est perfectionis indicium, perpetuo indigere alimento. Incorruptibilem naturam decet ea vis, quæ nullam requirat instaurationem. Ergo quàm longissimè abest ab ea, id, quod est, perpetuò desiderare supplementum. Sibi quoq; videtur adversari. Nam cui necessaria instauratio est, eget: propterea quòd absumitur. Ergo quod semper alitur, semper resolvitur: aut alioqui semper crescet. Hoc autem contingit nulli. Puto enim fabulosa, quæ de Crocodilo quibusdam persuasum est.

» Hinc ad Empedoclem redit. Dixit etiam Empedocles:
» Plantas generari, quia mundus diminutus. Non enim
» perfectum completúmve esse. Ubi ergo mundus com-
» plementum fuerit adeptus, non generatum iri ani-
» mal. Verùm hanc sententiam ineptam esse. Quippe
» Mundum & perfectum esse, & perpetuum, neq; un-
» quam cessasse ab animalium generatione: item plan-
» tarum, aliarumq; omnium specierum. Tota vis argu-

menti

menti versatur in hoc: Si fit, quod non erat, ergo de-
rat. Non ergo perfectus erat mundus. Est enim perfe-
tum, cui nihil addi potest. Galenus quoq; in historia
hilosophorum, recitat Empedoclis sententiam huic
aud absimilem: quæ censeret, generationem haberi
ro imperfectione. Itaq; plantas eas quæ folia non a-
nitterent, perfectas solas existimari debere. Cæterum
lli tam parum procedit, quod intendit, quàm verum
st, quod proponit. Verissimum est dupliciter illud.
rimum, Generationem esse imperfectionem: siqui-
lem est ἐν τῷ γίνεσθαι. Alterum: Instituta est à natura
eneratio propter imperfectionem: id est impulsa à de-
ectu ad supplementum, ne deficerent species. Verum
gitur est. At ex hoc vero non oritur illud, ut verum.
ccirco mundum esse imperfectum: nihil enim fit in
becie novi. Empedocles hunc ad modum constitutione
artium ducebat perfectionem. Cæterum aliter eve-
iit. Nam & à numero partium, & ab usu contingit.
erfectius Buxo triticum. Quod tamen numero, con-
retione, firmitate, vitæ tractu, minoris est. A foliis ve-
ò trahere perfectionem deterioris est judicii. Non quæ-
is planta propter frondes: sed ejus officiorum, atq; uti-
itatis, & fructus, & radix, & cortex, & lignum, &
uccus sibi partem vindicat. Nemo absolutius Adian-
um quàm Vitem unquam ratus est: nisi fortè in
Thracia, aut Anglia, ubi vinum non bibunt, si non
abent. Haud negarim, seipsa esse perfectiorem plan-
am, cum gerit folium, quàm si nullum habeat. At ea
erfectio nihil est, nisi δυνάμει ἐνεργουμένη. Non enim

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 170 sur 521

Latinè posim, sed barbarè sic: potentia actuata. Hic ergo τὸ τί ἦν εἶναι haud mutatur. At id solũ perfectio est: & est indivisile: quodq; neq; intentionem admittat, neq; remissionem. Nullo unquam accidente desinit Idea esse id, quod est. Materialis autem perfectio hujus heræ serva est. Sic Aristoteles ait, Mundum esse completum, eiq; deesse nihil. Alioqui primum efficiens esset in opere perpetuo imperfecto, quod nesciverit, aut nequiverit absolvere: quod est & ridiculum, & impium. Esset enim istis Lucretianis imperfectus ipse. Neq; posset efficere opus sibi dissimile, quod semper intra pensum esset. Habeo tamen aliquid tam perplexum, ac tam acutum, ut curiosa opulentia possit vobis parere fastidium. Verùm aliò nos vocat res. Quam tu, inquit Minutius, rem narras, quæ plus quàm res sit? Nam hæc esto vera res, quam & profiteris, & abduci ais te, „ quominus profitearis. Sed dic sodes. Mira, inquit ille. „ Nam cum Empedocles agnoscat in mundo generatio- „ nem, ut interea servetur perpetuitas: si enim perfectus „ existeret, nihil in eo fieret novi: hoc autem est genera- „ tio: ex me dicam hoc, Ejuscemodi imperfectionem im- „ perfectam esse. Intelligamus perpetuitatem aliud ab æternitate. Aeternitas finem tollit: perpetuitas interruptionẽ. Igitur illa curat extrema: hæc designat mediũ. Augurum vox: ubi volatus non intermitteretur à certa linea designata ad certam usq;. Qui loquuntur aliter, eos neq; pro Latinis habeam, neq; recensebo in numero philosophorum. Hæc ergo perpetuitas est, quia Mundus imperfectus. At perpetuitas est perfectio constanti

tans ratione unitatis, quippe continuitas: & continuum unum. Generatio verò est imperfectio: constat enim ratione motus. Motus tametsi est perfectio mobilis, nō tamen simpliciter, sed duntaxat ut mobile est. Quare motus perficitur per quietem. Non enim quies privatio motus est, nisi sicut motus est privatio quietis, prout alterum alteri succedet. Non igitur quies est privatio motus, sed perfectio. Eadem nanq; vis naturalis, quæ movet ad locum suum, continet in loco suo. Est, inquam, motus δύναμις, quies ἐνέργεια: unū opus numero (quod maximè monstrosum videbitur monstris, hoc est ἀφιλοσόφοις) & à motrice forma una numero. Tantum abest, ut hæc illius sit privatio. Itaq; finis generationis, quies. Eum adepta Natura finem, haud amplius generat. Omnia verò ante finem, imperfectio: propter aliud enim sunt. Ergo mundus erit perfectus Empedocli propter imperfectionem: est nanque perpetuus per generationem. Perpetuitas autem, sicuti dicebamus, perfectio: generatio autem, imperfectio. Cum igitur cessabit generatio, cessabit item perfectio illa perpetuitatis. Altera verò perfectio complementi succedet. At hæc erit imperfectio. Siquidē cessante generatione destruetur. Mundum sanè haud semel gignit ac destruit Empedocles. Quid hæc ad vos? Ego verò, inquit Minutius, vix apprehendere quivi dilabentia: nedum ut contradicam. Mirer tamen potius, quàm laudem: adeò perplexa sunt. Et putem, paucos amasios habitura. Curiosa vocant hæc, atque alia sancta, quæcunq; videntur abducere animos nostros à beatitu-

beatitudine. Quanquam equidem reor intereſſe candoris Chriſtiani, ſummum opificem, etiam in culicis aculeo contemplari. Et ſophiſta vafer, horridus, atq; etiam horribilis hiſpido ſupercilio, fallaciis invictis, capit animum meum, atq; ducit ad optimi maximi Dei cognitionem: ſi illius ego ſpiritum acrem, verſatilem, igneum, non niſi ſub primi numinis potentia intelligam operari. Depravatæ mentis utrunq; eſt, aut in pejorem partem rapere, quæ ſimplici affectu vel fiunt, vel dicuntur: aut effugere munus oblatum cælitus ſapiendi. Hæc tamen aſpera, quantum mihi licuit comprehendere, lenitate condita memini apud Timæum Platonis. Mundum ille ibi non ſolùm perfectum, ſed etiam perfectiſſimum vocat: & quod plus eſt, αὐταρχῆ. Hoc enim excedit terminos rei finitæ. Nullum finitum ſibi ſufficit, quod à ſe non eſt: quare Deũ quoq; non eſt veritus appellare. Eſt igitur operæ, cœleſtis illius oraculi ſonum audire: ὁ θεὸς ἐπισάμενος ἅμα καὶ σωματὸς τὸν αὐταρκῆ, καὶ τελεώτατον θεὸν ἐφύνα. Nos omnes divinum viri animum, excellentem memoriam admirati conticeſcebamus. Sed majorem Bajulius effecit admirationem, inexpectata quadam atq; inaudita explicatione. Quid, inquit, ſi ita cenſeam? Quæ rectè ille ſenſerit, ſuaviter expreſſerit, parum pro rei dignitate intellexiſſe? Tum obſtupefactis nobis, ſic ſequutus eſt: Quot legiſtis impuros divino correptos afflatu, multa memoraſſe præterita, aperuiſſe præſentia, prædixiſſe futura? Quæ nobis excidiſſent, quæ tegerentur, quæ nondum extarent. Quot veterum philoſopho-

oſophorum à Sibyllis atq; Prophetis prodita, pro mi-
rificis adduxiſſe? Ipſos ſemiplenè intellexiſſe? Aegyptios
go Vates, ut ſeipſi vocabant, appello Prophetas nunc,
non noſtros. Quos inter & Bitin nominant Platonici,
& nos recipimus Trimegiſtum. A quibus Plato cum
ublegeret ea, quæ à vulgi more eſſent maximè abdu-
ta, literas quidem expingebat: ſenſum exteriorem
auriebat, interiorem, in quem ſeſe nunquam abdi-
liſſet, nobis relinquebat. Quis enim mentis compos
nundū, quod & tu Minuti monebas, dicat αὐταρκῆ?
Quis τελεώτατον? Quæ eum movit cauſa, ut ſuperla-
ivo uteretur: cùm tamen nihil videas, quod aut cor-
uptibile per ſe non ſit, aut non habeat in ſe principia
orruptionis. Quin eodem in libro Deos ipſos affirmat
uapte natura corruptibiles eſſe, conditoris autem be-
ignitate ſempiternos. Vel ipſi cœlo cujusmodi attri-
uamus perfectionem? quippe qui ſemper movetur, ut
erficiatur. Perficitur autem Dei multiplici ſanè imi-
atione. Movetur, ut agat omnia, quæ agi apta ſunt.
ta Deus opifex omnium. Non mutat locum cœlum
ta, ut ab eo exeat: Sic Deus non movetur, neq; ex ſe
xire poteſt. In ſeipſum recurrit cœlum: Eodem modo
otus in ſeipſo Deus. Cœli ſuperficies extima nullo cor-
ore terminatur, atq; ita rationem habet infiniti. Si-
iliter nec Deus ulla re. Imo verò, ut effodiamus cor-
is iſtis oculos, neq; ulla re, neq; nulla re. Nam ens fini-
um per imaginationem terminatur à non ente. Ve-
um enim eſt dicere, extra illud ens finitum non eſſe
liquid ipſius entis: ut extra cœlum primum. Termi-

natur

natur enim per intellectus noſtri vim, à non corpore. At Deus neq; ab ente, neq; à non ente ullo modo præſcribitur. Quia noſtra eſt finita comprehenſio. Eſt igitur intra ipſum, qui eſt infinitus. Si ſemper intra, nunquam quicquam quod ſit extra illum, capere poterit. Ergo verè Deus infinitus: Mundus non verè, non ſimpliciter, non à ſe, ſed quadam quaſi (ut alia in re utitur Plato) adulatione. Non eſt ergo perfectus, tantum abeſt ut ſit perfectiſſimus. Non eſt item αὐταρκής. Pendet ille ab omnium rerum principio primo: propter quem, à quo, in quo, unum ſunt omnia: & cujus unius egent, ut ſint unum. Cum igitur non ſit ἀφ' ἑαυτοῦ, neq; ἐν ἑαυτῷ, neq; καθ' ἑαυτὸν, non erit αὐταρκὲς, ſed ἀπ' ἄλλου ἀφ' οὗ τὸ Præterea quare dixit ἐγέννα, non autem ἐποίει? Nam creavit Deus mundum, non genuit. Quod enim gignitur, ejuſdem vel ſpeciei, vel generis, vel eſſentiæ eſt. Deus ergo gignit, quod ex ſe: creat autem, quod è nihilo. Hic cum ſubſtitiſſet, atq; eum attentius obſervaremus: Siles tu, inquit Minutius, poſtquam Platonem evertiſti nobis. Sed, oro, medere animo meo jam: ægrè enim mihi eſt. Quin, inquit ille, intelligis, veriſimè à Platone ſcripta hæc: ſi unde acceperis, reſpicias. De Domino Jeſu vates illi primi cùm ſcripſiſſent hæc, neq; ipſe perſonas in unitate valeret comprehendere: ea tranſtulit ad ſenſu perceptam rem, mundum ipſum ſcilicet. Eſt enim filius Dei à Deo genitus. Intelligens enim ſeipſum Deus, generat ex ſe ſibi æqualem filium: propterea quòd intellectio eſt æqualis intelligenti. Ergo etiam res intellecta.

Præterea

ræterea eum unum eundemq; sibi Deum Deus: quia
enerans est, immaterialis, & infinitus: indivisibilis
itur: unum igitur. Non enim ex se potest exire, si-
ti dicebamus. Ideò dixit ἐπισάμενον. Hinc filius
ESUS sapientia Dei est. Hinc inter intelligentem,
& rem intellectam, cum nullum sit intervallum: &
li sunt æquales inter se: una voluntas, unus spiritus
rocedit ab utroq; qui utriusq; est, & cum illis unum.
Qui in me nunc, hæc vobis ut aperiam, efferveſcit.
Hic est ille Deus perfectissimus, quia genitus à perfe-
tissimo, & una cum illo perfectio, prima, media, ul-
ima. Per se sufficiens, quia unum cum eo, qui suffi-
it omnia: in se manens, quia pater in se manet. Unus
Deus, unus Dominus, per omnia, super omnia, in o-
mnibus, ante omnia, post omnia, excelsus, gloriosus,
mmensus, incomparabilis, incomprehensibilis. Hic
ùm feciſſet finem, exclamavimus. Tum ille: Quid
oc? Jam hic equidem sum: ne me putetis vos supra cœ-
os volitantem, nisi clamantes exaudire posse. Aristote-
es autem, in secundo de generatione, perfectum dixit
us verbis, quæ & alibi recitata sunt: συνεπλήρωσε τὸν
λον ὁ θεὸς ἐκ δεκτὴν ποιήσας τὴν ἡμέραν. Etiam in
rimo de cœlo multa præclara digerit ad hanc eandem
ententiam. Quanquam verò generationis causam di-
it primum cœli motum, & motū statuit generatione
riorem: tamen, ut videtis, ad Deum omnia, non so-
ùm ut motorem, sed etiam tanquam effectorē refert.
Dicit enim, συνεπλήρωσεν, & ποιήσας. Interpres au-
em pessimus vocibus usus est: ἐν κόσμῳ ἐλαττωμένῳ.

Diminu-

Diminutum est, quod prius fuit majus, ademptione partis, aut partium. At Empedocles contrà à minimis initiis semper ait incrementum capere. Voluit, opinor, dicere, ἐνδεῆ. Empedocles verò id errat, quod per generationem subeuntium individuorum putat mundum perfici posse. Per eorundem igitur corruptionem necessariò dicet eundem diminui. Si speciem produci novam arbitratur: probandi provinciam capessat frustrà. Sin novam retur nullam, perfectum agnoscat. Illud etiam adversatur ei. Si quominus compleatur, individuorum vicissitudine impeditur, nunquam perficietur. Nunquam ergo destruetur. Intelligit τελείῳ κατὰ τὸν συμπλήρωσιν ἀυτῆς, in fine, forma, efficiente. Secundum verò materiam non videbatur imperfectus illi. At falsus erat sibi. Quandoquidem materia nulla nova fit. Sed hoc, ut sub hoc tali. Non enim est alia materia, sed aliud per aliud, id est per formam, & alio modo. Dixit: τῶν τῆς συμπληρωμένης. Videndum, quomodo sit completum complementum. Dixit, ὃ γυναῖκα ζῶον, pro eo quod est, γυναῖκείαν. Et posuit, animal: ut per id acciperemus quamlibet generationem. Activo verbi flexu sic utebatur suprà: οὐκ ἔχουσι γένεσιν, neq; activam scilicet, neq; passivam. ὁλοτελὴς autem vox est ex duabus vocibus mirificis. Utraq; verò statuit perfectionem, & τὸ ὅλον, & τὸ τέλος. διηνεκὴς autem accipitur in motu generationis. Hinc illum ad cætera transire volentem sic Minutius appellavit: Bajuli, cum dicebat Empedoclis ineptam sententiam, quánam voce usus est? Qua? inquit ille. Quam ineptiverò

verò quidam putabant satis ad explendum nostram: ἀναφίμοσος scilicet. At ego assentior huic Cæsari, pro M. Tullio id atq; alia subtilissimè disputanti. Multas Græcas nostram unam æmulari: ejus ambitum à nulla capi. Pecora verò sunt, non homines, qui verba omnia, omnium linguarum verbis exprimi posse putant. Nihil audacius inscitia & inexperientia. Redeo nunc unde discesseram. Explicatis quæstionibus, atq; ut potuit, solutis, cõcludit caput hoc à materia constitutionis. Nam hactenus à forma processit: cum dicebat, ζωή. Hic verò calidum & humidum naturale ponit: cujus consumptione plantas ægrotare, senescere, tabescere, arescere. Id quod aliqui vocant consumptionem, alii non. Expressit autem consumptiones duas: naturalem per γηράσκουσι, fortuitam per ἀδενοῦσι. Tum verò utriusq; finem per ξηραίνονται. Præter hæc, διάθεσιν ad finem per φθίνουσι. Quinetiam nomen apposuit, quo definitio de principiorum libris eliciatur, cùm dixit φθορέν. Est enim corruptio viventis vitæ ablatio: Plantæ verò vita in calido & humido. Exiccatis igitur humidum desit. Item abit calidum, humido, quo alitur, abeunte. Intelligit humidum naturale. Propterea quod in planta mortua inest etiamnum humidum aliud, quo corpus est naturale: cui subit aliud, quod putrescit. Melius ergo dixisset, humidum animale. Qui verò noluerint appellare φθορέν, ii sunt, qui corrumpi negarent formas: atq; alia in corpora demigrare contenderent. Aliud item genus hominum negabat, arborem corrumpi. Quippe Nautæ, & Carpen-

tarii, quibus persuaderent sensus, pristinæ materiæ constare usum. Corrumpi nanq; rebantur id, quod in nihilum redigeretur. Sic in Parmenide τὸ ὂν unum: ergo incorruptibile. Si corrumperetur, in aliud abiret: non igitur esset unum. Hanc autem sententiam & in primo Physicorum, & in primo de generatione, videmus explosam. Quippe est & unum, & non unum. Hæc cum dixisset, conticuit. Me verò atq; Minutium cum silentes videret Ferrerius: video te, inquit, ex meo codice ad finem capitis pervenisse. Neq; verò tam fessum, quàm lætum, cum es hoc odio liberatus. Sanè maxima sunt abs te confecta prælia. Mihi verò hactenus hæc observanti non pessimum sese aperit argumentũ, quo librum hunc ab Aristotelis officina submoveamus. Ille nanq; à notioribus cum præcipit incipiendum, tum suis ipse legibus obsequens est. Omnibus igitur in commentationibus auspicatur à materia. Sic in libris de principiis, in prima philosophia, in historiis, sui similis semper adeò, ut etiam eandem rationem in ordine librorum religiosè servarit. Libros nanq; de anima libris de partibus postposuit. Quare si hic ita instituisset, ut radicem, medullam, corticem narraret primùm: deinde temperationem adjungeret humoris, & caloris, quorum defectu deficiant illa: jam tum ex iis vitæ, quam plantæ vivunt, rationem commodissimè deduxisset. Animæ potestatibus limites præscripsisset. Tum propositis quæstionibus de rerum summa cognovisset. Atq; ibi plantæ substantia constituta ad earum differentias descendisset. Cum finem fecisset ille: satis, inquit

inquit Minutius, operæ consumptum est hodierna die. Potes in crastinum ampliare judicium. Imò verò inquit, haud parum etiam superat diei: quod, ut ait Horatius, frangendum censeo tam luculenta disputatione. Tum si non sufficit, noctem etiam ei assuendam. Noctes enim hoc tempore vel sterili anno longiores sunt. Post hæc cum sese collegisset, ita cœpit rursum: Explorata plantarum substantia jam species erant ipsæ dividendæ: sive à loco, sive à partibus: id quod iste quoq; facit. Verùm dabitis illi veniam, qui tam negligenter ordinis rationem habuisse videatur. Jam primum divisionem facturus ab incrementis initium sumpsit. At non sic Aristoteles. Qui post omnes animalium partes exteriores, & interiores, numerat lac, genituram, & ejusmodi. Iste verò sic: Plantæ quædam « certum habent humorem, ut resinam, gummi, myr- « rham, suffimentum, gummi Arabicum. Quæ verba « jam intelligitis manifestò non tam narrare excrementa, quàm excrementa esse ipsa. Vel cum adeò supinè gummi discrevit ab Arabico gummi, quòd ex Aegyptia spina cæterorum more stillet. Quamobrem Arabicum ut rectè vocent, haud satis scio. Græci cùm alia genera non sine adjectione nominarint: hoc unum κόμμι dicunt ἁπλῶς, ac nomine tanquam suo. Quemadmodum & Plinius, & Scribonius, & Celsus. Ergo si species est, quam ob causam distulit à suo genere? Quin Arabicæ arboris lacryma Myrrha quoq; est. Quæ igitur erit densa, gummi fuerit Arabicum. Hæc cùm suffimentis addatur, eandem culpam commisisse

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 180 sur 521

dicatis, qui generis vocabulum in ſpeciei anguſtiis coarctaverim. Quid facerem? Σύμμα hîc poſitum eſt. Hoc à quibuſdam pro genere capitur, ab aliis pro Styrace tantùm. Sic vulgus quoq; thus, ſpeciem ipſam, incenſum: cùm tamen æquè cætera eundem uſum præſtent. Nunc Narcaphthum Thymiama vocant: quod corticis naturam præ ſe fert, non lacrymæ. Itali corruptiuſculo ſono, Tegniame. Apothecæ quædam analogiam ſequutæ, Styracem rubram. Analogiam uſus intelligo: propterea quòd veræ Styracis vires gerat. Habemus in titulis Hymnorum, qui attribuuntur Orpheo, Σύμμα pro ſuffitus certa ſpecie. Ea compoſitáne ſit, an ſimplex, nondum exploratum habeo. Hanc Ariſtoteles partem ſapientius expreſſiſſet: Plantarum partes alias ad totius conſtitutionem, alias ſupervacaneas. Quæ totum conſtituunt, alias ſimplices, alias compoſitas. Harum autem omnium qualitates genericas eſſe: ut liquiditatem, duritiam, colorem, ſaporem. Quia liquidum, durum, coloratum, ſapidum, affectiones ſunt corporis naturalis: quanquam non quælibet cujuslibet. Ut non ſint ſummi generis omnes, ut corpus eſt, ſed generum. Non ergo plantarum, qua plantæ ſunt. Ideo cenſentur communes in plantarum genere, neq; habentur pro differentiis ſubſtantialibus, ut quidam ſatis leviter exiſtimarunt. Igitur excrementa quædam dura, ut fungi, & agnaſcentia tubera. Quædam mollia, ut lacrymæ. Harum aliæ manent liquidæ, ut vitis lacryma ex vulnere: aliæ ſolideſcunt, ut gummi. Dicam ergo. Si naturales partes aliæ ſolidæ, aliæ

alia non: seipsam imitari naturam in excrementis, ut hæc quoq; sint ad eundem modum. Quin liquidarum quoq; partium ratio non dissimilis. Quippe succi quidam semper manent liquidi, ut oleum: nonnulli concrescunt, ut succus Eupatorii, Radicis dulcis, Prunorum agrestium, Papaveris, Scammonii. Vinum quoq; apud Arcadas, prodidit in libro de mistorum affectibus Aristoteles, in utres inditum adeò siccari, ut rasum bibant. Præter superiores qualitates, pingue, dicas, & aridum, glutinosum, translucidum, boni malive odoris, lacteum, oleosum, vinosum, aquosum: ut de lacrymis pleniorem sententiam assequamur. Ex his colligimus, succum esse plantæ partem, sicut & animalis sanguinem in primo historiarum. Quod ut ignorabant, ita negabant quidam medici, magni quidem inter Clinicos nominis, sed parum apud Galenum, multò minus in Lyceo exercitati. Hinc transit ad veras partes. Quædam, inquit, arbores habent fila, & venas, & ventrem, & stipites, & corticem, & medullam intus. Ab his profectò commodius fuisset auspicatus. Tum autem videmus partes hîc confundi. Quis enim Philosophus dixerit, unius esse generis cum filo ventrem? Sic enim coactus ἶνας appello. Neq; verò malè, villos quis dixerit. Nam fibræ non possunt esse, quando iecoris fissuræ sunt, & radiculæ exiliores. Iste verò σεσμὸν dat nobis, simul & acuit ad consulendum Ferrerium. Non enim parum est negotii dissentire à judicio Theodori, qui vertit ubiq; Fibras. Cui Ferrerius, liberat te collega meus hic ista religione. Quippe nec tibi

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 182 sur 521

favet, nec sequitur illum. Vertit enim tuum δεσμόν, nodum. Antiquos Græca usos voce mutata liquida in suam congenerem, autor Festus: qui exilem παρὰ τὰς ἶνας. Ab eorum officio, quibus musculi contexuntur, & nervi, dicta fuit ἶς: Cui nos addidimus Aeolicum digamma: ut, vis, fieret. Est & alius locus, in quo non tua fides, sed autoris diligentia requiritur. Nam hic meus, lignum dixit, quod tu, stipites. At hîc non recenset partes condissimiles, radicem, stipitem, brachium, furculum, alas, folia, scapum, sive stipitem: hoc aut faciet postea, suo jure: aut fieri debere ajo, meo judicio. Num ergo dixit, σέλεχον, an quid? φιτροὺς, inquit Bajulius. At φιτροὶ aliud etiam habent, quàm lignum. Rara vox, & à Theophrasto prætcrita, quam ab Homero poterat mutuari ἐν Θ, μ, τῆς Ιλιάδος. Ubi interpres κορμόν. Ac Cormes Hispani Sorbas. κορμὸς stipitem significat, aut virgultum: sicut & apud Athenæum in quinto. Addit deinde: quasdam maxima sui parte corticem esse. Scilicet hoc quod sunt, totum cortex est. Hujus exemplum rei non ponit. An alluserit ad Arundinem? Quippe ejus vacuum latè patet. Propius tamen si spectes, tum eam, tum ferulam, cæteraq; omnia ferulacea, sive fœniculacea, tenuissimo amiciri cortice invenias. Divisio quoq; illa fuit primo loco statuenda. Partes quædam constantes, quædam vicissitudinariæ. Detis hanc vocem philosopho, qua ad rei ostensionem Latinitas augeatur, tametsi non extat apud Ciceronianos. Sed quid prohibet? Quando est valetudinarius. Sanè quædam sunt necessariæ, alia

lia non ita. Quærenti, quæ necessariæ? haud quaquam sese offerent folia. Occidunt enim superstite parente. Non rami: quippe sine matris excidio exciduntur. Non cortex: scilicet suo strangulatur suber: ademto, latior adolescit. Non cacumen: Robora crassescunt decacuminata. Non medulla: ea nanq; de sarmentis exempta, Græci profitentur, acinos sine gigartis produci. Non radix: quoniam sempervivum radice nulla vivit, & semen fert, & sibiipsum radix est. Ex quibus liquet satis, harum nullam esse plantæ necessariam, quatenus planta est. Sola caro videtur esse ejusmodi. Non enim in arundine, sicuti dicebamus, solus cortex. Nam quibus deesse videtur caro, in iis illa est confusa cum medulla: veluti de Ebeno prodidere. Quin alii carnem id totum solam putant: medullam habere negant. Non constantes partes duplices sunt. Nanq; aut suapte natura mutantur, ut frondes: aut vi deficiunt, ut rami. At iste perinde atq; facto impetu aggreditur illico fructus situm. Quem tamen prius sic decebat, aliàs fructum ferre, aliàs non. Prius enim est τὸ τί, quàm τὸ πῶς. Earum, quæ ferunt, alias multum, alias parum, quasdam quotannis semel: atq; ita perficere aliquas, nonnullas verò non. Esse etiam biferas, etiam triferas: in quibus ratio perficiendi, defectusq; spectatur. Esse, quæ tertio quoq; tantùm anno ferant. Item partim tempori, partim serò. Ad hæc, simul cum frondibus, aut ante frondes, aut pòst. Flores quibusdam sine fructu, quibusdam sine flore fructus. Maximam partem fructus è floribus

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 184 sur 521

edere. Sunt, quibus haud unius generis fructus, ut quercus. Hæc à substantia, numero, tempore: tum à situ. Fructum aliis ad ramos, aliis è stipite, aliis in brachiis, supra frondes, in frondibus, subtus frondes, ab radice. Surrecti, penduli, affixi, sessiles, hærentes, cum peciolo, sine peciolo, singulares, numerosi, frequentes, sparsi, conferti, dissiti, stipati, rari, atq; ejusmodi. At hic statim fructum, inquit, sub cortice quædam ferunt: id est, ut declarat, inter corticem, ac stipitem. Neq; posuit exemplum. Mihi nondum venit in mentem, cujus arboris cortex scindendus sit, ut fructus eximatur: tanquam è Jovis femore si quis eductum velit Bacchũ. Barbarus interpres rem fecit etiam obscuriorem: ἐντὸς, inquit, ϑ φλοιῦ, καὶ ϑ φιτροῦ. Nam si est ἐντὸς ϑ φιτροῦ, etiam findatur stipes, quando fructus intra illum sit. Cujusmodi Græci mentiuntur è Myrrhæ visceribus Adonim Cæsarem prodiisse: si Grammaticorum etymon verum est. At alibi μέσον dicit: ut non meminerit, cujus esset usus, τὸ μεταξύ. Transit hîc ad ea, „ quæ primo quoq; loco dicenda erant. Quædam, in- „ quit, partes sunt simplices, ut earum succus, & fila, & „ venæ: aliæ ex iis compositæ, ut rami, surculi, folia. Aristoteles animalium historiam ab his instituit incipere, quas ὁμοιομερῆ, καὶ ἀνομοιομερῆ vocat: Theodorus, atq; eum secuti, similares & dissimilares, minus benè. Nam si per ταυτότητα εἰδικὴν dictæ sunt similes inter se partes carnis: ea accidentia, quæ in ipsa illa substantia insunt, dicentur similaria: puta, rubor, densitas, mollitia. Ita duritia in osse capitis erit dissimilaris, si mollitiei

nollitiei cutis comparetur: quia cutis oßi dißimilis eßt. Quomodo potuit attribuere Gaza prædicationem denominativi primitivo ejus? Pilum militis militare eßt. Quis militem dixerit militarem? Militarem quidem virum, pro eo quod eßt militari virtute præditum: & Consularem virum, consulari dignitate perfunctum: nam dum Consul eßt, Consul dicetur, non consularis. Sic caro erit similis, non similaris: sed affectus qui in carne eßt. Auris & naßus dißimiles, non dißimilares. Et verbum de verbo expreßum eßt. Nam quid aliud eßt ὅμοιον, quàm simile? sed mihi videtur vir optimus atq; doctißimus Theodorus, adjungere voluißse relationis aptitudinem. At ea vis in primaria voce eßt. Similis enim eßt alicujus similis. Quòd si hîc quoq; animum curioßum explere volueris, ut sit mutuus reßponßus relationis, dicemus, conßimiles, & condißimiles. Eam miratus ἀκειβολογίαν, age, age Bajuli, Minutius inquit, jam te video rabiem caniculis. Proinde ab iis tibi cavendum cenßeo. Tametßi, inquit ille, mordebunt, tamen haud transferent affectum illum livoris rabioßi. Et Cancri fluviatiles ubi sint, ßcio. Non ißti oblongi Cammari caudati, qui sunt Squillis affines, atq; congeneres, sed orbiculares, quibus, ut marinis, cauda pro operculo alvi ßubtus eßt. Ne putemus cum agrotis benè actum eße, qui in medicorum quorundam manus incidere. Proßequamur partes. Cortex an sit inter conßimiles partes recenßendus, valde ambigo. Ex nervo nanq;, vena, & ßua ßibi carne compoßitum, videor animadvertiße. Tum autem vulgo qui jactatur

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 186 sur 521

error etiam à viris doctis, amovendus est. Vocant enim partes condissimiles, officiales. Ita nanq; partiuntur: aliæ simplices, aliæ ex iis compositæ, quæ sunt officiales. Simplices, ut caro, nervus, os, vena. Mihi tamen aliter videtur: Arteriam, venam, alia, quæcunq; agunt aliquid, officialis merita esse appellationem. Et haud multas partes esse, quæ plus efficiant officiorum, quàm nervus. Alveus est, & portitor spirituum: sensibus eos ministrat, & est instrumentum motus. λύγον intelligit interpres ubiq; minorem ramum: majorem verò κλάδον. At si quis dispiciat accuratius: majores rami, quæ brachia dicimus, agrius vel flectuntur, vel franguntur, quàm ut κλάδοι meritò queant dici. Notum est, quid κλᾶν sit, ἀνάκλασις, & διάκλασις apud opticos. Brachia verò nominantur ab animaliũ proportione: sicuti cor, matrix, medulla, pediculus. Prisci commune fecere nomen summis, imis, mediis. Sed imos, si quis inveniatur, qui vocarit ἀκρέμονας, animadvertatur ab eo licentia hæc: non ἐν ἄκρῳ μόνοις ὄζους & nodos, & valentiores ramos agnoscit Theophrastus. Hic usus & λύγου paulò est νεωτεικώτερος. nomen fruticis est, quem vulgus Agnum castum. Amerinam interpretantur Latinè. Ab eo nostrum ligare, à specie scilicet: quemadmodum viere, à generis nomine, vimine scilicet. Leviter Varro putabat, à legendo ligare. In XV. Athenæus περὶ λύγου. πρὸς δεσμοὺς καὶ πλέγματα ὀπιτήδειος. Eum etiam in coronarũ usum venisse ait, ex Anacreonte. Cujus rei fabulam scire nihil interest nostra. Pro vinculis est apud Homerum in hymno

ymno Bacchi. Succenſerem ipſi, qui & hîc, & mox, & ſuprà, & in ſequenti libro δένδεον pro eo poſuit, quod eſt φυτόν. Verùm maximus vir Plato ſic quoq; in Timæo. Tum ad Ferrerium: habes quid λύγος agat novi tua iſta in officina? Virgas, inquit ille, appellavit haud, opinor, ineptè. Sed nunc demum venit in mentem, cur & hîc, & ſuprà δεσμὰ nodos dicat. Non enim nodos ὄζους intelligit arborum, de quorum duritia ſcribit Theophraſtus: ſed eam vinculi complicatam arctationem, qua faſces cohibentur. Quod quantum ad rem faciat, vos videritis. δεσμὰ dixit villos Græculus: quia certo ligna ſunt fiſſilia, qua craſſiora procurrunt filamenta: inter quæ, & à quibus tamen exiliora prodeunt mutuis nexibus, atq; appendicibus complicata. Eæ partes in Carpino incertiores atq; obſcuriores animadverſæ ſunt à diligentioribus. Hæc habebam. Et Bajulius. Aſcribit deinde partes tum has, tum alias ſpeciebus, his verbis: Non omnes, inquit, hæ partes omnibus in plantis inveniuntur. Rectè: ſed aliquam poſitam oportuit in exemplis. Sunt mihi libri ſecretioris philoſophiæ, in quibus ita ſcriptum eſt: Inter corticem, & librum Cedri, lanitium quoddam interoriri, quod Chaldæi & Syri vocarint Sach. Hoc ei arbori cum ſit peculiare, verum erit, & quod ait: non omnes omnibus partes eſſe, & ipſum non omnes enumeraſſe. Auget deinde ſententiam, cum dicit: Sed aliæ plantæ cùm has, tum alias habent partes. Scilicet has, quas ſuprà dixit. Ego verò ſic explicatis partibus, adderem: non omnes omnibus

natura

naturâ eveniſſe. Hic autem perpaucis enumeratis, negat eas communes omnibus eſſe plantis. Ergo quas non recenſet, relinquit mihi homini ſuſpicaci dubitandum, ſint eæ communes, nécne. Addit inde ſaltuatim, præter eas item alias inveniri, ἄνθη, ἢ βλαστὸς, καὶ φλοιὸν περικλῶντα τὸν καρπὸν. Flores ponit, fructum ſubticet: fructus enumerat corticem, interioris libri non meminit: geniculorum oblitus eſt, quorum init rationem Theophraſtus inter frugum differentias, tametſi in aliis quoq; ſunt: ut in Arundine, Flameola, Proſerpinaca. Neq; ſupinè tranſeundum id, cùm florem facit plantæ partem: quod negat Theophraſtus. βλαστοὺς accipit ſtolones. Melius ὑποβλαστήματα, ὑποφυάδας, παραφυάδας, quæ tamen neutiquam plantarum partes ſunt, ſed fœtus: ſicuti radices, quæ Serpentariæ radicibus agnaſcuntur. φλοιὸν pro putamine poſuit: Ariſtoteles κέλυφον. Velim ſcire, quid tuus Cratevas Augeri, fecerit βλαστούς. Germina, inquit ille, magno ſanè ambitu ſignificationis. Nam & folia exeunt in ea ſignificatione: & rami, tam grandes, quàm minores, βλαστάνουσιν æquè omnes. Itaq; ſi βλαστοὶ ſint pulli illi, quos ſtolones appellabas, non ſunt plantæ partes. Si ſint germina, non ſint aliæ partes, quàm quæ ſuprà commemorabantur. Ita videtur, inquit Bajulius. Comparat hinc animalium partibus plantarum partes, rectè admodum. Verùm ubi diducit in ſpecies orationem: an ſit librarii culpa, videndum
» eſt. Sic enim ſcriptum eſt: ὁ δὲ φλοιὸς ὅμοιός ἐστι τὸ σώ-
» ματι ζώου. Lego equidem, δέρματι. Animalis nanq;

cuti

cuti ſimilis cortex eſt. Et ita puto tuus habet, Ferreri, codex. Ille annuit: hic ſubdidit: Cum diviſit in ὁμοιομερῆ, & ἀνομοιομερῆ, tamen haud pudet repetitionis. Quaſdã, inquit, dividimus per partes ἀνομοίων, quaſdam δι' ὁμοίων. Ergo carnem connumerat inter conſimilia. Pulmonem verò quoniam hac accipit ratione, non immeritò nos excitavit ad propius inſpiciendum. Diverſo nanq; modo intelligo, cùm dico: quælibet pars oſſis os eſt: & cum dico: quælibet pars tibiæ tibia eſt. Semper de oſſe loquor ſolo, quod eſt cruris inferioris. Sic quælibet pulmonis pars, caro pulmonia eſt: at non quælibet pulmonis pars, pulmo eſt. Agnoſco nanque Pulmonem, officii nomen, quod nequit expleri parte: quanquam ne id quidem fortaſſe verum eſt. Non enim omnis pulmonis pars caro eſt. Habet enim tuniculas, & fiſtulas. Eſt igitur ἀνομοιομερής. Ad reliqua. Nonnulli fructus, inquit, ſunt paucis ex partibus compoſiti: quidam ex multis: ut in Oleis. Habent enim hæ corticem, carnem, & teſtaceum quiddam, & ſemen, & fructum, & operimenta. Hîc non poſuit, qui fructus paucis conſtarent partibus. Tanto erat res dignior exemplo, quo magis erat controverſa, vel etiam fortaſſe falſa. Nullus enim paucioribus quàm tribus partibus compoſitus eſt: cute, carne, ſucco. Hujuſcemodi fortaſſe tuber eſt. Obſcuriora in ſeminibus puſillis, ut lactucæ. Videamus quot olivis aſſignarit: quot in aliis inveniantur. Quinq; hîc audio, corticem, carnem, teſtam, ſemen, fructum. At in juglande quot? Cutis, caro putaminis, teſta, cutis nuclei, nucleus. Sex hîc. In

malo

malo punico septem: Cutis, caro corii, caro parietum, membrana dissepiens, membranula involvens acinũ, caro acini succulenta, acini lignea medulla. In pepone, cutis, caro, viscera, corium seminis, membranula interior seminis, nucleus. Res igitur autoris hujus ut servetur, bacas aliquot adducamus in medium: velut Myrti, & Lauri: addetis etiam, si videtur, Corna. Verum hæc levia sunt, neq; ipsis infantibus ignota. Dicendi verò modum quoq; castigandum censeo. ὡς ἐπὶ τῶν ἐλαιῶν. Arborémne proponit, an fructũ? Oleámne, inquam, an Olivam? Si Oleam: quonam modo dicat: αὗται ἔχουσι σάρκα, καί τι ὀστρακῶδες. Horum arbor neutrum obtinet. Si Olivam: ergo quid habet τὸν καρπὸν, quod sit ἄσπερματον διαφέρον? ὀστρακῶδες verò in Oliva potius osseum est, quàm ostreaceum. Quin contusionem diutius patitur, quàm fracti partes dissiliant. Pinguis enim tenet naturæ nescio quid, quod à testarum valde abhorreat siccitate. Itaq; apud sapientes Chaldæorum, quædam ossa ejusmodi peculiari nomine designantur: ut Palmula, Sopheli. σπέρμα verò dicit hic perpusillum nucleolum, qui est ossi intimus: sicut etiam in Ziziphis. Nam in palmulis aliquando quæsitum oculis comprehendere nequivimus: adeò compactum corpus est. περικαλύμματα interpretor operimenta: non solùm singulorum singula, sed etiam unius plura. Pistacium sub corio continet osseum: atq; ob nucleum membranam. Castanea erinaceum, corium, cutem. Strobilis ossea ligna, spicatim concamerata: mox semina in testacea lorica exteriore, amicta

amicta propius membranula. Quod addit, an in omnibus sit, vereor ut probari queat. σπέρματά εἰσιν ἐκ δύο φλοιῶν. Difficile est è lactuca sumere testimonium. Quis enim duo illa in eo semine sine magno negotio deprehendet? Ne afferam longè alia minutiora. Omnino quædam tomentacea faciunt, ut ambigamus: qualia generibus Matricariarum. Id adeò, ut flosculaceum semen professus sit in quibusdam Theophrastus, non corpulentum. Tandem claudit opus hoc multis propositis operibus nobis, quæ sunt particulatim recensenda. Summa, inquit, præsentis orationis est, « has plantarum partes definire, operimenta, & differentias: id quod est admodum difficile, præsertim verò substantiam, & colorem. Item quandiu durent: « & quæ continuatis eventis accidant eis. Præterea « quemadmodum plantis non insint mores animæ: nec « æquè eo, quo anima afficitur, afficiantur. Si ergo pro « portione partes animæ cum plantæ partibus statuamus, neq; fortasse possimus hæc percensere, magnis dif- « ferentiis plantarum partes enumerando. Pars enim « cujusq; rei proprio ex genere est, propriaq; substan- « tia. Et cum plantæ species gignitur, manet in affe- « ctibus propriis: nisi ei à tempore imbecillitas affe- « ratur, aut gravitas, qua proprio de affectu cadat. « Auditis hæc, quæ, qualia, quanta, quot? Excusat imprimis sese, si quid omissum sit. Id quod etiam Theophrastus profitetur, ob variam, obscuram, & ut ait ille, πολύχουν, id est multiplici perplexitate differtam historiam. At huic quanquam eadem, haud tamen

tamen æquo jure competit excusatio. Quippe & aliquando apponit puerilia: & sæpe omittit seria. Quemadmodum iis quoq; in capitibus, quæ recenset hic: cum dicit, plantarum περικαλύμματα esse investiganda. Nam si de fructibus sentiebat, cur illa non docebat nos? Aliis esculentum intus esse, quibusdam foris. Nonnullos totos edendo esse, ut tubera. Omnes tegi, aut corio, aut cute, aut testa. Eaq; aut tota obtecta, aut semioperta: cujus haud unus modus. Aliter enim glans obducitur, aliter abellina. Tegumentum duplex: carneum amygdalo, coriaceum pistacio. Corium spinis armatur castaneæ: asperatur pustulata scabritia glandi. Quibusdam & nucleus esculentus, & exterior pulpa, velut Armeniacis: aliquibus altrinsecus tantùm: foris, ut persico: intus, ut juglandi. Esculentum intelligo ad cibum suave, & ἀλύπως, non medicatum: quale persicis. Quod non ad voluptatem aut alimentum comparatur, sed ad lithiasim, & ebrietatem. Mirum enim quantum utriq; confert. In coriis proximus modus. Nam Myristicæ nucis, tam exterius palliolum, quàm interior callus esui est. Hæc hunc ad modum si docere instituisset, ferremus eum, si quid esset omissum: tanquam hominem humani, discipuli docentem: deniq; non secus atq; nos vellemus excusatos esse. Quin ipse sese si non excusasset, non solùm excusatum haberemus nos, verumetiam laudaremus. Quantum enim sapientia & eruditione cedere volumus ingeniis felicioribus, tantum pudore certare, animi candore, atq; modestia superare, certum est. Arbitror enim literariorum

riorum certaminum conatus ejusmodi esse, Deo nos similes ut facere possint. Est verò quædam species in animo generoso nobilitatis, quæ nos etiam Deos efficiat. Tum ego ad Minutium: Bone Deus, qualem tu sumpsisti, vel Fatum adjunxit tibi contubernalem, sociumq; tuarum contemplationum. Divinus enim vir Bajulius est: quiq; cum paucis veram sapientiam cum illustri conjunxit eruditione. Nunquam, inquit Minutius, hoc mihi vel obscurum, vel ambiguum fuit. Nunc verò quod semper te arbitrari existimavi, cùm palàm profiteris, etiam puto esse debere confessum apud omnes ordines omnium nationum. Haud enim vilis ulla res est, quam tu cunq; semel admiratus fueris. Sed ut ad rem ipsam revertamur, libenter quærerem, quam ob causam tu Bajuli, Myristicæ nucis corium suo nomine vocare nolueris. Quia, inquit ille, metui mihi à Criticis. Negant enim esse Macim. Nunc extra illam disputationem cùm simus, dicam quod sentio, nisi non vultis. Nam me quidem valde piget convasare diversas materias controversiarum. Jam ergo hîc separatim licebit, si annuentes videro. Annuentibus tum nobis omnibus sic initium dicendi fecit. Principio à Dioscoride scribi de Maci: de Myristica non scribi. Hanc igitur ignotam illi: ergo non notam partem: at pars nucis Macis hic vester est. At Plinio nequaquã nucis amiculum, sed cortex arboris. Apud Dioscoridem, crassum esse Macim corticem: nostrum verò tenuem. Maci Galenus ascribit acerbum saporem, Dioscorides astringentem. Atq; hæc quidem non de nihilo

videntur educta. Cæterùm parcè & cautè sunt hujusmodi censuræ tentandæ: atq; istis trepidationibus adhibendum censeo modum. Nimirum Macis noster cùm ex India vehatur per Syriam in Asiam superiorem, & inde in Græciam: item ab eadem India per Assyriam in Aegyptum, atq; porrò in Italiam, ad hæc per Oceanum meridialem de iisdem Indiæ partibus in Hispanias: ille verò cortex nusquam comparuerit hactenus, si non hic noster Macis antiquorum sit Machir: facit suspicionem, Machir interiisse: si non interiit, nominis affinitatem multum valere ad persuadendum hoc illud esse, & illud hoc. Argumenta verò si verum statuunt, Myristicæ nucis corium veteribus ignoratum, fateri necesse est. Quod tamen ipsa nuce longè est nobilius: ac fortasse omnium aromatum obtinet facilè principatum. Cæterùm utut est de hac illorum ignoratione: reprehensores isti si non fastidirent Arabum lectionem, æquè docerent, quid utrunq; sit, ac dedocent, alterum esse, quod putamus. Macis enim aliud, aliud Machir. Macis ab Avicenna pingitur lucu-lentè, qualis circunfertur. Similem dicit esse foliis venosis, perplexis, siccis. Sic enim est in Arabicis exemplaribus. Machir verò est, quod vocat idem Talisafar Ut & desinant litigare: & cur desinendum sit, sciant Autoris sententias nunc exequamur. ἀκρότης, dixit ὃ παρόντος λόγος Latinè, summa: sed alio modo Nam ἀκρότης verticem significat, & potissimum. Hoc summum est concisum, quod integra voce fuit, supremum. At summam rei cum dicimus, id aliud est, &

sumend

sumendo sumptum est. Ut si dixerim cum Plauti parasito, quinquaginta, centum, triginta, sexaginta: miles statim quærit ibi: quanta isthæc hominum summa est? Propterea quòd accipit ea quatuor membra: quæ sic sibi sumenda jubet miles, ut unus fiat numerus, qui eam ob causam dicatur summa. Verùm, sicuti sæpè soleo dicere, non admodum multi sincera utuntur dicendi ratione: multò paucioribus, quod loquuntur, quare sic loquantur, notum est. Dixit, διοείσασθαι, id est fines statuere: ergo etiam differentias. Quid igitur addit, διαφορὰς? Ubi gentium vidit aliquis ὅρον ἄνευ διαφορᾶς? Philosophiæ candidati sciunt, differentiam in definitione, pro forma: genus esse pro materia. Quare nomen illi, quia differt, id est in diversa fert: & amovet hoc ab hoc. Is fuit primus ac verus verbi significatus. Quasi rem difficilem apponit, τὸ χρῶμα. Non solùm qui diversum est à rubro viride: sed etiam quòd verbis describi non potest omnis coloris gradus, omnis mistura. Vel uno in viridi tot insunt nodi, vix ut ipsorum sensuum comprehensiones intellectus facultate consequi possimus. διαμονὴν duplicem intelligo: tum vitæ longinquitatem: tum, posteaquam sunt avulsæ, quandiu servari queant eos ad usus, quibus à natura sunt comparatæ. Quam rem paucis admodum in radicibus curavit Theophrastus. Sed interpres καιρὸν dixit, non autem χρόνον, haud malè. Significat enim, sicuti dicebamus, tractum temporis, non lectionem χρόνου. Obscurissimè verò, τὰς συνοχὰς, τὰς περιπτώσεις αὐτοῖς. Quid est enim συνοχή? Quasi cũ

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 196 sur 521

dicas, continuationes plantis evenientes. Post hæc, quod excussit jam, quasi novum quæsitum reponit: ὅτι, inquit, οὐκ ἔχουσι τὰ φυτὰ ἤδη ψυχὴς, οὐδὲ διάθεσιν ἴσην διαθέσει ψυχῆς. Profectò mirificam dicendi superstitionem, quæ plantis attribuat animam, animæ affectus auferat. Habet enim mores suos planta qui à vegetatrice proficiscuntur. Non in iracundia quidem, aut ejusmodi: sed quo dicimus, in morem fluminis ursas anguem cœlestem intersitum sinus suos explicare. Ut mos aquæ sit in proclivi deorsum versum ferri. Nihil enim est aliud mos, quàm modus, extritis mediis elementis. Non habent animalis animam plantæ: suam habent. Non habent animalis affectus plantæ: suos habent. Sic enim mollius dicetur, si morum vocabulum vos offendit. Affectum verò sic statuemus, sicut appetitum statuebamus, sine phantasia scilicet. Ita salsuginem appetit Palma, & Crethmon: qua lactuca pereat. Is est affectus ille, atq; hujus similes alii. Non enim à seipso motum erumpit gummi, sed exactum ab expultrice. Iccirco plantæ quoq; primo vere dicuntur ὀργᾶν, sicut & animalia, quæ urgentur in Venerem eadem potissimùm tempestate: unde & verbum nostrum hoc à Græco illo. Illa verò verba omninò æquivoca sunt. Non enim aspernabor tam commodum vocabulum. Audite verba: ὅτε διάθεσιν ἴσην διαθέσει ψυχῆς. Ergo, inquam, est hîc æquivocum ψυχή. Hac lege non veniet appellatione animæ plantæ anima. Quòd si verum est: vita quoq;, contra quam profitebatur ambiguè de plantis & animalibus dicetur. At ζῶντα dicebat

dicebat, ζῶα negabat. Tamen est actus animæ vita. Deniq; si animæ pars, uti dicebat, in planta est: animæ affectuum pars in planta erit. Suo quicq; scilicet modo: Anima, affectus, vita. Alioqui ex iisdem principiis illud deduceremus. Animæ pars in equo est, ergo non habet ἴδη. At habet suos, licet non humanos. Sic lactuca suos affectus, etsi non equinos. Et translatam plantam diversas in regiones, per initia ægrè pati peregrinum cœlum: postea paulatim assuescere novis impressionibus. Asperiores verò nobis etiam nunc restant salebræ in extremo scrupei hujus itineris: Lapides enim loquitur. ἐὰν θῶμεν τὰ μέρη τῆς ψυχῆς μετὰ τῶν μερῶν & φυτῶ μηκυνθήσεται ὁ λόγος, οὐ τυχὸν ὐδὲ ὅσον θείημεν διεξελθεῖν ἂν ταῦτα μεγάλαις διαφοραῖς ἀπαειθμοῦντες τὰ μέρη τῶν φυτῶν. Quid? Nónne cuiq; materiæ parti materialis formæ pars designata est, ita ut cum illius sectione secetur ipsa quoq;. Species verò ipsæ, specierumq; partes, tum finitæ, tum notæ sunt. Quod si negat persequendam esse illarum historiam, quia multæ sunt: quare dixit μέρη, non autem εἴδη? Omnino hæc ejusmodi sunt, ut non perplexius quicquam ab Heraclito scriptum putes. Cujus commentationes ad natatorem Delium remittebat Socrates. Neq; illum deterrere debuit à recensione generum ignobilitas, ut ipsi videbatur, quarundam specierum. Nihil enim est in naturæ censu otiosum: nihil despicabile. Quapropter Aristoteles, quæ certis præscriberentur differentiis, digerit omnia: quæ rariora sunt, atq; incertiora, narrat extra ordinem: quod fecit in libro

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 198 sur 521

de miraculis quæ perceperat auditione. Ignobilia remittit ad naturæ ordinem sine nomine. Quemadmodum ἐκατόγγωνον in circulo quærendum reliquit ex Trigoni principiis. Nam sicuti natura haud multo studio contendit, ut talia faceret frequentiora, subtraxitq; tum à conspectu, tum ab usu hominis: ipse quoq; vicissim de ea contentione, studioq;, quod aliis adhibere consueverat, remisit. Vocat igitur naturæ opera talia, περιττά. Galenus quoq; optimè sensit id: A sapientia studioso nobiliora tantùm occupanda, non omnia complectenda. Quod & ille divinus canebat vir: Non ego cuncta meis complecti versibus opto. Ubi modestiam videtur auxisse, verborum efficacia, more suo. Neq; enim solum sese voluntatis imperio abdicavit, sed etiam votis abstinuit, omnia complectendi. Concludit deinde sic: Enatam stirpem non mutare propriam habitudinem, nisi ab eventis extrinsecus accidentibus. At mutantur in alias nulla causa manifesta. Quin à tempore mutari, quod ait, falsum est. Si enim mutaret tempus, semper mutaret: semper enim est. Clarius patet, aliam subesse causam. Adhibito sanè cultu non mutatur. At cultura nihil agit adversum tempus. Ad hæc, tempus est tractus motus, sive duratio, sive quid aliud aptius convenit. Est igitur aliquid consequens quantitatem in quantitate: nempe in corpore quanto. Quantitatis actio nulla est: at omnis mutatio, actio. Tum autem quo naturæ decreto faceret accidens substantiam? Generatio nanq; actio est ad substantiam. Quod autem corrumpit hoc, idem gignit hoc

hoc aliud, aut hoc proportionale, aut hoc ſimile: aut in actum producit, quod erat in potentia. Sic eſt corruptio potentiæ, actus generatio. Quod ſit in ſemine, cum ex eo ſit animal: in ovo, cum ex eo ſit avis, aut piſcis, aut ſerpens, aut ejuſmodi. Quin, ut ſubtilius loquamur, corrumpitur privatio. Quæ tam eſt neceſſarium principium ad generationem, quàm neceſſarium principium eſt vacuũ ad motum. Hæc autem non niſi ſublimibus ingeniis explorata ſunt. Sic illud hac eadem ratione vanum eſt, χορικὴν ἀδενείαν. *Imbecillitas enim à tempore nulla provenit, ſed à contrariis: gelu, æſtu, ſquallore aëris, aut terræ. Quæ tres voces exceſſum frigoris, caloris, ſiccitatis cũ ſignificent, iccirco uſus ſum, quia facilius patimur ab ipſis. Quartum nomen, quo nimium item humorem indicare poſſem, non habebam. Non enim fuerit* βλιτχρότης: *ſed hoc ab illo potius. Hæc ergo foris oppugnant: & nihiloſecius intus laboramus contrariis qualitatibus: unde fit ſenectus, atq; ſolutio compaginis naturalis. Habetis ſecundum caput: à cujus particulis propoſitis deducit partes narrationis, quam inſtituit in ſequenti. Ponit itaq; deinceps à tempore, partium differentias. Florum, inquit, "& fructuum, & foliorum, in plantis quædam peren-" "nant, quædam non: non enim permanent ſicut cortex." "Ergo intelligit, nulli corticem decidere, folia verò quibuſdã tantùm. Omiſit verò nobilem atq; jucundã hiſtoriam in exemplis, quæ potuit adducere, nec adduxit. Citrus folia non amittit: fructus alios maturos habet, alios affectos tantùm, nondum etiam perfectos,*

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 200 sur 521

alios inchoatos modò, alios in ſpe floris: ut intelligatur, etiam in plantis proportio quædam ſuperfœtationis. De cortice item videndum. Aliquibus, niſi auferatur, nocet: quod de ſubere dicebatur: & decidit vitibus, & περιέρηγνυται Arbuteo generi. Verba deinde ſequuntur perplexa ſatis, καί τι σῶμα πίπτον ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν τοῦτο διά τινα αἰτίαν. Quaſi ſit aliud corpus præter frondes, quod ab arbore defluat. Et vulgum ſimul cum aliis philoſophis ſecurè ſecutus eſt, in verbo ἀποῤῥίπτειν. Non enim arbor abjicit, ſed ipſæ cadunt. Sic Ariſtoteles: Equus ἀποβάλλει dentes. Sic puer ἄδοντος, cui nondum excidere dentes. ἀποῤῥύειν melius Theophraſtus, & Hippocrates. Aggreditur poſt hæc cauſam, propter quam labantur frondes, tametſi non erat cauſis reddendis locus hic: ſed ad ſequentem librum integra deferenda conſideratio. Is primus error: alter non minor, quando nullam ponit: tertius, ubi negatur. Ait enim: ſemper ab arbore partes non diſcretas cadere. Sic enim ait, πίπτουσι μέρη μὴ διωρισμένα. Quæ nanq; ſit hæc redditio cauſæ? Quæve cadunt partes non diſcretæ? Non enim rami. Quin comparatio diſſipat ſententiam. Sicut, inquit, in homine pili, & ungues. Nam & pili diſcreti ſunt, neq; labuntur annuo caſu: & ungues nunquam, niſi morbo amittuntur. De Cervinis potius cornibus loqueretur. Empedocles quoq; hæc inter ſe voluit comparata. Cujus duo verſus ab Ariſtotele recitantur in libro de affectibus miſtorum.

τῶν τα,

πτῶτα, τείχως, ἢ φύλλα, ἢ ὀιωνῶν πτερὰ πυκνὰ, καὶ λεπίδες γίνονται ὑπὸ σιδαρῶσι μέλεσι.

Verùm alius alia causa est. Nam nec squammæ, nec pennæ excrementa sunt, neq; pili, vel Mugili, vel Aquilæ, vel Equo: sed partes officiales adeò: eæq; vel utiles, vel etiam necessariæ. Quanquam enim Aquilæ vita non pendet à pennis, vitæ usus pendet tamen. Pili verò in homine nulli necessarii: quidam verò adeò sunt inutiles, ut etiam impediant usum vitæ: cujusmodi sunt ii, quos in superiore labro mustaces Græci vocant. Nam quod ait Galenus ad tegendum homini datos à natura, tollit ejus prudentiam, simulq; elevat eorum fidem, quæ de ipsa prædicabat. Exædificasse nobis manum, quod & Philosophus ait, quæ futura esset instrumentum instrumentorum. Cæterum ineptia hujus pertinaciæ apparet in cadaveribus, quibus pilos crescere manifestum est: cùm tamen illorum iis nullus sit futurus usus. Cæterùm excrementorum rationem ac finem declaravimus aliàs. Quæ verò sequuntur, valde me perturbant. πλὴν γίνωνται τείχες, ἢ ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσι, ὅθεν ἐξέπεσον, ἢ ἐκτὸς ἐν ἄλλοις. *Communis est & pilis, & frondibus casus. Quo differunt postea? Quia pili, inquit, aut iisdem exeunt è partibus, aut ex aliis. De pilis non est hîc historia propria, de frondibus est: de pilis narras, de frondibus nihil. Utro igitur frondes afficiuntur, aut deficiuntur? Exeúntne indidem, an aliunde? Nam in iis quæ surculos è ramis fundunt, surculi non prodeunt inde, qua sese priore anno frondes extulerant: sed ex ocello, qui in cavo pediculi frondis*

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 202 sur 521

extuberat. In illis autem, quæ ramos nullos emittunt, cujusmodi Spartum est, etiam atq; etiam consideran-
„ dum censeo. Deinde redit ad pristinos errores: Arbo-
„ rum partes indiscretas esse: hoc enim est ἀδιόριστον. At frondes quis non videt hærere? Nihilo secius profe-
ctò, atq; Cervo cornua, & ungulæ, & dentes. At hæc discreta omnia, materia, forma, finibus. Sic & ipse mox, pilos esse animalis partes, ut frondes arboris. Hæc tamen haud videtur causa, quam ob folia de-
labantur. Quin de foliis ambigunt, partésne sint: quia cadunt. Tum quare cadant, quærimus: cum sint partes. Quæstionis ratio: Totum non esse totum demptis partibus: ergo ne esse quidem, sicuti dicebamus. Cum verò casus explicat affectionem, turpissi-
mè dixit, καὶ ἐκ ὧσι διωρισμένα. Si enim indiscreta essent, non amitterentur, sed disrumperentur. Habent enim principia cohæsionis, non continuitatis. Sed jam cum ipso ad aliud caput nos conferamus, in quo partium statuit differentias: magno sanè lapsu. In hoc enim de partium scribit affectibus: at id accidens est: in sequenti, de differentiis: at hæ substantiales: atq; ab iis accidentium περιστάσεις notiores. Antecedit enim notitia quantitatis, figuræ, coloris, situs, co-
gnitionem casus foliorum. Hæc igitur notiora tum naturæ, tum nobis. Quippe & magis communia, & sensui propiora. Sed videamus, quemadmodum sapit
„ Aristotelicas divisiones. In partibus, inquit, perma-
„ gna differentia est: in multitudine, & paucitate: ma-
„ gnitudine, & parvitate: vi, & debilitate. Hoc autem

propterea

propterea est, quod succus, qui in magnis arboribus est, in quibusdam est, ut lac: qualis in Ficu. In aliis liquidus, Pici similis: qualis qui de vite stillat. In nonnullis ἀφλώδων: quemadmodum in Origano, & in planta, quæ dicitur Opigais, & aliis. At aliter animalibus Aristoteles præscribit differentias: genere, specie, quantitate utraq;, qualitate, proportione, loco, situ, τῷ ἔχειν, καὶ μὴ. Genere differt Equi crus à Corvi crure. Specie, lingua Psittaci, à lingua Pici. Quantitate continua, pes Phœnicopteri, ab Alaudæ pedibus. Discreta, mammæ mulieris à mammis canis. Qualitate, ut figura, colore, moribus. Proportione, piscium spinæ ab ossibus terrestrium. Loco, ut Mulli jecur ab aliis: in lævanang, situm est parte. Situ, ut cornua supina, prona, surrecta. A quibus postremi prædicamenti capias exemplum. Habet enim cervus, cerva caret: extra unam, cujus cornua servantur etiam nunc in Francia. An verò succum pro causa debuit asserre? Ut quoniam in quibusdam est liquidus, in aliis lacteus, in nonnullis piceus sit: iccirco differant partes multitudine, magnitudine, vi. Ut omittam, quòd magnas tantum arbores nominavit, in quibus agnosceret lac, & humorem liquidum: cùm tamen longè major sit herbarum numerus lactariarum. Vereor autem, ne sibi ipse imposuerit: ubi nos vitibus carere putaret. Nam qui speraret aliter sese esse persuasurũ nobis, è vite manare succum liquidæ similem pici? Consultius ita constituisset. Quædam validæ, quædam imbecilles: quædam totæ, quædam sola radice, aut stipite.

Abies

Abies valida est ipsa, radix imbecilla: Rapi scapus invalidus, radix firma: Esculo utrunq; robustum. Ita etiam quædam plenæ, quædam inaniores: unde succorum quoq; ratio non contemnenda comprehendatur. In vicesima sectione propositarum quæstionum scriptum est: Inanem caulem quæ ferant, id eis evenire propter debilitatem. Cæterùm id aliter se habet. Quippe ex iis, quæ plenæ sunt, videmus aliquas imbecilles. Ejusmodi Salix, Tilia, Populus. In vacuis Ferula valida est: nempe filo valentißimo. Neq; respondet analogia. Densior Buxo stipes est, quàm Quercui: at valentior Quercus. Neq; putandum est, naturam in id unquam intendisse, ut impleret aliquandò Fœniculi scapum: nihilo magis, quàm sit unquam pedes homini quatuor meditata: essent enim imperfectæ sibi plantæ illæ. Hoc autem nemo dicat, qui modò philosophiæ limen salutarit. Quod reprehendebamus, attributum lac grandioribus: quando fruticuli multò plures abundent, admittit illam quoq; castigationem. Quippe magnias illas ubi nominavit, admiscet earum censui, pusillum fruticem Origanum: nam τὸ ἓν πσι nota est repetita partium distinctarum. Agedum, Ferreri, tua hîc opera opus est, ut sciamus, quænam sit planta ὀπιγαίς: & quid sit αὐχένον & succus in Origano. Quænam sit in eo vetustatis aut principatus prærogativa, doce nos, si quid habes. Habeo, inquit ille, originem. Originalem is eum vocat. Mihi tamen duo facessunt negotium. Primum, quia non multum ex Origano fluit succi: alterum, quòd unicuiq; planta suus est succus à

ius à natalibus ipsis statim. Illico, inquam, ubi dici potest, planta est: dici item potest, succus ejus est. Neq; ante Origanum Origani succus est: neq; plantæ cuiam post plantam ipsam. Ita τὸ ἀφ' ὧ, neq; Origano absolutum quiddam est, neq; τῶν πρός τι. Hanc tam plebejam concertationem adornabo narratione rei nõ contemnendæ. Nostis eam Trichomanis speciem, quam vocant Capillum Veneris, ut ea sit arida, si tangatur: ut prorsus exucta videatur: & nomen ipsum Adianti favet opinioni. Ex ejus herbæ libris quaternis, parum abest, quin tantundem prematur succi. De Opigaide nihil hic mutat. Autores ergo multi cùm minus bonis vocibus utantur, sibi solis videntur scripsisse. E populi verò face sumpta vocabula suis cum autoribus interiêre. Quamobrem neq; in oratione dignitas, neq; in sententiis mansit fides. Opigais autem fortasse hinc sit, unde vel Medicus, vel Cyrenaicus eximatur succus: vel etiam ipsum Opium hic exemplum statuat papaveris. Non laboro. Uterq; enim ὀπός. Neq; verò vos latet, quot plantis nomina casus immutarit. Eversis imperiis victoria transtulit in victos etiam linguæ jus. Vel Asiam nunc ipsam aspicite penè totam: ut misera in spuriorum abierit mores. Hoc enim sunt Scytharum Parthi, à quibus Turcæ. Unde hi Musulmani, illi Besermani. Nam de Græcia nihil dicere, quàm lugere, satius puto. Quot censetis repetita sub aliis nominibus? quot aliena nomina haud suis stirpibus attributa? Ita quærimus interdum, quod habemus: quod abest, habere putamus. Etiam apud Paulum videtis barbara

bara vocabula. Inter quæ Midamuda in Aboali codice librarii inſcitia mendosè ſcribitur. Proclus quoq; in libro de Magia, Carduum vocare videtur Cnebiſon. Item Raccinum virgultum quoddam aculeatum: quod alioqui non explicat, cujusmodi ſit. In Hydroſcopio, quod Democriti nomine circunfertur, & in libris γεωπονίας habetis multa, quæ perturbant herbariorum diligentiam. Diu latuit Amelus Virgilianus. Et hodie quoque Bocchus flos quid ſit, in culice quæritur. Verùm contigerit hæc calamitas ſeculorum ſucceſſionibus, fortunæ viciſſitudine: ut Cichoreacea vocentur aliter à Theophraſto, quàm legantur in commentariis Dioſcoridis. At aves quot ab Ariſtophane ponuntur, quorum nomina nulla ſcripſerit Ariſtoteles? Ut contenti rebus, appellationibusq; certis, deſinamus jam periclitari divinando. Tu
„ verò ubi voles, expedi. Rurſus, inquit, planta eſt
„ partes habens ſiccas: alia humidas, & ejusmodi.
Quaſi verò non omnis planta partes habeat ſolidas ad conſiſtendum, alias liquidas, quibus illæ & alantur, & contineantur. At jam poſuit prius differentiam ſpecierum, quàm generis. Prius enim lacteum & piceum dixit, quàm liquidum. Nam illæ ſunt hujus diſ-
„ ferentiæ. Poſt hæc dicit: Plantas aliquas habere di-
„ ſtinctas partes, neq; ſimiles, neq; æquales. Aliis eſſe ſi-
„ miles, ſed non æquales: aliis æquales, ſed non ſimi-
„ les. Quibus profectò verbis nihil eſſe potuit fallacius. Dum enim argutatur in vocum tranſpoſitione: putavit, orationis concinnitate rerum naturam contineri.

Nos

Nos verò vim ipſam perſpiciamus: nec opera ponetur
ruſtrà: ſpero nanq, in tertio partitionis membro
irculi quadraturam inventum iri. Ibi partes facit
uantitate pares, figura diſſimiles. Mirificum Ar-
hitam, qui folio æqualem ſpinam agnoverit. Huic
djungit difficilem ſententiam: Locum iis præſcri-
tum eſſe nullum. Quis neſcit, ſuum cuiq, locum, lo-
iq, finem eſſe præſtitutum? Ex oculis rami, fron-
lésve ſemper exeunt. Omnibus cortex extimus eſt,
emen intimum, & medulla: radix infima. Fructus,
bi flos, aut analogum extitit. Poſt hæc concludit
aput certis legibus differentiarum ab accidentibus.
mpurè tamen loquitur, cum ſic dicit: αἱ διαφοραὶ δὲ «
τῶν φυτῶν ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσι γινώσκονται καλῶς. «
ὁμοίως δὲ καὶ τὰ χρώματα αὐτῶν ἐν τῷ χρώματος, ἐν «
τῇ φαιότητος, ἐν τῇ πυκνότητος, καὶ ἐν τῇ τραχύ- «
τητος, ἢ ἐν πάντων ἄλλων τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς. «
Aſſentior enim ad figuram pertinere nonnihil aſperi-
tatem: non eſſe tamen figuræ quippiam. Non enim a-
ſperitas eſt illa ſuperficies, ſed affectus ſuperficiei ex po-
ſitione partium, quo tactus progreſſus diſcontinuatur
inæqualitate. Igitur ex illarum ſitu figura fit in ipſa
illius planitiei variatione. At aſperitas ſuo τῷ τί ἦν εἶναι
refertur ad tactum. Non enim dicitur aſperum quic-
quam, niſi ad reſpectum tactus. Sed pauci poſuerunt
operam in prima philoſophia. Quin ipſa inæqualitas
non eſt figura, ſed relatio, & quantitatis affectus,
non figuræ, ſed affectus figuræ ſimilitudo eſt. At aſpe-
ritas eſt inæqualitas ſuperficiei. Præterea tametſi

color

color aliquo modo ratio est, qua figura visilis sit: quippe non est figura visilis in corpore translucido: tamen non est ratio color, qua figuræ notio capiatur aut sensu, aut intellectione, sed alia duo: nempe lineæ vel linearum secundum suas partes situs, & linearum mutua dispositio. Nisi velitis etiam addere quantitatem. Quandoquidem aliud est quadratum, aliud ἑτερόμηκες idea. Lineæ partium situs intelligitur diversus in recta & obliqua, unde figura variatur. Linearum dispositione figuram confieri, etiam tyrones sciunt. Non pendere figuræ cognitionem a colore, satis patet: idem enim esset triangulum, & quadratum alba. Tantò minus dabit illud pro confesso, aut pro vero Philosophus: per densitatem aut raritatem cognosci figuram. Omisit etiam quartum membrum similium, & æqualium: quod neutiquam fuisset ab Aristotele prætermissum. Quæ in calce sunt, haud magnum afferunt momentum ad scientiæ perfectionem, sed neq; multæ indigent operæ ad explicationem. Quapropter quintum jam caput aggrediamur. In hoc quinto capite fructuum declarat situm. Ego quidem à foliorum atq; ramorum situ cœpissem prius. Frondes aliis ad cacumen, ut Pino: aliis infernè, ut Ceratiæ: plerisq; in ramis: herbis multis in stipitibus folia: surrectæ Lauro, devexæ Abieti. Tum à figura, colore, magnitudine, crassitie, frequentia, duritia, nervis, dorso, venis, oris, asperitate, horriditate, rigiditate, & horum contrariis, siqua sunt. Item ab aliis affectibus. Nam quædam pro loco aut situ aliam atq; aliam

aliam figuram ſortiuntur: ut in Scabioſa, Coriandro, Serpentaria. Quædam ſolſtitio inuertuntur: alia ad Solem circumaguntur. Primam differentiam deſignat à loco: propterea quòd aliqui ſupra ipſas frondes producuntur, alii infra. Ac prioris membri maxima pars arborum popularis eſt: poſteriori paucæ comprehenduntur. Ficus ἀμφοτερίζει. Groſſos enim ſupra frondes gerit. Bolæ vocantur à Venetis, cætera Italia Florones appellat. Alterum genus infrà erumpit. Aliam ſubdit huic differentiam haud abſimilem. Illa erat relativa: hæc erit abſoluta. Quidam fructus à trunco exeunt, quidam ab radice, quidam ex ipſorum medio. Sic enim ait: πνῶν δὲ καρποὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. Hujus poſtremi non ponit exemplum. Secundi eſſe modi ait, Aegyptias Margaritas. Videtis & hîc ἰδιωνυμίαν. Hoc enim eſt Vingum, & Arachidna Theophraſti. Cujus Philoſophi lapſum vel hinc animadvertere potes: cum dicebat ille, caulem fructus aut floris cauſa procreari: in hiſce enim funditur ab radice. Vel ex eo, quòd non omnes caules fructum florémve gerunt. Non enim Trichomanes, non Filix, non Salicum genera quædam, non omnes Populi. Exemplum primi petemus à Ceratiis. In tertio verò membro non ſatis mirari queo fructus locum, qui radicem inter ac truncum ſit. Et locum hunc, inquam, hîc mecum ipſe quæro: & hiſtoriam non memini, quæ mihi loci hujus facere poſſit ſuſpicionem. Sed quis ferat, quod ait deinceps? Quarundam fructus, & frondes, ac nervea filamenta indiſcreta eſſe. Hoc enim eſt ἀδιάκριτοι. Nemo unquam, puto, vidit

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 210 sur 521

arboris cujuſpiam fructum, & folia confuſa ſimul. Nam folia quædã etſi manduntur, veluti folia Tambor: at ea non ſunt alimenti vice, ſed medicamenti potius. Hac enim lege frondes omnes eſculentæ, ut olera, fructus explerent naturam. Aliam hinc aſſuit differen-
„ tiam. Quarundam folia eſſe inter ſe omnia ſimilia: in
„ aliis non item. Rectè hæc quidem. Nanq; ſi Scabioſæ folia conferas ima ſummis, uti ſupra dicebamus, duas eſſe dixeris illorum matrices. Sed & in Agrimonia non eſt omnibus eadem facies. Quam naturam cum negligentius Dioſcorides explicaret, implicuit nos haud contemnenda dubitatione. Parthenii folia Coriandri foliis tenuibus, ſive exilibus, λεπτοῖς quidem, ſimilia dicit. Utra intelligit? ima ad radicem, an ſumma ad umbellam? λεπτὸν. eſt ne, ſicut anguſtum in vacuo, ita exile in corpore, latitudine & profunditate parva, cujus omnia undecunq; latera propinqua ſint: an tenuitatem ſolam dicit profunditatis, quæ contraria eſt craſſitiei, & latitudinem concedit? Illa exilitate Cotula noſtra referetur ab illis ſummis foliis: hac tenuitate lata folia repræſentabuntur in Matricaria. Cætera utriq; communia æquè omnia: viroſus odor, flos, natalia, craſis, uſus. Faveo tamen Cotulæ: quando Chamæmelo, quod ibi deſcribit, ſimilior eſt: atq;, ut ſciant, qui neſciunt, ita ſimilis: ut eandem putem ſpeciem, ſicuti Moloſſum, & Corſos canes. Differre tantum qualitatibus ignotis nobis, quæ capi queant ab una ſpecie. Quemadmodum agreſtitas fera, & Heroica humanitas in una hominis ſpecie. Nanque

in eodem loco legi, ac commiſtas indiſcretè quidem, Chamæmelum, Cotulam fœtidam, Cotulam odore nullo, ne ſi fricaretur quidem, præterquam herbaceo. Iſtam verò Dioſcoridæ ſecuritatem, quam de nobis præ ſe ferre viſus eſt, non ſemel experti ſumus, pudenda ſæpe doctiorum uſq; ad convicia velitatione. Sui nanq; Eupatorii florem ſi pinxiſſet poſteritati, non nunc diſquireremus, utrum eſſet: Agrimoniáne, an ea, quæ uruntur vulgò. Equidem ne obtundam, aut gravatim videar admittere ſapientum judicia, utroq; utor ſimul ſemper, ubi requiritur Eupatorium. Ita & calumniam fugio, & periculum vito, neq; illis non credens, neq; mihi habens fidem. At enimvero non faciat Naturæ Deus, ut Agrimoniæ folia Cannabinis ſimilia ſint: niſi vel præſtigio fiat id, ut quod cernimus, non videamus: vel eorum mutet figuram, ſcindatq; continuam planitiem illam quinquepartito, atq; digitatam faciat Pentaphyllo ſimilem. Sed hæc videbimus, ut exciſſeris tu Cæſar in tuis commentariis: Nunc ad propoſitum. Quædam, inquit, ramos pares habent: quædam non. Ex æquo & bono, ut conſueviſtis vos, Minutium intuens, non ex ſummo jure. Qui enim ramos tam oculatè metitus eſt, ut ſine fidei aut pudoris periculo queat hæc ita pronunciare. Hîc omittit differentias: & affectionem ponit naturalem omnibus communem: augmentum ſcilicet, atq; additamentum. Quo loco præpoſterè locutus videtur. Eſt ſiquidem τροφὴ, quàm αὔξησις prior. Scilicet τροφὴ eſt alimenti, αὔξησις corporis. Et non ſuo loco partes

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 212 sur 521

enumerat: ἔζα, λύγοι, φιτεῦοι. Deinde cum dicit: similes esse membris humanis plantarum partes, quæ continent alias partes: ostendit esse partes compositas: radicem, ramos, surculos, truncos. Itaq; rectè μέλη dixit. Sic etiam Aristoteles in principio historiarum. Sic latinè membra, non solùm partes. Verùm curta nimis sententia est. Quasi verò non & cæteræ partes, simplices dico, augeantur. Id etiam nihilo prudentius: Media, inquit, radix est inter plantam, & alimentum. At radix, nónne plantæ pars est? Quónam ergo modo fuerit inter plantam & radicem media? An murus est inter viam & ædes medius? Erit igitur medius inter se, & viam. τὸ μεταξὺ habemus apud Aristotelē, quod neutrius est. Hoc differt à continuo: cujus terminus partium partis pars est. Addit absurdum inde loquendi morem. Non solùm, inquit, radicem appellamus, sed etiam vitæ causam. Eam plantis afferre victum, tanquam portitorem, fatemur. At quis dixerit, homini vitæ causam esse os? Hoc enim est plantis radix, ex Theophrasto, & Aristotele. Habet tamen in plantis unicum radix officium, excipiendi. In homine verò, & excipiendi, quod habet opus, & tum mala expellendi, tum bona emittendi. Id quod divinis Plato verbis in Timæo: τὼ εἴσοδον esse ἀναγκαίων, scilicet τῆς τροφῆς· τὼ ἔξοδον τῶν ἀρίστων. Haurite verò obsecro vos, nectar illud: τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον, καὶ ὑπηρετοῦν φύσει κάλλιστον, καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων. Quod verò non sit vitæ causa radix, patet ex iis arboribus, quæ solo cacumine amputato, pereunt. Contrà in animalibus qui-

bus quibuſdam. Vivunt enim Muſcæ abſciſſo capite: ergo ſine ore. Non eſt igitur vitæ cauſa os: nihilo magis quàm ſpecus fontis. Pro certo habent ſaltuarii decacuminatione Abietem interire. Verum quòd huic addunt Cupreſſum, nobis id falſum compertum eſt, niſi fortaſſis adjungant ætatem. Novella nanq; manu pacta noſtra cacumen amiſit caſu: quæ etiam nunc vivit ingens, priſtini verticis in locum proximo ramo ſubſtituto. Hæc igitur argumenti pars eſt: quòd radice non læſa, & alia parte læſa, plantæ quædam moriuntur. Altera pars eſt. Quoniam abſq; ea vivunt aliquæ plantæ. Tum quod maximum eſt, ſemen & perferunt, & perficiunt. Tale eſt Sempervivum. Malobathrũ quoq; prædicabant veteres ejuſmodi. Verùm nunc apud Indos nihil tale reperitur: ſed Græcorum mendaciorum veſtigia manifeſta in arbuſcula ἀλλοχρώλε naturæ, ſicut loquitur Theophraſtus. Advoluit enim ſeſe Tembul adminiculis Jaſionæ modo. Cortex quoq;, vel medulla tota ſi Moro detrahatur, vitam ſimul auferri Theophraſtus autor eſt, in quinto de cauſis. Suprà tamen memorabamus, abſq; medulla Vitem vivere Conſtantini præceptis: unde prodeant uvæ, quas vulgus Corinthiacas vocat. Nam Theophraſtus idem è palmitis medulla lignum in acino provenire dicit. Unde ſcire potuit id, niſi ſi ea ſublata nullum ibi granum compareret? Medullam tamen qui findet, facturus inſitionem, ei opera perditur, ut vulgo perſuaſum eſt. In vulgaribus racemis acini majores habent gigarta, minores non habent. Idem in primo de cauſis ita ſcribit:

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 214 sur 521

Rami etiam præter radicem habent in se principia vitalia innata. Ergo non erit radix plantarum vita. Quod verò, sicuti dicebamus, ori queat comparari, Mnesitheus quoq; docuit. Is ineptas radices aliquas ajebat ad alendum, quia multum succi traherent: idq; adeò, ut excoquendi potestas plus haberet operæ, quam virium. Ad alias nanq; destinatum partes ipsæ nequeunt conficere. Itaq; ut in ore animalis succus nondum perfectus est, sed affectus tantum: sic neq; in radicibus. Quam omisit rationem, sic ineas. Radici non esse perpetuò attrahendum, sed quantum satis habeat. Expeti reliquum à partibus superioribus. Ipsam, quod pro se facere sentiat, retinere: atq; è re sua suo more coquere. Radicem Democritus quoq; vitæ statuit autorem. Tortas arbores vivere diutius, propterea quòd vegetiore nitantur radice. Succum enim ab ea intercipi. Iccirco non corrumpi eas superfluo atq; adventitio, quemadmodum contingit palustribus. Similem deprehendemus apud Philosophum rationem. Claudos esse libidinosos, retenta scilicet uberiore materia supernè. At proceras rectasq; arbores minus diu vivere. Ego verò in promptu multa memini, quorum præsidio secus sentiam. Quercus rectissimas, grandissimas, vetustissimas. Salices flexuosas ævi brevissimi. Cupressus longæva est, & Pinus, utraq; rectitudinis atq; proceritatis specie visenda. Hæc plantarum natura si cum animalium genere comparetur, longè diversa videatur. Voracia nanq; animalia parum vivunt. Igitur plantæ longævitas non ascribe-

tur ex

tur ex multa radicis attractione. Argumentationem Philosophi more sic explicemus. Radix non est vitæ causa efficiens, non forma, non finis, non materia, sed materiam excipiens prima pars. Quin materiam exceptam ipsam nō potius transmittit agendo, quàm amittit patiendo, cæteris ad se trahentibus partibus. Nimirum attractione subit succus, non appulsione. Jesemini talea nostra manu pacta primo statim anno florem tulit: biennio post sequenti plures etiam pertulit. Eam nos transferre cum vellemus ad opus copiarium, ne vestigium quidem radicis inventum est. Contrà, Arancij, quod gelu periisset, triennio pòst effossi radicem mirati sumus, non solùm vivere, sed etiam lætissimam esse. Post hæc ridicula fundit. Stipes, inquit, est qui solus à terra oritur, & similis est hominis ætati. Verùm neq; solus oritur è terra stipes: nempe folia quoq; prodeunt herbarum primò. Ita falsa canit, si vox hæc, solus, excludat cæteram naturam. Quòd si intelligit singularem: nihilo felicius. In fruticibus enim nullus esset stipes. Quis non rideat collationem stipitis cum hominis ætate? Quæ temporis & substantiæ potest esse similitudo? Resolvantur verba in sua principia, more Aristotelico: statim ineptia deprehendetur. Substantiæ prædicamentum simile est prædicamento mensuræ motus. Sed & partes omisit quasdam: alias non omissas repetit. Omisit albumen in Quercu: quod cum animalis pingui potuit comparare. Sunt in adultis item partes aliquæ non ignobiles, quibus novellæ carent: ut in Pino teda, quod

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 216 sur 521

in secundo de causis proditum est. Repetit παραφυάδας, quos stolones supra dicebamus. Ab radice pullulare canit Virgilius. Si quis velit argutari: à frequentia (hoc enim est θάμνος) πολλοὶ, unde verbum illud. Nam potest ab animalium fœtura duci, πῶλοι. Pollinem quoq; dixerit acutè quis ab eo, quod πολὺ factum est. Cæterùm à rotarum versatione magis arridet, πολεῖν. Definit autem κλάδους, qui mittantur à stolonibus rami. At quàm benè, quamq; pro vocis usu, nondum statuo. Nanq; apud Theophrastum etiam à matrice ipsa, hoc est à stipite, prodeunt κλάδοι. Paulò pòst
„ malè describit, quod benè sentit. Quæ, inquit, κλάδους
„ habent, quædam sunt perpetuæ, quædam non: sed
„ quotannis subnascuntur. Nam κλάδος etiam si stolonum tantùm sit: at hæ differentiæ, perennandi, & intermoriendi aliis quoq; competunt: non solùm quibus stolones nulli, verumetiam ne stipes quidem ullus est. Linguæ caninæ nihil horum ascribit Dioscorides: & ea moritur. Pinus nõ fruticat, & perennat. Perennat Scolopẽdria, & Lingua cervina, sine ramis utraq;, sine stolonibus. Propterea verò quòd nõ omnes partes supradictas omnibus arboribus inesse dixerat, iccirco recenset
„ eas accuratius. Quædam, inquit, neq; ramos habent,
„ neq; folia: ut Fungi, & similia. Intelligit Tubera. Addit aliam sententiam: Partes omnes à succo gigni. Hoc fecit, ut materiam indicaret. Nemo verò putarit, animatæ rei partes aliunde concrescere, quàm è succo. Aut quis ignorat, partes aliquot per initia constitutionis, non plantæ, quæ nondum existit, sed è seminis confieri succos

ſucco? Poſt hæc, quemadmodum ſuprà diverſa radicis attulit nomina: de medulla hîc idem capit conſilii. Eam non ſolùm μυελὸν, ſed etiam μῆτραν nominari: item πλάγχνα, & καρδίαν. Quo in loco delineatur ſententia philoſophorum, qui in æquivocis, translatis & analogis ſemper unum primum, ac Principę loco ſtatuunt, quod ſit vel nobiliſſimum, vel notiſſimum: idemq; aliorum meta, modus, menſura, caput. Proinde cum animal nobis notius ſit, quàm planta (nobis enim nos notiſſimi ſumus) optimè factum fuit: cùm partibus noſtris indita ſunt prius nomina, quàm generi plantarum. Et eſt animal nobilius planta. Ac de Cordis quidem vocabulo ſatis conſtat: infrequentior viſceris appellatio: rarior quoq; Matricis vox. Non enim ad vitam, ſed ad generationem comparatum fuit à natura membrum, quo fœtus contineretur. Contra, medulla vitæ cauſa, non fœtationis: unde etiam cordis nomen participavit. Locũ medulla potius indicat, quàm officium. Satis patet, à medio dictam. Apud Theophraſtum & Xenophontem Cerebrum dictam memini. Quem vocis uſum retinent etiamnum Siculi. Nec diſſimulavit eorum vicinus interpres Serapionis, qui popularis eſſet oppidi Rhegii. Nam illi à Græca voce, cuius linguæ olim alumni extitiſſent, τῷ ἐγκεφάλῳ affinem fecere Cifilionem. Tametſi longè lateq; patentem ſignificatum coarctarunt limitibus plantæ nunc, quam Palmitam vulgò vocant, longè aliam à Cacto, ne cum quibuſdam fallar. Ac quanquam longè abeſt ab officio cerebri medulla hæc: tamen quia cerebrum

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 218 sur 521

medullæ rationem obtineret, haud invita accepit conditionem appellationis. Iſte verò interpoſuit hæc importunè: Arborum partes ex eorum ſucco ſic concreſcere: Quatuor ex elementis conſtare ſuccum. Pertinent enim ad libros De generatione: & eum qui debet inſcribi De miſtorũ affectibus. Sunt enim propiora principiis ſcientiæ naturalis. Saltuatim deinde percurrit, & partes aliquas agnoſcit, ad foliorum florumq; generationem comparatas. Sententiam profectò longè alienam à ſcito Philoſopho. Non rami frondes gignunt, ſed plantæ virtus, quæ in ramis eſt: ſicuti vis eadem ramos ipſos in ſtipite, ſtipitem ab radice, utrunq; ex ſemine, aut analogo. Si gignerent folia rami, nunquam aliunde gignerentur illa: at gignuntur in herbis, quæ ramis carent. Neq; ſanè generat unguem manus, neq; verò dentes caput. Quinetiam peſſimè dixit, πολλάκις. Nam quod ab eſſentia tale eſt, tale ſemper utiq; eſt. Si igitur apti natura ſua ſunt ad folia generanda, ſemper exiſtent tales, non πολλάκις. Ab hac diviſionis parte producit alias. Quarum una florum generationem etiam ſurculis attribuit brevioribus: Salicis exemplo. Sanè pannos demittit Salix ſpicatim confertos, & lanitium quoddam, Corylorum, ac Populorum more. Addit: Quidam & flores, & fructus, & alia, quæcunq; è ſemine generantur: atq; ea quoq; unde illa conteguntur. Verba malè conciliata. Nam ſi è ramis præter flores & fructus exeunt omnia, quæ è ſemine proveniunt: egredietur etiam radix. Nunquid verò ipſimet etiam rami? Nam hi quoq; de ſemine

mine producuntur. Partes exequutus, earumq; nomina, ac differentias: tum officia generandis foliis, floribus, fructibus: dividit summum genus in genera media. Illæ sunt partes, quibus corpus constituitur: hæ sunt, ut generum species. Illas integrantes disputationum magistri vocant, has substantiales. Ipsa verba subjicienda sunt: ut appareat, quàm sit autor idoneus ad hanc divisionem. τῶν φυτῶν εἰσί τινα δένδρα, τινὰ δὲ μέσον δένδρων, καὶ βοτανῶν, καὶ ταῦτα ὀνομάζονται θάμνοι. καὶ τινὰ μέν εἰσι βόταναι, τινὰ δὲ λάχανα. Proponamus in alia formula picturam hujus rei, sic: Animalia quædam sunt aquatilia, quædam inter aquatilia, & terrestria. Et quædam sunt terrestria, quædam verò sunt jumenta. Auditis Larvam, non Aristotelem. Prius dicit relationem, quàm extrema. Nondum scio quid herba sit, & eò me allegas ab arbore, ut interea fruticem inveniam. Postea subinfers herbam, disjunctis penitus partibus. Sed & speciem separat exadversum à genere suo: nempe Olus ab herba. Tum omisit φρύγανον. Nos ergo rectè: Plantam φυτὸν, in arborem δένδρον, φρύγανον cremium, fruticem θάμνον, herbam βοτάνην, quæ jam vulgata sunt. Quocirca minus vulgata his adjungamus: Non esse verum, quod aliqui profitentur, herbam esse, quæ intermortua, rursus ab eadem radice fundit scapum. Multa nanq; talia sunt Cremia: velut Pæonia, Matricariæ, Serpentaria, alia. Item contrà non paucæ, & perennantes, & plures annos ævum suum transigentes: Ut lingua cervina, Scolopendria. Alii dixerunt, herbas esse, quæ

quæ caule careant. Ne id quidem verum est. Hac lege excluderentur olera omnia: neq; quicquam herbarum esset nobis edendo. Dignam sententiam, quæ per Plautinam scenam traducatur: in qua deridet suorum popularium coquus artem: qui, inquit, aliis super alias aggestis herbis, boves ut sint, efficiunt convivas. Sed herba est, cujus satu exeunt ab radice illico bina folia, post ea foliola, quæ è seminis in ipsa transmutati substantia fiunt primùm. Nam in arbore, cremio, frutice, non hæc folia, sed scapus erumpit statim. In hoc igitur genere duplex natura est. Quibusdam nullus exit scapus: quod de Canina lingua scribit Dioscorides: in nonnullis provenit: ut è lactuca. Atq; harum una differentia pro tempore. Sunt enim quæ citò, ut brassica: sunt quæ ita serò, ita rarò: ut à quibusdam ἀχαυλοι natura sua sint existimatæ: qualis Tussilago. Altera differentia de caulium numero, vel frequenti, vel singulari. In aliis tribus generibus egreditur scapus, aut unus, aut plures. Si unus, aut magnus, & est arbor: aut parvus, & est cremium. Si plures, est frutex. Horum verò affectus proprii sunt: Arboris, ut ne intereat, & denuo subnascatur: Cremii, & fruticis, ut aliqui tales sint, aliqui intermoriantur: id quod cum herbis commune habent. Ad hæc, genera plantarum propter imperfectionem abeunt alia in alia, sicut & species. Nam Sisimbrii species in Mentam: Triticum in Loliũ: Hordeum in Avenam. Sic genera Corylus, si non colatur, frutex est: item Punica. Si avellantur soboles, arboreſcunt. Hujus Ideæ proportio quædam est in Brassi-

ca, &

ta, & Lactuca, & Paliuro. De Paliuro scriptum est à Dioscoride. Lactucæ stipitem ad hortorum postes quæsitum prodit Theophrastus. Brassicam vidimus nos tam grandem, ut unum folium, proceri hominis, risus gratia, fuerit palliolum. Hic Minutius, luculentam à me gratiam inisti tu Bajuli, qui tam modico loco tam instructam aciem ostendisti. Et sanè benè armata, nunc primùm placuit. Antehac anfractus Labyrinthei mihi videbantur. De Frutice verò illo, qui arbori affinior est, etiam apud nos videor meminisse. Nam Germinales arbores legere est in titulo, Soluto matr. quarum è brachiis usus esset, sicuti Cremiorum ad cremandum. Hoc enim est φρύγανον, sicuti φρυκτώριον. Pollux in personis Tragicis pro arido atq; adusto posuit. Sic Latini veteres flagrum. Et in libris γεωπονίας τὰ φρύγανα, καὶ ἄφλεκτα. Et aliquando materiam vocat Theophrastus, ad ignem scilicet, non ad opus. Arabes quoq; id nomen imposuerunt: ut intelligamus ad fasces conficiendos, qui essent ignibus usui. Quo loco libet hunc morosum (me intuens dicebat hæc) castigatorem vellicare. Nanq; in suis illis admirabilibus sanè mysteriis, ὕλην dicebat ex Chaldæis aquam: nunc ad ignem videt eandem duci. Hîc me arridente continuavit orationem. Tamen habeo quiddam haud plebejum, & non est alienum ab iis, quæ de succo dicebas. Est enim χυμὸς, & χυλὸς idem re, sed differunt τῷ εἶδει. Utriusq; verò est origo eadem. Priori indidem, unde nostro humori: in posteriore est ὕλη illa: in utroq; τὸ χεῖν. Ut omnino sit, & liquidum, & fusile. Plantam verò non

omnem

omnem ſtirpem olim dictam puto: ſed eam tantùm, quæ pangeretur. Fuiſſe nanq; Palantam à palo. Palus autem conciſum: integrum Paxillus. Ut ala ab axilla: extrita inſuavi conſonante, quemadmodum Cicero docet. Quin vocem aliam, Stirps, ſolis firmitate præditis fuiſſe reor peculiarem: quaſi στερρόπους. Utriusq; poſtea ſignificatum ad communem omnium uſum factum commodiorem. Pumilas autem arbores, arbuſculas docti, arbuſti nomine vocant barbari. Qui purè loquuti ſunt, pro arborum ordine poſuerunt, quibus applicatas diſponerent vites. Appellant Taurini Ligures Altinum. Pro ſiuticis natura Jureconſultus uſurpavit in titulo, De termino moto. Olus verò dicit quancunq; herbam eſculentam, claro indicio priſcæ frugalitatis, quæ ad victum nihil obſonii ſibi deeſſe exiſtimaret, modò ne deeſſet olus. Hoc enim ὅλον eſt, ſicut & panis, πᾶν. Sed fortaſſe hæc importunè. Quam tu nobis importunitatem narras? inquit Bajulius. Nunc verò demum perfecta res eſt. Aedes exædificatæ ſunt: tu eas inſtruxiſti. Ego verò ad hominem redeo.

„ Cum hæc tractavit, quaſi ad alia vocatus, ait: πάλιν εἰσί τινα δένδρα, ἅτινες ἔχουσιν ἐκ τῆς οἰκείας ῥίζας φυτεύν. καὶ ἡμῖν ὧνται ἐν αὐτοῖς κλάδοι πολλοί. ὡς σύκα καὶ ἐλαῖαι, τινὰ δ' οὔ. At jam dixit hoc. Eſt igitur verè, πάλιν. Ridiculè verò dicit, ſtipitem à propria radice naſci. Nam unde igitur? ſi non à radice. Et à qua radice? ſi non à propria. Deinde animadvertam, κλάδους hîc ab radice provenire: at ſuprà κλάδους educebat definitione παρὰ τὰς παρυφάδας. Ut idem totum

totum faciat, & partem. Nunc igitur, cùm δένδρον dicit: non quit δάμνον intelligere. Distinxit enim hæc: præsertim quia ponit φιτὸν, non φιτρός. Et tamen exempla dat Oleæ, Ficiq;: at eæ fruticescunt. Hoc, quod dicebamus, doctum oportuit. Quædam nisi colantur, abire in fruticem. Itaq; stolonibus excisis, aut avulsis, arborescunt. Nec locus prætereundus sine portorio. Punica in arborem cultu redacta nihilo deterius frutificat: contrà Corylus, ipsa frequentia popularium fœcundior. Ratio: Quia Punica ad arboris naturam propius accedit: Corylus ad fruticis. Alia in Oleis ratio. Non enim eam ob causam in Italia proceriores, in Provincia breviores: sed hîc apud nos ob Circii vim ne afflictentur. Est enim ventus, ut scitis, ferus admodum. Videte verò hominis vel fidem, vel eruditionem. λάχανα definit, τὰ ἔχοντα ἐκ μιᾶς ῥίζας κλάδους πολλούς. Jam hoc erat δάμνον. Brassicam ubi posuit ad exemplum, fecit primùm, ut addubitarem. Non enim memini à me hac visam facie. Sed certum est, iis, qui stolonibus stipatam viderunt, credere. Quos inter etiam cognoscas Theophrastum. Ex hac definitione sejunges ab oleribus lactucã, quæ λαχάνων facilè princeps est. Nam Catonis de Brassica jactatas religiones nihil moror. Et malum præbet succum: optimum lactuca: si ab herbis optimus potest proficisci. Ab his digressus recenset herbas, quæ stipite carent. Differentia verò sic pote statuenda est. Herbarum quædam surculum exerunt, quædam nullum. Ex iis, quæ caule carent, aliæ florem statim edunt in summo solo, ut

Chamæ-

Chamæleon albus: æliæ ferunt in ligulis, ut Chelydonium minus, Mandragora, Cyclaminus, Asarum: aliæ fundunt ab stipite, non uno modo. In nonnullis umbella, partim conferta, partim sparsa: in aliis alio situ. Quibusdam frequentes scapum stipant, ut in Phlomo. Agrimoniæ in ramos dissiti. Adjungemus his ejus herbæ modum, quam Centum grana vocant, & Laurum Alexandrinam. Sequitur pòst differentia ἀπὸ τῆς διαμονῆς. Quædam, inquit, quotannis gignuntur, & siccantur, ut Triticum. Mihi tamen hac in parte videtur valde mancus. Nam quædam perpetuant: hoc enim plus est quàm διετῆ ζῆν, aut perennare. Ejusmodi sunt Capillares: Quædam non perdurant, atq; diversis formis distinguuntur: aliæ pereunt, neq; renascuntur, ut Triticum: aliæ renascuntur, ut Gentiana. Atq; harum aliquæ perennant, ut Agrimonia: quædam intra anni spatium moriuntur: idq; haud uno more. Triticum plusculum durat: & trium temporum, ac fortasse quatuor particeps est: nimirum autumno satum, æstate metitur. Pusillum trimestria. Quapropter non bonum exemplum duxit à Tritico: neq; enim quotannis nàscitur, nisi seratur. Inde tradit viam & rationem scientiæ triplicem. Syllogismum, exemplum, picturam: quibus artibus plantarum facies pernosci queant. Ut per picturam sit notum nobis, τὸ ὅτι ἐστί. Intelligo verò cum Aristotele ἁπλῶς τὸ ζητούμενον: per syllogismum autem τὸ διότι. Quod falsò negat Avenrois in tota medicina extare usquam: & vix in universa philosophia naturali tres concedat extare demonstra-

monſtrationes. Accipiamus hîc ſyllogiſmum, laxiorem demonſtrationem. Veluti: herba, quia calida eſt, aperit: aut, ut ſubtilius dicamus, quia ſic calida. In quem ſyllogiſmum inducet nos media ratio cognoſcendi, id eſt exemplum. Ut quia radix Aſparagi aperit: etiam Paſtinacæ. Quia Dictamũ venenis adverſatur: etiam Pulegium. Quam rem fuſius agit Theophraſtus: hîc in ſequenti libro ſtrictim. Neq; verò ſolùm fines tractat, ſed figuras quoq;, colores, magnitudines, natalia, frequentiam, exceſſus, & defectus. Nunc autem obſcurè ſatis profitetur: Herbas eſſe quaſdam εἰς δύο ἀναχλινούσας. Vult, opinor, innuere δενδρολάχανα. Philoſophus dixiſſet, ἀπαμφοτερίζειν. Alternationem naturæ ſignificat hoc. Ponit exemplum. Si Ocymum intelligit, quod Baſilicum vulgus vocat, Sotion autem μισόδουλον: hinc nobis in Aethiopiam Abiſſinorum abeundum eſt, ut videamus an arboreſcat. Ibi nanq; maximum: ſed fruticis potius, quàm arboris magnitudine. Et nos aluimus in hortis penſilibus ea magnitudine, ut foliũ Arancij frondes æquaret. Certo igitur nobis fuerit φρύγανον: huic autori an eſſe poſſit λάχανον, videndum eſt. Nondum enim comperi fruticantem. At hujus λαχάνῳ πολλοὶ φιτροὶ ἀπὸ μιᾶς ῥίζας. Quæ verò vocat ἄκρα δύο, accipit: quemadmodum ex Themiſtio faſtigia vertit Hermolaus, genera. Summis tamen generibus ſolis ea convenit appellatio. Sed facetus eſt, cùm dicit εἰς ἄκρα inclinare. Non enim in ſumma, ſed in ima inclinamur. Perſtat verò in ſuperiore culpa, ubi ait: Quaſdam in eadem natura eſſe, & herba, & oleris. “

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 226 sur 521

Nam etiam Phrygani & Oleris naturæ conveniunt in quibusdam. Quæ verò subdit, ecquid capere possim?

„ Quædam, inquit, cum exeunt, spicæ figurā gerunt, ac
„ evadunt arbores postea: cujusmodi ii, qui in Arabiæ dicuntur Benteli. Et planta, quæ nominatur Heliosco-pium. Benteli, apud ipsos Arabes quid sit, quæsitum nō inveni. Si non est Amomum: quid aliud afferā, nescio. Est enim Amomum omninò id, quod Rosam Hieroso-lymi, aut Beatæ Mariæ vulgus vocat. Perplexa sarmen-tilla in racemi modum. Quæ si nihil spirat odoratum, natalium humori atq; vetustati sit attribuendū: non detrahendum speciei, propter accidentium absentiam quorundam. Athenæus in tertio Bentelos conchæ genus margaritiferum prodidit apud Indos. Audite verò no-vum proœmiū inepti hujus. Qui perinde, atq; rem val-de novam, fruticum aggreditur naturam: in qua ta-men defatigatum putabam: nos certè exercuit ad fa-stidium & langorem usq;. Myrtus, inquit, & Malus, & Pyrus eo genere continentur. Quarum rami multi & inutiles sunt ab radicibus editi. Ac propterea decet, harum præponere divisionē: ut ad exemplum faciant, & ratiocinationem. Neq; enim debemus omnium ve-stigare definitiones. At quomodo προδιοείζει, si ne-quit διοείζειν? Et audaciore verbo usus est ὀφείλομεν. Imperiosa negatio. Modestius, δυνάμεθα. Nam profe-ctò sapientis est, persequi definitiones. Sunt siquidem ad scientiam προτάσεις immediatæ. Iste verò nos adeò vecordes existimavit, ut suo jussu speraret obtundere posse aciem perscrutationis nostræ. Nihil enim cordato viro

viro dignius, quàm definire. Quinetiam propoſita in præfatione hac non exequitur: ſed tranſit ad diviſionem cum ſuo πάλιν. Plantæ, inquit, aliæ domi altiles, aliæ hortenſes, aliæ agreſtes. Agreſtes intelligo, quæ humani ſtudii cultu carent. Ergo ſi τὰ κατοικίδια diſtinguit ἀπὸ τῶν κηπαίων: Adonidis horti penſiles non erunt horti: cujuſmodi plurimi in Africa, Hiſpania, Romæ, Genuæ, Venetiis, Ferrariæ, hîc. Recitabo, quod aſcripſi margini, αὔτη ἡ γνώμη, ἢ ἀπαίδευτος, ἢ παιδός. Duo nanq; membra ſunt, ſi ἄγριον eſt, quod humano cultu caret. Non differre autem ſpecie, ſed accidente docebat in Timæo Plato: qui τὰ ἄγρια πρεσβύτερα τῶν ἡμέρων dixit. Habemus apud Theophraſtum, quid ille ſenſerit: nec minus ex Ariſtotele. In nuptialibus Inſtitutionibus declarat Plutarchus, ab agreſti non diſtare mitem genere, ſed modo. In Bœotia conſuevisſe ſponſas Aſparago coronari: ut oſtenderent, Spinam, ex maximè incommoda, mitem factam, atq; humanæ vitæ aptam. ἥμερα melius dixiſſet, quàm κηπαῖα. Quam vocem ad alia quoq; deduxit lacteus ille fons: qui in ſexto de legibus, vias ἡμεροτάτας appellavit, quæ eſſent commodiſſimæ: ad ſaltuum, niſi fallor, differentiam. Quippe munitionibus ad hominum uſum factas aptiores atq; compoſitiores. Sic eodem in libro benè inſtitutum virum eſſe mitiſſimum, rudem verò literarum, efferatiſſimum omnium animalium. Cultura nanq; cicureſcere plantarum more. Non tamen verum eſt, meliores omnes evadere. Iridem ſtudio atque opera noſtra

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 228 sur 521

fieri deteriorem, proditum est. In tertio de causis, Corni fructum, si colatur arbor, mitescere quidem, sed degenerare. Adeò verum est, quod scripsit oraculum in primo Politicorum: Quosdam homines servos nasci. De plantis dicamus idem. Ut hinc quoq; castigetur autor hic: qui mitia omnia meliora esse professus est. Etiam Fœnumgræcum desiderare cultum ullum negant. Crocum verò vel despectum, vel contemptum, vel calcatum melius evenire. ἥμερος Theodorus urbana dicit minus benè. Quando & extra urbes mites arbores sunt, εαὶ ἥμεροι μέν, οὐκ ἄγριοι δὲ, ἐν ἄγρῳ μέντοι. Sed & meliores quàm urbanæ, liberioris cœli beneficio. Quin vos, Minuti, sola ipsa, quæ essent arboribus consita, etiam intra mœnia, prædia rustica nominatis: tantum abest, ut rustica, propter cultum, velitis urbana dici. Post hæc ab actionibus plantarum sumit argumentum multarum divisionum, sed confusè admodum. Primùm à fructu, deinde ab oleo, tum à foliis. Atqui debuit, à foliis primùm: sunt enim communiora, & priora, & notiora tam naturæ, quàm nobis. Tum autem quæ inculcavit, repetit: & contradicit sibi, de sterilitate Salicis. Suprà nanq; Salicis brevioribus ramis flores attribuebat: nunc amovet à toto genere fructum. Sic Homerus Salicem canebat frugiperdam. At Amerina, si ex multorum sententia sit in Salicum censu: suis bacis sive granis infirmet hanc sententiam. Cæteræ verò pannos etiã ferunt, sicut & Coryli: quod & suprà dicebamus. Sunt tamen Salicum genera quædam ad viminum atq; cistarum usum, quæ nullum ferant

ferant fructum. Theophraſtus quoq; in primo de cauſis, inter ſterilia populum numerat, & Salicem, & Sambucum. Verùm de aliis cum viderimus, de Sambuco non patiar illudi nobis: Umbellam enim ſpargit admodum odoratam: & è flore bacas. Quædam etiam Quercuum genera negavit fructum ferre. Nos ſanè aliquot pumila Roborilla ſterilia novimus: ſi glans exigatur. At Gallam ex iis legimus grandem oppidò. De oleo verò perridiculè. Oportuit enim membra digeri alia. Et de eo jam ſuprà dixerat. Sic igitur fortaſſe melius. Quædam vinum, quædam oleum, quædam lac, quædam reſinam, quædam aqueum, idq; album, viride, croceum, cruentum, nigrum. Nonnulla liquores alios, qui ad hoſce referentur induſtria atq; æquanimitate philoſophorum, ex Indicis navigationibus. Laxè verò nimis loquutus eſt, ποιῶσι φύλλα. Tam facit arbor folia, quàm vel corticem vel radicem ipſa: homo verò vel pilos, vel ungues. Pars ſiquidem arboris folium eſt, ſicut & Aquilæ penna. Verùm vulgi morem ſequutus videtur: quemadmodum nos quoq;, cum dicebamus, hanc eſſe arboris actionem. Illud repetit imprudenter: Quibuſdam folia fluere, non item aliis. De ramis autem inverecunda negligentia. καὶ τισὶ μὲ γίνονται κλάδοι, τισὶ δ' οὔ. Sic enim potius: partim à ſpecie, partim à locis. Nam ſparto & junco forma nullos quæſivit ramos. A locis autem non privationem, ſed copiam, proceritatem, craſſitiam, rectitudinem, rigiditatem, & his contraria. Item ab ætate. Sic & de foliis aridioribus, & gelidioribus: item è contrario ni-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 230 sur 521

mis uliginosis & æstuosis citius amitti. Amygdali novellæ etiam sævissima hyeme frondes pertinacissimè retinent sub ver usq3. Tum alia differentia, de qua suprà dicebamus. Situm quædam mutant antè quàm cadant, ut Salicis: invertuntur enim solstitio hæc. Quædam μαθηματικῶς non amittunt, quia non cadunt: ita quantitate continuantur: at φυσικῶς amittunt, quia non amplius vivunt frondes. Postea colligit ex partibus hîc propositis, multa de plantarum differentiis dici posse, quæ hisce verbis enumerat: Magnitudo, parvitas, deformitas, bonitas fructuum, pravitas. Sed statim confert agrestia cum hortensibus: quoad exigit natura fructuum. Non igitur propositas partes exequitur, ut dicat majora hortensia, proceriora, speciosiora: eorumq3 fructus præstantiores. Sed fertiliora dicit agrestia genera, meliores hortensium fructus. Notanda verba, μᾶλλον καρποφορῆσι τὰ ἄγρια. Jam dictum est, admittere cultum quasdam, atq3 inde consequi fœcunditatem. Succum, quem requirebant, nactæ uberiorem, & melius degunt, & plus ferunt, ut Vites. Aristoteles fortasse sic loquutus esset: τὰ μὲν ἄγρια ἀφθονώτερα τῷ καρποφορεῖν· τῶν δὲ κηπαίων ἡδίω οἱ καρποί. Nanq3 sic intelligas suaviores. In Sorbo & Cydonio minus suaves agrestes sunt, & præstantiores tamen. Hoc enim quærimus in asperitate ad remedia, non ad cibum: sicut ad victum quoq3 in agrestibus malis student Cantabri. Vegetiorem, atq3 uti dicam, experrectiorem premunt succum ad potum, vini vice. At ex miti malo qui fluit liquor, is mollior, languidior minus vi-

nus vibrat virium, minus tangit gustum. Eas vitium vicarias vocant Avarcas. Attendendū ex Theophrasti lectione, quid ille super hac re sentiat. Idem quoq; in libro de causis primo, fructuum ubertatem attribuit agrestibus: quos ob copiam perducere nequeant ad maturitatem, licet arbores ipsæ sint valentiores. Putet tamen aliquis, si magnitudo fructuum mitiorum cum agrestium copia comparetur, paria facturas. Succi verò contumaciam causam esse, quominus percoquantur, id quod μόλυνσιν vocat Philosophus: nobis, qua id significemus, nulla propria vox est. Proinde in eodem libro rectè observatum est, mitiorum nucleos multò minores esse, quàm ferarum. Dilutior enim succus. Intelligemus tamen abesse oportere nimiam soli ubertatem, ibidem nanq; disputatur, arborum fructus luxuria degenerare. Fit siquidem, ut succi plus suppeditetur, quàm possit perfici. Ad eam rem exemplum è ficu peti, quamquam in Græcia tantùm. Illæ in terra non matureſcere, nisi aut pertundantur, aut scalpantur, aut oleo perungantur, ut eis ægrè sit. Esse verò plantis oleum inimicum, & apud Theophrastum meministis, & in sexto de legibus scriptum est. Herbæ quoq; haud continuò nitidiores omnes, quæ locis latioribus: si Dioscoridæ credimus, Leucadem montanam latioribus esse foliis, quàm campestrem. Acutior illa divisio fuerit. Quasdam cultu mitescere, ut Cydonia: quasdā in sua natura cohiberi, quominus degenerent, ut Sisymbrium: alias fieri deteriores, ut Iridem. Nonnullas contemptū contemnere, ut Fœnum græcum.

Pueriliter autem mox dividit sic: Siccis aliquæ proveniunt locis, aliæ in mari, nonnullæ in fluviis, quædam in rubro mari. Distinxit ineptus à mari mare rubrũ. At sinus omnes simul, & Oceanum Philosophus unum mare facit in Meteoris. Hic igitur etiam russum hominem ab homine separet. Rubrum dixi Erythræum: non quod nesciam ab illo colore dictum, tametsi pingitur ita: cæruleum nanq; est. Sed à cognomine rege nuncupatum, conqueratur de rusticitate Opicorum nostrorum, rerum omnium rudium, præterquam occupandi aliena. Qui pari vel inscitia vel negligentia τὰ βεάχωα in mari, Brevia nominarunt. At equidem malim, Fremia. Non enim quia βεαχώα, sed quoniã βεάζει. Quemadmodum ὑάδας malè quoq; nominarunt, si Suculas παρὰ τὼ ὖν, non autem Succulas ἀπὸ τ ὕειν dictas statuere. Hæ verò loci differentiæ, quæ sicco & humido continentur, cùm sint maximè universales: quippe statim ipsorum elementorum jure optimo debuerunt aliis anteponi. Sic ergo poterat, opinor, commodius. Quædam siccis, quædam humidis. Intelligo nunc sicca medicorum more, non ut Physici vocant, ea, quæ penitus humore carent, sed quæ aperto aut mediocri humido. Humida verò loca distinxisset hunc ad modum: Aut in humore nasci plantas: aut prope, ut in ripis: aut alio modo, velut ad parietes, aut rupes: in quibus aquarum halitu, vel aspergine, vel appulsu concreantur, ut Adiantum, Lichen. Ab humoris partibus sic: In humore, aut summo, ut Lenticula: aut ab radicibus, ut aliæ multæ. Item aliquas nunquam emergere,

mergere, ut Algarum genera. Aliquas extare, ut Aquapium. Ab humoris differentia, aut in perenni, aut in ſtante, aut ubi fuit humor, neq; amplius eſt. In reſiccatis enim prodit Xanthion. Poſt hæc à qualitate. In dulci, in ſalſo. Plutarchus in libro de cauſis naturalibus, negat, aqua marina plantas ali. Cui rei cauſas aſſignat quatuor: craſſitiem, qua ſubire nequeat: gravitatem, qua impediatur aſcenſio: vim deſiccandi, qua tollitur alimentum: & poſtremò pinguedinem. Marinæ pinguitudinis argumentum eſſe, quòd ardeat. Pannos quoq; non poſſe lavari marinis aquis, ut in nitorem dentur: neq; verò celeriter exiccari. Cæterùm prima cauſa nulla eſt. Neq; enim tam craſſa fuerit, quin tranſmitti queat per meatus plantæ. De gravitate verò perridiculè. Nam è mari nebulæ tolluntur à Sole ſolo: tantò facilius à Sole, & à plantæ vi. Quaſi verò non & terreſtres partes cum aqua ſubeant ſimul: quæ aqua pro alimento plantis omnibus futura eſt. Nam eſt id à Philoſopho ſcriptum in ſecundo de generatione, verbis nectareis: ὅσπερ ἂν δόξειεν μάλιστα μόνῳ ἐνὶ τρέφεσθαι τῷ ὕδατι τὰ φυτὰ, πλείοσι τρέφεται. μέμικται γὰρ τῷ ὕδατι γῆ. διὸ καὶ οἱ γεωργοὶ πειρῶνται μίξαντες κόπρον ἄρδειν. *Ejuſmodi quoq; vim ſiciorem deberi dicam marinis plantis. Sunt enim quædam etiam terreſtrium tum ſicciſſimæ, tum pauciſſimo contentæ alimento: Velut Africanæ feræ, quæ rariſſimè bibunt. Eſt etiam inter illas quædam, quæ nunquam bibit. Eadem injecta in os aqua (ejus nanq; rei periculum factum eſt) interit. Spina Aegyptia in*

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 234 sur 521

ſabulo & excocto, & ſalſo naſcitur. Botrys apud nos, & Pulicariæ, & Crithmum, & ea, cui ego Tomentillæ à candida molliq; lanugine, ſi per doctos licet, nomen facere auſus ſum. Præterea pugnant inter ſe oppugnationes illæ duæ. Exiccat alimentum: haud facilè exiccatur. Nemo quoq; eſt, qui neget, pingue aptum eſſe ad alendum. Ad hæc quot reperiemus pingues arbores, frutices, herbas, oleo, reſina, lacte. Nam & ex Platano factum fuit oleum. Quot invenientur plantæ ſalſuginem præ ſe ferentes? Veluti Matricaria tenuifolia, Ciceris genus, & Lupini. Longè ſapientius Ariſtoteles. Ubi res conſtet, ſi opinio adverſetur rei: quærendum rationem, non rem ignorandam. Ita contra Parmenidem, Zenonem, Pythagoreos, Megarenſem ſectam cum pugnat armatus, tum nos armat ad vincendum. Theophraſtus in quarto, adhæreſcit ei ſententiæ, quæ fovetur à nobis hîc. Sanè verò in mari quoq; ſemina ineſſe vitalia: piſces argumento ſunt: quorum Capitones, & Labeones, & Mugiles aluntur limo: quem in ſtagnis marinis atq; in æſtuariis cum guſtarem, adeò ſalſum comperi, ut mihi fauces uri viderentur. Et ſtatuendum nobis cenſeo: piſces nobilioribus naturæ legibus animantes eſſe, quàm arborum quamlibet etiam nobiliſſimam. Ideo Theophraſtus in quinto de cauſis ait: Halimon, & Ederam ſalſugine ſua connata necare ſtirpes. Pernicioſiorem Halimon. Quomodo igitur non alentur ſalſis, quæ ſalſa ſunt? An ſi mutant in ſalſuginem ſuccos dulces, non admittunt ſalem ſi nactæ ſint? Itaq; in ſecundo, Plantas aliquot

quot ſui eſſe generis: nec niſi propter mare, quaſi ſalſedinis appetentes, ali poſſe. Quin Palmam ipſam aggeſto ſale plurimùm juvari. Quemadmodum & inter olera Betam, Braſſicam, Rutam, Erucam. Crethmon ad hortenſes parietes frequentibus urinis fortè perfuſum, lætiſſimum evaſiſſe deprehendimus. Nimirum maris accola, ſenſit à maris affini beneficium. Androſthenes ita narravit: in Tylo inſula Rubri maris aqua ſalſa fieri nitidiores arbores: eamq; ab hortulanis peti ſolitam poſt imbres ad irriganda ſata. Theophraſtus quoq; in eo, quo dixi libro, de Rubri maris arboribus loquens, ait eas contraxiſſe naturam ejuſmodi, ut alantur mari. Contrahi nanq; naturæ leges conſuetudine. Id quod & Hippocrates ſcriptum reliquit in libro de aëre, & aqua: & Ariſtoteles in viceſima-octava ſectione, conſuetudinem dicit eſſe, magnam rem. Quare in quarto de cauſis idem prodidit Theophraſtus: Thraſium triticum etiam in meliora tranſlatum nihilo maturius germinare: propterea quòd è natalibus adventitiam naturam contractam adjunxerit ſpeciei. Ita verò demum, ſi conſuetudo non ſit adverſatrix naturæ. Neceſſe eſt enim à principiis id deduci: quæ principia, ſicut ait Philoſophus in octavo Metaphyſices, περὶ ὑπάρχει. Ita duplicis naturæ ſunt. Aut conſtituunt: velut forma Trimeſtrium facit, ut intra nonageſimum diem matureſcant. Aut non repugnant: ut Triticum illud ſerius enaſci poſſe. Itaq; ſi ad primordia, quibus planta conſtat, poteſt acceſſio fieri conſuetudinis, qua ſalſugines admittat ad

alendum.

alendum: hoc ipsum, salsis ali posse, affectus erit aliquis à primordiorum illorum consensu fluens. Secundum hæc apponit divisionem ex affectu quantitatis, qui designatur à locis. Nempe siccis quæ gaudent, læduntur humidis. Ideo crescunt minus. Ineptè verò interponit hîc: Quippe discerpsit membrum sequens. Quædam, inquit, in ripis fluminum, quædam in lacubus. Sequentem quoq; divisionem mutilam fecit. Quædam, inquit, earum, quæ proveniunt locis siccis, nascuntur in montibus: quædam in planis. Sic enim debuit: In planis non uno modo, terrenis, sabulonibus, arenosis, argillosis. In aliis: ut collibus, rupibus, montibus, muris, parietinis, sepulchretis. Item à tempore, temporisq; affectibus, æstivas, hyemales, apricas, umbratiles. Mox tamen attingit partes minutiores, cùm dicit: Siciſsimis vivere locis aliquas, ut in Aethiopia: quæ in terra melius quàm alibi proficiant. Tum Minutius: uter verò tibi siccior videtur locus: saxúmne in provincia, vel Calabria, cujus superficies obducitur musco, an Aethiopicæ terræ solum? Et ille: O Minuti, ut semper ad manus habes tela, quæ etiam fugientibus intorqueas. Mihi verò hoc repentè nimis objectũ est. Quando igitur neq; antea provisum, neq; nunc meditatum quicquam habeam: te, quem par est excitatum re dubia, cum veritate quippiam decidisse: nos illis impartiri æquius est. Age verò sodes, fac, ut si quid in ea prospexisti, ne nos quoq; nesciamus. Habebis ergo, inquit ille, quod judices, non quod ediscas: Humoris mihi videri triplicem modum, qui ad terræ naturam pertineat.

neat. Unum, ubi humus ſuapte vi uda eſt: unde & audis appellationem. Talis enim eſt etiam non compluta. Alter eſt, qui extrinſecus appellitur ad terram, quæ intra venas nihil habet tale. Tertium agri genus eſt, quod neq; intimum continet humorem, neq; reficitur extimo. Prima ſors obtigit terris noſtris. Alterius generis eſt Aegyptus, quæ ſtatis Nili crementis inundatur. Item Cyrenaicus tractus: quibus tantum nocturni reponunt rores, quantum exuggitur æſtu diurno. Poſtrema ratio initur in Aethiopia, quæ neq; ex ſeſe exudat, neq; rores bibit. Ros nanq; pars humidi tenuior eſt ab Sole ſublata, neq; dum mutata in aërem. Quam iccirco rurſus nocturnum gelu circumventam cogit in guttas. Ideo neq; nubilo cadit, neq; magnis æſtibus: & ſerena bruma pruina fit. Ergo ſaxum in Sicilia aut Liguribus aridũ eſt ipſum: ejus verò ſuperficies aëre adhæreſcente humeſcit, ſuoq; efficit frigore, ut aliquid craſſioris citius concreſcat: unde guttas etiam videmus. Ita cujuſmodi ſorte ſolum afficitur, vel rore, vel irrigatione: ſaxum aëris concretione comparatur ad muſcum excitandum. Cæterùm hæc cum ad eam partem, quæ plantarum tractat generationem, potius pertineat: malo hîc finem facere, quo per me tibi liceat exequi reliqua. Faciam, inquit ille. Summa hujus ſententiæ videtur eſſe: Tenue ſolum amare nonnullas, pingue alias, quaſdam aliuſmodi. Sic pingui Triticum benè habitum eſt: Secale infeliciore: Hordeum levi, ac ſolutili. Plutarchus in cauſis naturalibus memoriæ prodidit proverbium agricolarum: εἶτον ἐν πηλῷ, κεῖθι δὲ.

δὴν δ' ἐν κόνει. *Valentißimum enim quodq; plurime egere nutrimento. Verùm eſto. Sit triticum Athleta lacertoſus ille, cui appares multa millia coliphiorum. At cum parem fortunam ſtatuit, ut æquè degenerent mutato ſolo: videtur injuriam facere meliori conditioni. Degeneret ſanè triticum, defraudatum demenſo ſuo, quantum de natura penu debebatur. At hordeum ſi lætiori mandetur ſulco, quare non fiat melius? An verò concoquere non poteſt, quod nimium eſt? Ac de his ſic in præſentia. Nam equidem alia habeo, de quibus haud ita facilè judicetis. Sunt enim formarum actiones occultiores, quàm ut extare atq; deprehendi queant per elementares qualitates. Sic Gammari fluviales afferunt capiti gravitatem: marini Cancri etiam temulentiæ veſtigia ſimul, ac dolorem: at Sues eorum eſu levari cephalalgia Plutarchus in eodem libro ſcriptum reliquit. Non adducam Hyoſcyamum, & Cicutam, aliis venena, aliis eſſe cibos animalibus. Afferam minus tritum illud: Cannabini ſeminis viſteriles* „ *homines, gallinas fieri fœcundiores. Subdit deinde:* „ *quaſdam celſis locis, alias humidioribus vivere. Hanc diviſionem anteceſſiſſe oportuit. Celſum, ſive editum, ac depreſſum, ſive humidum, differentiæ loci ſunt primæ. Referuntur enim ad partes univerſi, vel medii puncti, quod centrum vocant, vel ſummi ambitus, quã dicunt circunferentiam. Hujus rationem montes obtinent: illius ima, ut valles, & campi. Subtilius tamen per voſmetipſos intelligetis, quàm quo modo hic inſtituerit docere. Nam earum, quæ in campis ſunt, pauca admo-*

admodum, aut nullæ, in præcelsis vivunt saxis. E contrario, quæ summis præruptis oriuntur, in campos demissæ, complures melius habent. Largior enim munificentia naturæ suppeditat quantum usui futurum sit, quantumq; ex iniquitate loci deesse videbatur. Siquidem, ut est in tertio de causis disputatum, montanis radices breviores, & brachia curta admodum, si cum campestribus conferantur. Sunt etiam quæ utrobiq; vivant, tertia naturæ commoditate, ut Adiantum. Neq; enim vel plana, vel edita contemnit loca, modò sint illa uda, & saxea. Etiam ex opacis sepibus Trichomanes legi manu mea. Et passim prostat alioquin altis rupibus, iisq; Soli expositis, ex aquarum procursu aut aspersione ortum. Quemadmodum verò loci locatiq; proportio sit accipienda, solus Aristoteles divinitus, ut omnia, docet. In frigidis animalia quædam frigida propter similitudinem atq; cognationem collocata sunt à natura. Frigida quædam in calidis ob temperationem: & è contrario. Asinum sicca frigidaq; temperavit crasis. At idem frigoris adeò impatiens est, ut in ejusmodi regionibus morte luat impatientiam. Quædam in contrariis agitant propter victum: ut quæ spirant in aquis. Ab aquis enim victum capere, aërem trahere nequeunt. Iccirco data eis fistula ad hauriendum spiritum, aut alia commoditas, qua possint ab illo abstinere. Idq; duabus legibus. Nam quædam supprimunt diu, velut Mergus. Alia diutius, ut Crocodilus, Hippopotamus: quibus cor humidum, Pulmo spongiosum, humoris ejusmodi plenus,

ut ex

ut ex eo fieri facilè queat spiritus, quo Cordi consulatur. Alia diutissimè. Quippe sub Canicula totos illos dies latet Delphin. Et vereor ejus latitationis causam multo magis latere nos, quàm Delphinum ipsum. Natura enim hæc temporaria est, non perpetua. Nec ad Pulmonem confugiemus, sed ad cor, prætextu aliquanto verecundiore: dicemusq; tum paucissimum illi calorem inesse, nec egere ventilationis. In hac contemplatione satis manifestum est, nos ab Empedoclis sententia longè diversos abire. Is putavit piscium concretionem calidissimam, atq; ob id in frigidissimum ablegatos elementum. Ubi non supinè prætereunda sit Galeni sententia in tertio artis: Habitudines conservari similibus, aëre, victu, exercitio, aliis. Nam ut verum hoc est, ita patitur multas causas dubitationis. Juvenis calidus in secundo gradu, si aëre calido, victuq; gradus ejusdem utatur, item vestitu, exercitio: quibus dã visum est, tot ex caloribus illius calorem auctum iri. Verùm haud ita est. Omnes enim calores illi unum ad gradum perveniunt, atq; in eo sistentes sese finem faciunt. Sed de his satis. Aliquibus plantis expeti loca siccora, quia siccæ sint ipsæ. Aliis contraria, quia nimis humidæ. Melones ergo sabulosis melius proveniunt. Cæpe quoq; tenue solum magis amant: in eo & optima, & grandissima: in uliginoso marcescunt. Ea de causa si serantur aridiora, commodius exeunt, plus proficiunt. Id quod in 20. sectione scriptum est. Viscida nanq; valde sunt. Propterea reposita etiam germinant. Quippe opulenta natura sibiipsa solum semen

ſemen, planta eſt. Nam & calor multus vivificus, & humor plurimus, ſed is, qui neutiquam propterea resolvatur, quin turgeſcat in vitam. Idem evenit Pulegio proportione quadam. In carnariis enim floreſcere prodidit etiam Plinius. Piſorum umbilicum in ligulam ſeſe promovere, ac porrò ſurculi faciem meditari vidimus. Sic & Fabas, & Caſtaneas, & Triticum ipſum. Hæc à ſitu ſic. Nunc à qualitate alia diviſio: Sunt, quæ ſiccis, ſunt quæ gaudent udis. Siccißima ſectantur, quæ ſummis rupium ſpectamus labris. Hærent enim radice, penè dixerim, nulla. Inter hæc eſt, Os Leonis, cujus meminit Columella. Verùm idem humidis quoq; provenit. In umbroſis autem florem gerit candidum, alibi puniceum: quod & Violis Martiis evenire conſtat. Vidimus & minus Centaurium pro locorum qualitatibus eadem affici coloris mutatione. Nec remiſſo animo intuendum hoc: ſi quidem albeſcit cera Solis vi: umbræ ignavia flores albeſcunt illi. Quia tollitur à cera mel, eaq; partes expirant, quarum tenuitate conflatur color. Sic & à roſa ſerotina, poſteaquã diu ſub Sole ſteterit. At quibus ab umbra comparatur albedo, in iis aqueus humor inelaboratus obruit eam tenuitatem, de qua ſuprà dicebamus. Colligit dehinc: plantas à locis multas ſortiri differentias: adeò, ut aliquot natalium infelicitate dicat eſſe feliciores. Nam cùm humor anima penè plantæ ſit: quæ tamen oriantur in Aethiopia, ſi ſint translatæ: meliore neſciant uti conditione. Vox hæc, παρὲξ, non ſemel poſita eſt in hiſce libris, pro eo, quod eſt, præterquam. In libello, qui

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 242 sur 521

inſcribitur Ariſtotelis de ſignis, ejus uſus eſt pro, iccir-
co. At enimvero diligentius hæc ſunt perſpicienda:
quoniam locorum viribus nequaquam videntur præ-
ſcribi plantis differentiæ. Differentias intelligo ſub-
ſtantiales. Nullo nanq; naturæ opere uſquam factum
fuit, ut ab accidenti ſubſtantia mutaretur. Etiam ex-
actius ſpecum hanc introſpiciamus noſtro more. Non
„ enim, quod ait, ex iis, quæ profitetur, colligi poteſt. In
„ ſiccis, inquit, aliqua tantum degunt: non igitur in hu-
„ midis ea mutabuntur, ſed interibunt. In locis verò ſte-
rilibus quid animadverterim, libet recitare. In ſum-
ma rupe Leonis dentem reperi, ſcapo quidem vegeto
atq; ſurrecto, verum ſine flore, faſtigio acuto, Junci fa-
cie. Cum ei florem excidiſſe exiſtimarem, circunſpexi
atq; ibi toto eo tractu multæ perſimiles plantæ, alia
novellæ, adultiores aliæ: omnibus ſcapi ſimiles, flos nul-
lus. Ut niſi foliola, quæ latitabant in gramine, rem
prodidiſſent, etiam nunc faterer me neſcire, quæ fuiſ-
ſet herba illa. Redeam ad locorum qualitates, ſi pe-
„ hunc liceat. At his relictis abit ad eorum abitum: Ali-
„ quas tranſponi nolle: nonnullas fieri tranſpoſition
„ meliores. Hoc verum eſt. Amygdalus melior fit: Pinu
autem perit. Potuit etiam ſic: Adultas non tranſ-
ferri. Frequenti translatione fructificandi vigor he-
betescit. Adeò puſilla prunella protulere Pruni quar-
tum translati, vix ut ad trientem ſteterint. Theophra-
ſtus ſcribit, Siſymbrium frequentes efflagitare tranſ-
„ motiones. Perpendamus verba porrò: τινὰ μὲ τῇ γ
„ πεπήγασι, καὶ ὑ φιλῶσι χωρίζεσθαι ἀπ' αὐτῆς· τινὰ δὲ ἐ
τόποι

τόποις κρείττοσι μετατίθεσθαι. Quid? Hærent terræ, atq; ideo nolunt ab illa separari. At quæ transponuntur, ea nónne hærent item terræ, sed ita, ut nolint à terra separari? Est enim terra matrix. Præterea capiamus τὸ κρείττοσι, relativè. Meliora illis esse loca hæc: non autem ἁπλῶς κρείττω. Quando in nitidiora translatæ Conyzæ minus vivunt diu, minus Matricaria tenuifolia, minus Botrys. ἐς τόπους, ἀτλικώτερον. Et fastidium peperit illud toties inculcatum. Alios alibi fructus esse meliores. Post hæc à partium qualitate differentias colligit asperitatis, & lenitatis: seu quis mavelit à situ partium. Ne obtundant nos, vel qui scindunt, vel qui fasciatim miscent prædicamenta. Hic Minutius. Nunquam te pœnitebit prudentissimæ istius modestiæ, cujus cum admirabili humanarum divinarumq; rerum conjunctione, sapientis nomen apud omnes bonos es consequutus. At hoc nostrum seculum quónam fato evenisse dicam: ut & pro curiosis damnet omnes scientias, & nihilosecius de quacunq; re proposita tum disputare, tum judicium facere audeat? Certè ambitio, ubi accessit ad ignaviam, arrogantiam parit ex insciția. Hominum genus hoc in marcido otio suo negotiosissimum, dum fastidit omnia, semper aliud agens, sui quisq; dux extitit. Itaq; eorum gloriæ vides eventum. Sed ad prædicamenta. Satis, inquit ille, de his: nisi hujus impuritas orationis bonam sententiam distorsisset. Nam cum Philosophus oppositas hîc differentias statuisset, lenitatis & asperitatis: interpresita deformavit: τινῶν σκληρά, τινῶν

„ τινῶν δὲ λεῖα. Durum objecit leni, pro contrario. At μαλακὸν, unde noſtrum, malus, contrarium dicit τῷ σκληρῷ. Aſperum verò, quod eſt τραχὺ, τῷ λείῳ, unde „ noſtrum, lævis, interpoſito vau. Poſt hæc à figura: ut „ quædam ſciſſa, quædam non. Utitur exemplis Vitis, & Fici, in re manifeſta non neceſſariis: quod factum oportuit in obſcurioribus hiſtoriis, nec factum eſt. Ruellius, ut ſemper, diligentiſſimus fuit in foliorum recenſione. Sic tamen animi gratia perſtringamus. A figura: orbiculata, ut umbilico Veneris: peneorbiculata Cyclamino, Chelidonio minori, Aſaro: oblonga Hyſſopo: plana maximè parti: teretia Sempervivo minori: oræ continuæ Ariſtolochiis: criſtatæ Lauro: ſerratæ ulmo: obtuſis denticulis Scordio: dentatæ Cichoriis duobus: ſinuatæ tertio Cichorio, quod Monachi vocatur caput: furcatæ Caucalidi: digitatæ Elleboro, Aconito: pinnatæ Filici: capillatæ Fœniculo. A ſuperficie, aſpera, mordacia, aculeata: Borragini, Urticæ, Cinaræ. Aculei, aut à ſpecie perpetui, ut Ilici: aut ab ætate in ſpecie, ut Soncho. Pro foliis ſpinæ veræ, ut Corrudæ: quaſi ſpinæ, ut Junipero. Tenuia multis: craſſa Portulacæ. Pediculo annexa maximè parti, recto, flexo, longo, curto. Prodeuntia ſine pediculo, ut Lilio. Item à locis plantæ: Ab radice, à ſtipite, à ramis, in ſummo, in imo. Mucronata Iridi: obtuſa majori parti. Hoc ad figuram. A quantitate, magna, parva, lata, ſtricta. Ab alia quantitate: ſingularia, frequentia. A relatione, & ſitu: conferta, ſparſa. A colore, viriditas penè omnibus, ſed aliis alia. Paucis pallida, ut Atri-

plicis

plicis ſpeciei. Item rubra, ut alteri ſpeciei, & Betæ. Huic natura: nonnullis morbo ſub autumnum interitura: Rubo, Viti, Malis. A ſitu ſurrectæ, pendulæ, pandæ, curvæ, criſpæ, convolutæ, ſinuatæ, ut lactucis. Striatæ, nervatæ, venoſæ, anfractuoſis canaliculis. Et quæ in ſuperioribus omiſſa, ad ea referri debent: mollia, rigida, carnea, coriacea, lenta, fragilia, ſplendida, triſtia, lanata, hirſuta, odorata, acida, amara, ſalſa, dulcia, aſpera, inſipida, continua, pertuſa: qualia plantæ, quæ Roſellam gerit Aethiopicam: aut quaſi pertuſa, ut Hyperico. Deinde à ſuccorum differentiis. Cæſia etiam ſunt altera ex parte Biſtortæ. Cyclamino autem rubra. Communis omnibus dilutior color in ſuperficie inferiore. Tum affectus, tremendi, cadendi, permanendi, & ſolſtitialis inverſionis. Sed ad alia. Partem deinde connumerat, quam tamen non faciat partem. Ait enim: Arborem quandam, ipſam quidem nihil eſſe, niſi corticem. Hic erat opus exemplo, quod certam ac notam faceret rem ambiguam & ignotam. Eſt præterea vox una, cujus officium me latet. Sic enim ſcribit: τινὰ δὲ φυτά εἰσιν ὅλῳ φλοιὸς μεσταί Nam quomodo cortex exiſtat in plantæ medio? Aut quo tandem modo in medio eſt, ſi præter ipſum nihil eſt? Opus eſt ergo divinatore. Sed abſtinere præſtat, & vota facere Ferrerio. Faceſſam, inquit ille, negotium magis. Hic enim ſic: Aliæ totæ cortex ſunt, medianus. Librum ergo voluit dicere. At is in omnibus ſanequam βλιτυώδης, & membranæ propior. Qui ergo ſtabunt? in plantis nanq; oſſium, molliorumq; partium ſubſtantiæ

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 246 sur 521

confusæ sunt, ad consistendi firmitatem. In animalibus separata: idq; non uno modo. Quibusdam enim intus sunt, ut homini, avi, piscibus quibusdam. Aliis ossium vicaria firmitudo extra. Ut testaceis omnibus, & crustaceis, locustaceis & ejusmodi. Quo exemplo malim equidem esse corticem verum extimum, quàm librum interiorem: ut saltem stare possint. Est enim stirpium erecta ad Cœlum natura, nostræ perfectionis æmula: Cœli appetens longè, quàm nos, felicius: qui frustrà spectamus ipsum: nec, nisi terram sapimus. Tu verò perge. Hinc partes, inquit, enumerat
„ ἀπὸ τοῦ ἔχειν. Ita discurrit per alia prædicamenta. Quæ-
„ dam habere filamenta, quædam carere eis. Ponit exemplum calamorum: sed ejus, quæ caret, adduxit nullum. Paucis enim, sicuti dicebamus, obscuriora sunt, ut Carpino. Tantò diligentius accuratam oportuit historiam. Populus quoq; præsertim alba minus habet expressa: habet tamen. At omne lignum scissile est, idq; nervulorum merito, quos ἶνας suprà dicebamus, hîc δεσμοὺς. Galenus utroq; nomine in nervorum atq; musculorum compositione, tum alibi sæpè, tum in libro περὶ παλμῶν. Præterea nulla planta venis caret. At venarum parietes omnes ex villis ejus-
„ modi texti sunt. Ab eodem prædicamento sequitur a-
„ lia differentia: Nonnullæ spinas habent, aliæ non. Hæc quoq; acutius sic: Deponi cultu spinas Pyro, Asparago, aliis. Apponenda etiam figura spinarum, etiam situs, etiam substantia. Non enim ejusdem cum stipite substantiæ sunt in Rosa: at in Spino sunt. In hoc recta, in

ctæ, in rubo aduncæ. In ſtipite, ramis, foliis, fructibus. Concolores Pyxacanthæ: Cynobato diſcolores. Quædam connatæ, ut Rhamno: quædam agnatæ, ut Lactucæ. Quare prudentius atq; utilius poneret, quæ omiſit: quàm, quæ poſuit, repeteret. Sicut & nunc: "Habent, inquit, quædam ramos multos. At hoc quoties dictum eſt? Longè verò maximus error ſequitur: "Iis aliquas præditas differentiis, quibus edant ſtolones: "alias non ita. Ejus rei cauſam attribuit radici. Neq; "verò nos moveat, quod ait in quarto de cauſis Theophraſtus: Herbæ mutationem radicis cauſa contingere. Nam neq; cauſa ſola eſt, neq; tota. Omnino verò ſtolonum cauſa non eſt, niſi plebi, penes quã ſenſus imperium eſt. Stolonum, & radicis ipſius, & omnium partium forma cauſa eſt. Sobolis autem generatio tam eſt à radice, quàm ſtipes ipſe primarius. At quis dicat, os eſſe animalis cauſam? At radix os eſt. Mutat verò plantam non radix, ſed id quod radicem mutat: Cœlum, ſoli ſuccus, cultus, alia. Exemplum quoq; afferamus iſtis, quibus rationes ſophiſmatum nomine fœtent adeò. Eadem radix nullo mutata modo: alios primùm, alios deinde, cum accepit leges inſitionis, fructus edit. Eadẽ in arbore plures fructus videmus diverſarum ſpecierũ. Non mutat ergo radix. Maxima radix puſillam gerit plantam, ut in Rapo: puſilla maximã, ut in Pino. Sic ſanè magna, parva, longa, brevis, perpetua, trunca, globoſa, ſimplex, fibrata, collecta, ſparſa, profunda, ſuperficiaria, craſſa, tenuis, mollis, rigida, lenta, criſpa, æquabilis, recta, flexuoſa, denſa, fungoſa,

 carnoſa,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 248 sur 521

carnosa, corticosa, lignosa, orbiculata, turbinata, singularis, multiplex, hirta, lævis, lucida, scabra, muccosa, succulenta, sicca, lamellata, uniformis, friatilis, solutilis, coctilis, esculenta, gravis, levis, alba, lutea, rubra, nigra, beneodorata, fœtida, dulcis, amara, idq; genus aliæ comperientur in arboribus, frutic̣ibus, herbis, differentiæ æquè multæ plurimis. Quis enim mentis compos neget in Myrto, Fico, Punica, Olea, ferre & arborem, & fruticem? De radice verò Scillæ quid, quóve
» narret modo, videndum est. Quædam, inquit, unam
» tantùm radicem habent. Hæc oritur de solo, & exili-
» ter prodit: propterea quòd subtus dilatatur. Sequente
» verò tempore magis distinguitur à Sole. Cùm enim ad
» eam appulit, auget ipsam. Idem etiam agnascentes
» bulbos educit ex inferiore parte. Hæc ille non parum obscurè mihi, cùm Græcè legerem: an planiora fecerim nescio. Simul ad Ferrerium respexit, & conticuit. Edico tibi, inquit ille, ne quid expectes aut novi aut magni. Quod tu exiliter dixisti: hic rarè. Neq; bulbos, ut tu, sed surculos scripsit. Fortasse, inquit Bajulius, quàm nos melius. Hic enim est, παραφυάδας ἐκμυζᾷ. Quia nondum memineram ex eadem radice stolones adnasci: malui per me indicatos bulbiculos vetustæ matrici agnatos, unde aliæ squillæ educerentur. Quod verò magis placeat, facit verbum ἐκμυζᾷ. Emungit enim bulbos nova sobole, quam educat. De adverbio non est laborandum: quippe hîc quoq; importunum est, ἀεργιῶς. Hoc equidem rarum significat. Verùm aliud poscit sententia. Nihil enim succi subest verbis

verbis illis ἀεραιῶς πεφύκεισι. Pedetentim, & raris passibus: metaphora dura, atq; insita. ἀεραιὸν denso opponitur, non autem vegeto, aut celeri. Summa hujus apotelesmatis est: Solem sursum educere. Theophrastus in primo de causis, etiam descendere Solis vi radices. Tantum eas proficere ac promovere, quantum sese Solis virtus demittere queat. Quod si verum est: calor ergo non solùm attrahet, sed etiam propellet. Nos tamen effossas radices multas frigidas inveniebamus. Verùm de his suprà satis. Innatum calorem id efficere censeo, sicut & in nobis. Itaq; plus hyeme crescunt radices, ut Rapum, Rhaphanus: propterea quòd eò delatus calor officium suum facit: idq; nulla tum inita cum Sole societate: cujus usus in terris ad calorem perpusillus est eo tempore. Adjuvari Sole non nego: qua Sol nullus incumbat, non crescere, id verò pernego. Quod si quis dicat, aerē alibi calefactum eò transferri: tametsi falsum est, detur tamen inter nos, qui non contendimus de gloria, quæsitores tantùm veritatis. At enim tunc non calorem hunc sensilem, sed alium intelligant ἄῤῥητον illum, quo cuncta fiunt & conservantur. Is verò non ad radicum vel vastissimarum mucronem ultimum terminatur, sed usq; ad medium terræ punctum diffusus, illius quoq; partis naturam in officio continet. Sed ad radices. Quærit, agitatq; perplexissimè, si unquam alias Theophrastus, unicamne habeant radicem Scilla, Epimedium, Ulpicum, alia ejusmodi. Accuratius enim intuenti non solus Bulbus radix est: sed capillamenta illa quoq;, sive fibræ, quæ

 subsunt.

ſubſunt. Quin hæc videntur radices veræ, aut etiam potiores. Igitur ſi radicum differentias exactius inveſtigaſſet: non hanc prudentiæ vel diligentiæ partem nunc deſideraremus. Potuerit autem ſic, exempli gratia: Quædam conſtant lignea medulla, & cortice: quædam carne tuberoſa. Sub hac accipio Rapum, Radiculam, Chelydonium ederaceum, quod & Teſticulorum ſacerdotis nomine cognoſcitur: alios teſticulos vel Canis, vel Vulpis, vel Satyri, Hermodactylum, Vacinium, Tubera ipſa, Cyclamium. His carnea natura. Alius modus earum, quæ vel lamellis conſtant, vel ſpicatim confertæ ſunt. Quæ globum omnes ita habent, ut quemadmodum ipſe ſtipiti radix eſt, ſic ipſi radices ſint minutiores fibræ. Inter quæ ſubſtantiæ, & quantitatum, & figuræ, & ſitus hæ ſunt differentiæ. Uſus autem ac vis, hæc. Radiculæ ſine Bulbo ſatæ non creſcunt. E Bulbo ſine radiculis, ſi terræ mandetur, exit Aſcalonia. Ut ille ſibi ſit ſemen, radix, talea. Horum verò quid? Radix profectò. Theophraſtus hoc aſſerit à loco. Videlicet quòd ſub terra ſit. Mira verò facies in Caulorapo. Vidimus enim hunc cinnum utriuſq; naturæ. Sed Braſſicæ radix ſub terra condita fuit: Rapum ſupra terram in ſtipite turgeſcebat. Jam verò perpendamus orationem. γλυνᾶται, inquit, ἐκ τοῦ ἐδάφους, peſſimè. Nam verbum γλυνᾶται cum præpoſitione hac, ἐξ, ſignificat τὸ ὅθεν τῆς ὕλης. Præterea ἔδαφος eſt ſuperficies, quippe detracta eſt aſpiratio. Nam fuit ἕδος ἀπλόν. Nihil ſanè corporis tangitur, præter ſuperficiem: ſicuti ne videtur quidem quicquam. At à ſuper-

perficie nulla gignitur planta. Denique ab radice oritur, non à superficie. Quinetiam non solùm ut extet ab i, sed etiam ut subsistet ei. Imò verò plus crescit in caput eorsum, quàm in stipitem sursum. Videamus illa: κὴ ὀλιγῶς πρόεισιν, ὅτι κάτω πλατύνεται. Non multa, neq; cita capit incrementa sursum versum: quia latior nfernè fit. Non enim facilè & sursum submittitur, eorsum demittitur multum simul. Tametsi poëtarũ sculus illa præsto est, quæ præclarè contemnat istam ententiam. Tantundem subjicere sese utrinq; utroq; anunt. Sanè cum sit alia radicis, alia stipitis natura: utriq; licet suam sibi materiam vindicare sine nvidia atq; incommodo consortis. Verùm maxima x parte ita usuvenit, ut quod supernis partibus deesse, desse radici videatur. Ita Rhaphani folia si attondentur, excrescit mirum quantum radix. Hoc tamen aliquando cùm nostro jussu factum esset: factum est item, ut radix ligneſceret. Hyemis quoq; sævitia consumpta novella seges altius radicatur. Posuit, uti dicebamus, ὀλιγῶς pro eo, quod est tenuiter, & exiliter: quia subdit, πλατύνεται: sive paulatim, aut tardè. Omnia hæc adaptari queunt. Infrà pro eo, quod est rarò rectè utitur. Laxè nimis unam tantum attigit mathematicam dimensionem, πλατύνεται. Non enim solam acquirit latitudinem. Neq; Scilla sessilis est, sed globosa, ac turbinata potius aliquantum. Verba quæ sequuntur, magis pertinent ad generationem. ἀκολουθοῦσα μᾶλλον διακείνεται τῷ ἡλίῳ. Quasi sol sit autor dearticulationis: ut ejus beneficio folia explicen-

explicentur. At non ita est. Forma nanq; facit id. Si Sol efficeret: omnis planta iisdem foliis esset prædita. Sol enim unus omnibus. ἀκολουθοῦσα Barbarus absolutè posuit. Aristoteles dixisset, τελευτῶσα: tandem.
„ Abscedit hinc à partibus ad partium partes. Succi, in-
„ quit, è fructibus alii potatiles, alii non. περὶ ἐκχυλισμῶν jejunè admodum. Nanq; & sola incisione, ut à stipite, radice, ramis, fructibus: aut etiam expressione, ut tum ab illis, tum à seminibus, tum à floribus. In aliis vulgata sunt: illud non item. Euphorbium in Mauritania, & Libyæ solitudinibus, ubi Alsarbiin dicitur, fructum fert, ut cucumerem, sed oblongum: à quo punctim scarificata cute fluit gummi. E seminibus verò vulgo premitur oleum: Cannabis, Lini, Rapi, & illud mirabile quod è semine fit Saliuncæ. Sic enim voco tum Spicum, tum Lavandulam. Non enim Combretum est, neq; spica Celtica, ut boni quidam viri putaverunt. Inde partiretur in tria succorum genera, aquea, vinosa, oleosa. Adderet liquiditatis, & concretionis, quas dicebamus differentias. Tum deduceret utilitates, ad medicamenta, ad opera, ad victum. Nanq; Allii succo pro glutino utuntur quidam. Scriptas eo membranas foliolis auri tenuissimis inducunt. Ita videntur auro scriptæ. Aliunde ad vini vices, quàm è fructibus haberi succos intelliget, qui Palmæ cujusdam Indicæ legerit historiam. Malè verò loquutus est, quod benè sentiebat: ποτοὶ μὲ σαφυλῶν, καὶ ἄλλων πολλῶν· ἄποτοι δὲ ἄλλων φυτῶν. Sic scitè: πνῶν μὲ ποτοὶ, ὡς ἀπὸ τῶν σαφυλῶν, ἄλλων δὲ πολλῶν ἄποτοι. Neq; satis capit

capit rerum vox illa ποτοὶ. Sug guntur enim quidam, non potantur. Aptius sic, πρὸς τὸ τρέφειν. Tum hoc dividerem. Illam quoq; differentiam malè postposuit. Quidam pingues, ut Olivæ, Pini, Juglandis. Hæc enim est absoluta, illa τῶν πρός τι, quæ refertur ad esum. Sapor enim cibi usu suapte natura prior est. Nã tametsi sensus & sensile mutuò relata, neutrum altero prius est hac in natura: tamen hanc naturam antecedit ea, per quam hæc est. Scilicet ex situ partium est asperitas, & aciditas, & dulcedo, aut saltem in ipso. Est autem asperum affectus superficies: qui in liquidis fit sapor. Arctatur ergo ad sensum, & fit seipso posterius. Verùm hæc paucis nota sunt. Sapores quot essent, à multis disputatum est. Verùm hæc disquisitio pertinet in summa ad secundum de anima: in specie ad librum de sensu, & sensili: privatim verò ad librum de saporibus. Quorum omnium operum jacta jam fundamenta fuerint in libro de affectibus mistorum, qui sequitur statim libros de generatione, falsò censetur pro quarto Meteoron. Theophrastus igitur, & Galenus, & Aboali, & Joannes Serapionis de saporibus scripsere: sed eorũ pauci propriis locis: omnes aut mutila, aut in quibus judicium desideres. Iste verò distinguit sic: γλυκεῖς, καὶ μελιτώδεις: ut aliud sit dulce, aliud melleum. At dulce genus ad lacteum, melleum, saccharinum, adipaceum, alia. Malè nanq; faciunt, qui tanquam genera æqualia disparata statuunt: quemadmodum ii, qui nihilo felicius vinosum interposuere. Quod sanè suæ certæ sit speciei, cum dulci, aut aspero, aus

aut acido, aut ejusmodi conjunctum. Alioquin à Pyr
quoq3, Malo, Sorbo, Moro, Cydonio, carne, pisce, omni
bus deduxeris. Verùm isti penè omnes fuere philosoph
negligentiores: Metaphysices verò ne minimam qui
dem partem attigerunt. Præposterè & id: cum mo
differentias habet calidi, & acris. Hæ siquidem prim
adeò sunt, ut penè ab omnibus existimatæ sint sapor
causæ, tametsi nobis aliter videtur. Nam si sapor a co
lore fit: ergo calidum elementum primò & per se sapi
dum existet. Quid quod multa mista calida insipida
Quod si quis dicat, ex quatuor qualitatum tempera
tione confieri saporẽ: respondeat, an in elemento quo
piam, qua elementum est, sapor insit. Non sanè inest.
Cæterùm quemadmodum neq3 vita prodit ab elemen
tis, neq3 risus, neq3 sensus, neq3 intellectio, neq3 cremen
tum, neq3 motus voluntarius, sed à formis aliis, quam
elementaribus: ita sapor quoq3. Si non est ab elemen
tis, gustare: quare sit, gustari? Haud nego formarum
instrumenta qualitates esse illas: causas esse nego.
Nam qui Stoici quærebant vim συνεκτικὴν in aëre, &
igni: si pro formarum caperent instrumentis, haud
malè facerent: neq3 tamen plenè saperent. Non enim
magis continet ignis terram, aut aër aquam in compo
sito, quàm fluidiora continentur a terra, ut consistant,
ab aqua ut uniantur. Omnia verò simul à forma im
perio, quæ sibi aut constituit temperamentũ, aut con
stitutum à conditore, comparat ad usum domicilii sui.
Tantum abest, ut aut ex atomis animam conflatam
nugemur, quæ corpora sunt: aut ex elementorum fra
gmentis,

gmentis, ut venenavit hanc philoſophiæ partem Alexander. Rectè verò addit iſte: θερμοὶ καὶ δριμεῖς. Antecedit enim acrimoniam calor. Elementi calor affectus eſt, acrimonia compoſiti. Quatuor ſaporum connumerat genera, pingue, dulce, acre, amarum. Omiſit ſalſum, cujus natura maximè faciebat ad diſceptationẽ. Videtis enim & a Theophraſto inter plantas, & ab Ariſtotele pro animalibus jactatam quæſtionem hanc, quam ſuprà non leviter attigimus. Acidum quoq; nimis otiosè ab animo neglexit. Nonnullæ plantæ tales ſunt. Dehinc fructuum partes numerat. Melius tamen ſic: Fructuum partes aliæ ſolidæ, aliæ liquidæ. Liquidæ ſucci nominantur: quorũ uſum ſuprà diximus. Ex cibariis ſuccis nonnulli ad potum, ſunt qui ad ſuctũ, cæteri ad eſum cum pulpis promiſcui. Solidorum partes, caro, putamen, teſta, coriũ, cutis, ſpina, umbilicus, pediculus, ſemen, diſſepimenta. Tũ dat Cucumeris exemplum. In quo ſuccum quamobrem non enumeravit? An quia cum carne ſimul appetitur, neq; ſuggitur ſeorſum? Quin puto, ſicut & multos alios, ſi preſſus hauriatur, pro veneno futurum. Sic exitialis Indicæ plantæ, cujus è farina, illo abjecto, conficiunt panes. Nec abeſt ab hac natura Porri ſuccus, & aliorũ, quæ nominare nolo. Verba ejus ſunt: τινὲς δὲ σύνθετοί εἰσιν ἐκ σαρκὸς, καὶ κόκκων, καὶ λεμμάτων, ὡς οἱ σίκυοι. λέμμα vult, opinor, corticem dicere. Sic Theophraſtus in quarto, de putaminibus ovorũ paſſim: ſic ἐκλέπιν. Nam mox pro vagina, aut theca, aut folliculo: quæ in Cucumere nulla ſunt. Et ſtatim cum ponat aliam diviſionis partem,

τινὲς

πνὲς δὲ ἐκ χυμῦ καὶ κόκκων, ὡς ῥοιαί: *nihilo pejore consilio potuit addere* λέμμα, καὶ σάρκα ἄβρωτον μέντοι. *Et paulò post:* πνὲς δὲ ἐν ῥήγμις, ὡς οἱ κόκκοι τῦ κυάμυ, πνὲς ἐν περικαλύμματι, καὶ ἐν λέμματι, ὡς ἐν ὑφάσματί πνι, ὡς ἐν οἴτῳ δείσκεται. *Hic Ferrerius: utrobiq; frustratus est hic Græcam lectionem. Nusquam enim tuum* λέμμα *illud interpretatus est. Et mutilus videtur alioqui tuus esse codex. Sic enim scripsit iste: Quidam fructus compositi sunt, ex carne, osse, & grano, ut Pruna. Deinde ponit Cucumerem sine lemmate, quod sine controversia corticem significat.* χυλὸν *tamen malim, quàm* χυμὸν *hîc, ut sequamur Theophrastum in hac natura, non medicos in corpore humano: qui* ἐκ χυλοῦ χυμὸν *gigni dicent.* κόκκον *autem ad omne granorum genus an aptare liceat, haud scio. Non enim dicam Lactucæ* κόκκον, *sed* καρπόν *apud Dioscoridem, & ex usu communi,* σπέρμα. *Pro granis Punici mali habemus apud Theophrastum, Dioscoridem, Aetium, Paulum, Plutarchum, Callimachum: in planis seminibus an sit locus huic significato, non memini. Potest: & non laboro: sed tu, ubi voles. Post hæc, inquit Bajulius, à situ partium declarat differentias:*

„ *Aliis extra esse corticem, intus carnem: alius è contra-*
„ *rio. Divisio hæc è stultis insanos fecit Grammaticos.*

Cum ex hac vicissitudine fructum omnem in Pomum ac Nucem perridiculè secant. Sed hæc jam vulgata, aut nullam, aut tuam Scaliger manum poscunt. Observe-

„ *mus verba:* πνὰ μὲ τὸς φλοιοὺς ἔχυσιν ἐκτὸς, τὼ δὲ
„ σάρκα ἐντός· τινὰ δὲ τὸ ὀστῶν ἐντὸς, ἢ τὼ σάρκα ἐκτός.

Nam

Nam etiam quæ carnem foris, os intus habent, nihilominus habent φλοιὸν ἐκτός. Nemo enim fructum vidit cortice carentem, aut corio, aut cute. Simplicior in Malo ratio est. Caro intus, foris cutis. Multiplicior in Pruno. Cutis extima, os intimum, caro media. Operosum æquè in Armeniaco. Cutis extima, nucleus intimus, os circum nucleum, caro sub corio, nucleus sub cuticula. Duo esculenta, os inutile ad cibum, cutes indifferentes. σάρκα quoq; pro nucleo posuit. Ne mihi quidem nunc in mentem venit, quo apud Græcos nomine vocetur esculentum illud, quod osse testáve includitur. πυρῆνα tam pro acinulis punici, quàm pro nuculis sive ossibus inveniamus in secundo Meteoron. Sic Theophrastus, Mnesitheus, Herodotus. Polybius quoq; in 12. historiarum, ubi de Aegyptia loto scribit, ejus ossiculum πυρῆνα vocat. Quæ verò sequuntur, haud absq; negotio percipiantur. Quidam, inquit, ita « sunt à Natura comparati, ut in ipsis statim & semen, « & eorum operimentum generetur: cujusmodi Palmulæ sunt, & Amygdala. Quidam non ita. At quotusquisq; fructus est, cui non simul cutis, & ea, quæ intra cutim sunt, progignantur? Et in Palmula quid appellat semen? Nam in Amygdalorum primis rudimentis nihil quicquam intus discretum invenias, sed uniforme quiddam satis solidum sub cute. Deinde lacteſcit. Tum elacteſcens incipit discriminari. Idem fit in omnibus, quæ viderim: itaq; fieri ratio persuadet in cæteris. Ut materia primùm confusa sit: postea sua cuiq; parti sub peculiari forma constituatur. Sic etiam me-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 258 sur 521

lius diceret: Quidam fructus intra se continent semina, quidam non, sed ipsi sunt semen. Quippe in Amygdali globo idem tum fructus, tum semen. Illud quærendum: an cutis in fructu primùm sit, quod fiat: nam illud liquet, nullam partem tam parvas suscipere mutationes. Ab his in alienum exactam locum divisionem, restituit. Suprà succos ποτὰς, καὶ ἀπότους dicebat: hîc ad cibi libellam appendit. Verum in his quoq; ,, est, quod incommodet. Fructus, inquit, aliqui esculenti, & per accidens ad cibum inepti. Quid enim intelligit illis verbis? κατὰ συμβεβηκός. An μόλυσιν? an cariem, putredinem, adustionem, vermiculationẽ, granedinationem, rubiginem, siderationem, siriationẽ, venenationẽ? Sanè haud aliter queam interpolare. Tum sententia puerilis est. Nam qui è propria forma excidere, ut putrefacti, ij non sunt amplius in ulla fructuũ differentia: sed cadavera sunt fructuum, & corpora modò naturalia. Qui nondum corrupti sunt, sed affecti tantum sustinent adhuc fructuum naturæ opinionem, ij etiamnum sunt βρωτοὶ, in suis principiis, etiam si edi nequeant. Aliud enim est δυνάσθαι, aliud πεφυκέναι. Quod acutissimè & Scotus, & ante hunc Averrois in libello de beatitudine docuit nos. Verùm hæc fugiunt plebejos animos, & ridiculis ridicula sunt. Nam potest è plumbo ensis fieri: at non est plumbũ pro ensis materia natum aptum, sed factum δυνατόν: id est arte factum, ut possit: non natura natum, ut aptè possit. Et quoniam nunc primùm cecidit, ut audiremus ab hoc usitata illa verba, κατὰ συμβεβηκὸς, magnoperè

scire

scire aveo, qua facie sint apud te Ferreri. Pervulgata inquit ille, & scitè admodum. Decet enim architectū uti ferramentis suis. Sed præstat te audire. Nam iste etiam Dactylos maluit, quàm Palmulas. Sic ergo ille. Consultius ita instituisset: Esculenti, & non. Deinde specierum proportione: Quibusdam quosdam in cibatū recipi: eosdem non æquè omnibus. Tum explicare differentiam hanc, per accidens. Ex esculentis, non: ex nō esculētis, ita. His ascribere dubios: ut Boletos, aut Fungos. Etiam statuere principia medicinæ. Interest enim Philosophi facere illius artis fundamenta. Recognoscit hinc proportiones inter species. Hyoscyamus, inquit, & « Elleborus noxius homini est, cibus Cothurnicibus. Con- « fundit historias Turdi, & Cothurnicis. Meministis è Galeno, quid reprehendant in Avicēnæ codicibus. Plinius in 10. veneni appetentem Cothurnicē prodit, neq; nominat. Error à negligentia: cum morbo comitiali præter hominem, tentari solam scribit. Canes enim ex ea luæ vidimus interiisse. Nec minus equos ajunt corripi. Interposuit autem hæc inter historiam partium, ad quam redit satis pudenter, quam imprudenter omisisset. Quidam, inquit, in vaginis sunt, ut Fabarū grana: « quidam in operimentis, & corticibus, quasi in textura quapiam: velut in Tritico, atq; aliis ejusmodi. Haud valde magna differentia. Nam Fabæ medulla intra corium est, & cum corio in siliqua. Triticum item habet cutem, ex qua furfur. Tum perinde est in folliculo, atq; si in theca esset: & sanè æquè ejus theca est. Ut spica sit tritici siliqua: siliqua sit spica Fabæ. Differunt

verò, ſicuti differebant priſcis hominum pharetræ à pharetris Deorum. Humanæ enim operculo carebant: Diiſuas habebant ἀμφιεσφεῖς: quaſi quis dicat opertas contignatione. Sic hominibus pendebant à cinctura: Diis ab humeris. Animadvertemus etiam, cum ſeparat ἀπὸ τῆς θήκης τὸ περικάλυμμα. Genus illud hujus eſt. Siliquarum multas edocere potuit differentias. Quædam eſculentæ, grana non: ut Ceratiæ. Quædam non totæ eſculentæ: ut Caſiæ. Aliquæ nullo modo: ut Fabarum, Lupinorum, Papaveris cornuti. Aliquæ coctæ eduntur totæ: ut Phaſeolorum. Aliquarum ſola ſuperficies, membrana relicta: ut Piſorum, & Ciceris columbini. Item à figura: Phaſeolis & Caſiæ teretes. Preſſiores Fabis, & Fœnogræco. Maximè compreſſæ Ceratiis, Opulo, Senæ. Omnes curvæ. Orbiculatæ Ciceri arietino, & quibuſdam Solani ſpeciebus, & Papaverum generibus. Unicoriæ his, at tricoriæ folliculis quibuſdam cum veſtigiis angulorum. Hyoſcyamo fimbriatæ. Quædam intus carneæ, ut Carranciæ: quam à cancellis arundinaceis, quæ ſibi habent pro adminiculis, Characiam dictam videtur excogitaſſe verus ille Parthenius (ut tu Cæſar appellare ſoles) Hermolaus Barbarus. Præterea à granorum ſubſtantia, magnitudine, figurâ, numero, medulla, cortice, colore, ſitu. Papaveris ſemina perfecta non pendent, ſicuti neq; nuclei pinei in Strobilis: animantium more, quæ abrupto abſolvuntur umbilico. Pediculo hærent, aut ligula in multis etiam matura. Solani pendent, Carranciæ adhæreſcunt. In illis enim vacua ſpatia: pulpa his pro tomento

tomento est. In Fabis carneo pariete separantur: in Aristolochia & Lilio camerulis herciscuntur, quasi parietibus intergerrinis. In Casia ligneis vallis dissepiuntur. In Fœnogræco, atq; in Staphysagria stipantur ita, ut unum modò corpus esse videatur. Transit ad alios fructuum modos. Quidam, inquit, in carne sunt, ut « Palmarum: quidam in cellulis multis, & corticibus, « & testis, ut Juglandes. Horum verborum sententia si « perpendatur, intelligamus os Palmulæ fructum ab eo dici. Os enim in carne est, sicuti Juglandis fructus in testa. At Palmulæ verò fructus caro est, non intra carnem. Comparentur autem subtilius sic: Carnem tam in Palmula, quàm in Juglande, non loco, sed usu differrè. Nam in utraq; primo loco est cutis, deinde pulpa, tum testa, sive os, postremò medulla. Hæc in Juglande multa, in Palmulis minima: sed ex qua tamen æquè Palma nascatur, atq; ex illa Nux. Usu igitur dissimilia. Quia in Palmula medulla esculenta non est, in Juglande est. In Palmula caro esculenta est, in Juglande non est: iccirco putamen dictum, & à Vasconibus mutila voce Tam: quia putetur, id est abjiciatur, ut nux pura, puta sit. Cellulas autem frequentes in Strobilis intelligit: ἐν οἰκίσκοις πολλοῖς, in casulis. Testarum verò multiplicem inire queamus rationem. Binas valvulas habent semina penè omnia, præsertim majora. Contrà in testis: maxima pars continuo tegitur tergore: paucæ bifores. Manifestæ Juglandi, & faciles aperiri. In Persico altera tantum ex parte manifestissima, sed difficilior ad separationem. In Pineis obscurior:

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 262 sur 521

ſcurior: obſcuriſſima in Avellanis: mediocris in Amygdalo. In Piſtaciis veſtigia, quæ per ſeipſa hiant aliquando vetuſtate. Ne hac in parte Plinii ſequamur errorem, qui ſolius Juglandis nucleum binis tegi valvis ſcripſit. Hîc ego, Piſtacii ne arborem vidiſti unquam? Baiuli. Non equidem, inquit ille. Tu verò quid? Neſcio, an viderim, inquam. Quid iſthuc? ait Minutius. An fieri poteſt, ut quod videris, ne videris? Poteſt, inquam, hoc modo: ſi ſcio me videre, & quod video, quid illud ſit, neſcio. Nanq; apud Jeſuates noſtros arbor eſt, è qua virga pacta & adolevit celerrimè, & effuſis ſtolonibus frequentiſſimam circa ſe confecit ſylvam. Enodis, ſi qua alia, olivæ folio ſimplici, aut ſalicis frondi proximo. E ramis folliculum demittit, qualem Halicacabus, durum tamen. In eo fructus continentur bini, ternive, eſculenti, natura, colore, ſapore Piſtaciorum, ſed orbiculatiore facie. Quare qui Piſtacii arborem ignotam habeam: ex hac Piſtaciorum medullam eſitarim: an ſit hæc ad Piſtaciorum ſpecies referenda, non ambigam? Tu verò ad teſtas. Addentur, inquit ille, & hæc. Diſcriminari nucleum in Juglande quibuſdam quaſi parietinis, quippe dirutis. In Abellina & Pontica non item. Scabra teſta Juglandi intus, foris Perſico, & Labirynthæis canaliculis ſinuata. Amygdalina punctis excavata. Intimum cavum maximæ parti lævißimum. Præterea à duritia. Palmulis os penè invictum. Proxima Olivæ firmitas: tum Perſico. Deinceps Amygdalo, & aliis ad Molluſcæ nucis uſq; teneritudinem: quam Perſicam dixit

dixit ille poëta vetus apud Macrobium: quia fuerit è Persia in Italiam allata. Juglandis omnino genus, aut cum Tarentino idem, aut proxima, & congenere natura, testa fragili, ac liberali. Nostri nanq; populares durius genus illud, quod invitum amittit à se nucleum, Avaras nominant. Ne cum Macrobio nos implicet joculari judicio Ruellius. Affert ad hæc ab ætatis affectu differentiam: Matureſcere aliquos celeriter, ut Morum, ac Ceraſum: alios non, ut agreſtes fructus penè omnes. Ita modeſtè, atq; ὁμοῦ τῷ πρέποντι, ut philoſophum decet. Sic Ariſtoteles, δοκεῖ, ἂν, τύπῳ, τὸ πλεῖσον, λόγου χάειν, φαὸν, ὡς εἰπεῖν. Hæc tamen exempla neq; plena ſunt, neq; confeſſa. Non ſunt plena: quia Ceraſum habemus grandiſſimum, adeò ſerum, ut penè cum uva matureſcat. Morum ſerò fructificare ſcripſit Theophraſtus in libro de cauſis primo: aſſignatq; pro cauſa loci frigiditatem. Quin eam ob tarditatem, arborum ſapientiſſimam Plinius appellatam prodidit: quaſi exploratis anni moribus, tanquam latronibus inſeſſas vias reformidet. Ei poteſt addi cauſæ aquei ſucci copia, caloris innati, ad eam operam, minus, quàm par ſit. Inde fructuum frequentia par exhibet negotium. Sed idem ait, has ob res ſerius evectam ad germinationem, facilius ſeſe in opere coquendi expedire, propter imbecillitatem ſucci. Rectè ſanè. Similis enim proportio in fœminino fœtu. Intus ſerò perficitur ob principiorum debilitatem. Ubi edita fœmella eſt, citiſſima capit incrementa, ſcilicet ob eandem principiorum imperfectionem. Celerrimè nanq;

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 264 sur 521

metam, quæ prope est, & paratu facilis, adipiscitur. De Mori frigiditate, atq; serico, ejusq; opificibus vermiculis, nolo hîc obtundere. Et me isthuc excurrere prohibet Theophrasti Vitis. Distinet enim me, ut operiar, quoad fructum percoquat ad maturitatem: quò tum perspectum mihi sit, an vera scripserit is. Ait enim, serius eam, quàm Morum perducere fructum suũ ad perfectionem, hisce de causis: quia tegitur cute: quia succo uberiore: quia crassiore: quia acino frequentiore, & congesto adeò, ut per intervalla cœli calorem nequeat admittere ad coquendum. Verùm dicat ille nobis: Pruni os cur sit maturum citius, quàm Pyrum: cùm tamen & à Sole secretum, & contumaci duraq; materia constet. Rubi Mora serò matureſcunt: quibus eadem cum illis conditiones omnes, præter succi abundantiam. Tantò maturius accipere debuerunt cœli beneficium. Nam quid afferam: Pineam nucem, & Uvas eodem penè tempore, diversis legibus, æqualem consequi, suam utrunq; maturitatem? At quanta differentia, si Solis contactum animadvertamus? Nusquam negamus commoditates, admittendi, recipiendi, patiendi Soles, facere plurimum. Itaq; in eodem arborum genere, si, quæ spectes, sunt ejusmodi, celerius eas fructus suos perficere. At ubi diversa genera conferantur, offendare quarundam occursu, quæ suapte natura pervincunt hasce difficultates. Nam Faba, quæ & satis obtinet humidi, & abundat plurimo flatu, & cortice crassissimo est, & obtecta carnea siliqua, eundem tractum temporis communem habet ad percoctio-

coctionem cum frumentis. Addet id quoq; fortasse quispiam: Haud multum ab humo distare, nempe minus, quàm Triticum. Igitur esse magis terrestrem. Quo profectò fiat, ut causam habeat differendæ operæ ad perfectionem. Sic omnium fructuum primores partes posterioribus, qua pediculo prodeunt, dilutiores sunt. Unum excipio Pyrorum genus, quod post Idus Junias incipit matureſcere. A pediculo nanq; mitius est: crudius ad floris sedem. Causam vobis investigandam propino. At Peponis succus longè suavius sapit, quæ vergit ad florem. Amarior Cucumis ad pediculum. Et scriptum est in 20. sectione: quoniam terræ propior est. Tum quæ in Glande natura contraria: nimirum dulcior pulpa, quæ cuppula tegitur: facit contra rationes Theophrasti. Minus enim tangitur à Sole. Ejusce rei causa temperatura siccior. Quare quod Solem minus sentit, plus habet aquei, minus excocti. Hinc ait: arbores quasdam frondibus maturè vestiri: item fructus edere, alias non ita. Prudentius igitur hæc illis præposuisset, ut quædam maturè ferrent, quædam secius. Deinde, eorum, qui feruntur, fructus, alios præcoces esse, alios seriores: neq; cæterorum officiorum aut leges, aut proportionem sequi. Morus serò floret: ejus fructus citissimè absolvitur. Contra Persicus, tempestivè florem editum serò perficit in fructu. Pyrus quædam tardè floret, tardè fructificat. At quæ superba dicebatur ab antiquis, tempori floret, tempori percoquit. Post hæc adjungit appendicem: In aliquibus differri adeò maturitatem, ut hyemem sequantur. Quasi dicat, non nisi

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 266 sur 521

niſi exacta hyeme. Non enim ſatis politè loquutus eſt, cum dixit, χειμῶνι ἀκολουθῆσι πεὶν ἂν πεπανθῶσι. Ariſtoteles ſic poſuiſſet: καὶ τινὰ μὲ πρόεται ὑπὸ τὸν χειμῶνα, τινὰ δὲ ὑπ' αὐτῦ ὑστερίζονται πεὶν πεπανθῆναι. Intelligemus Oleum & Zizipha inter ea, quæ ſub hyemem procedunt. Serò etiam inter frutices ſemen ſuum Pæonia dat, ac fortaſſe omnium poſtrema, niſi apricis admodum locis proſtet. Qui verò fructus arborum exacta demum hyeme ſint idonei ad cibum, nondum memini. Braſſicam Februario aut Martio ſementeſcere ſcio. Verùm is fructus extra epularum uſum eſt. Diſcerptam hîc animadvertamus diviſionem. Nam cum ſuprà dicat, quoſdam citò, quoſdam tardè maturitatem adipiſci: & nunc ſeris dilationem addat poſt exactam hyemem uſq; interpoſuit illa ſine cauſa: καὶ
„ τινὰ τῶν φυτῶν ὀξέως πρόρρυσι φύλλα. His explica-
„ tis, ad foliorum, fructuum, integumentorum colores
„ tranſit. Ponit viridem in nigredinem inclinatum: item album, rubrum. Verùm haud complet diviſionem. Sic enim ſcribit: ἐν τῇ οἰκείᾳ ὁλότητι. At etiam ſunt, qui ex parte unum, alium ex alia colorem habeant: veluti Pyra, & Mala quædam, & Armenica, & Perſica. Ad hæc Sorbis, Meſpilis, Pyrorum generi, ac Malorum cuidam rubiginoſus eſt. Cinereus cuidam Indicæ quaſi Caſtaneæ. Poſtremo luteus, aureus, croceus, fulvus, flavus, viridis, dilutus, puniceus, purus ni-
„ ger. Apponit deinde ruboris cauſam: διὰ τὴν θερμότητα
„ τὴν ἐκκαίουσαν τὸν ἀέρα τὸν κεκερασμένον μετὰ τῦ πρόσ-
„ γείου. Quæ Theophraſtus dicere debuerit, quæ voluerit Albertus,

Albertus, alibi est à nobis declaratum. In præsentia sic statuendum mihi videtur: Non hunc esse locum declarandis causis: Neq; aërem materiam ruboris esse. Neq; in omnibus calorem: non enim in gleba Armenica, non in Sandalo, non in Rosa. Et ex Galeno quid accipiendum sit, non latet vos. Neq; terrestrem succum ad fructuum rubedinem quæri. In eis enim terræ minimum ea parte est, quæ sunt insolatione facti rubri. Ad hæc, album videmus in Cucurbitis. Candida quoq; Mala quædam nota sunt mihi: & ea, quæ Mala insana minus sano judicio vocat Hermolaus: esitata nanq; nullos excitant furores. Quotidianis bellariis utuntur Genuenses. Quorum vaserrimus animus quantum distet à væsania, vosmet ipsi videritis. Melongena, scriptum est in codice Aboali: & Arabicum nomen est. Ligures Merezanas vocant. Viridis quoq; Pistaciis nucleus. Colores verò an elementis insint primarii primùm, quorum ex commistione tales evadant cæteri, non est præsentis operæ. Vocat nos autor dehinc ad figuras. In quibus paulò equidem superstitiosius versatum esse dicerem, nisi idem agentem subvererer Theophrastum: τὰ χύματα τῶν καρπῶν εἰ ἄγριοί εἰσι, « διαφόρων εἰσὶ θέσεων. ὃ γὰρ πάντες εἰσὶν οἱ καρποὶ γω- « νιώδεις, ὧδε πάντες διὰ γραμμῆς ἀθείας. Principio « quare differentias hasce astrinxit angustiis sylvestriũ. Ait enim, εἰ εἰσὶν ἄγριοι. Nihilo sanè inter se differunt mites, & sylvestres, nisi suavitate & magnitudine. Ac quod mihi quidem nunc in mentem venit, diversa ratio in illis, atque in nobis est. Quæ enim ruri

deguns

degunt mortales, longè sunt umbratilibus proceriores. Cælo nanq; fruuntur puriore, atq; uberiore. Agrestes verò, id est feræ, & ἥμεροι, id est mites arbores, aliis differunt eventibus. Succus nanq; his uberior suppeditatur cultu, aperta tellure ad radices, quam in partem, & roris, & Solis vis sese inferat, nulla superficiei crusta, quod feris evenit, retardata. Ad hæc tonsæ, qua opus est, redigunt luxuriam ad frugalitatem: revocato ad seriam operam succo, qui futurus esset minore commodo in brachiis inutilibus. Si quis acutius contempletur, dicat, figuram non mutari, eadem nanq; est in utrisq;, sed figuræ modum. Mathematica figura mea per θέσιν mutabitur, si nunc surrexero: naturalis nunquam, nisi mutilatis partibus aliqua de causa. Verùm hæc ad Metaphysicum. Illud cum Theophrasto perpendendum. Non omnes ait fructus esse angulis constitutos. Imò verò neq; verum hoc est, neq; cum sequenti cohæret parte. Nam sive angulos verè capias eos, qui duabus aut pluribus confiunt lineis: sive angulum, ut Pythagorei, quancunq; flexionē: hoc enim est ἀγκὼν: omnes fructus erunt γωνιώδεις. Saltem ipsum ad pediculum orbicularis interrumpitur linea. Præterea pars item altera minus sana est. Non enim implet rei naturam illa oratio. Non omnes fructus rectilinei: Imò hæc: Omnes fructus non rectilinei. Quin penè toto in rerum ambitu vix semel atq; iterum reperiamus lineam rectam. Quis nescit, omnes esse fructus curvilineos? Non cohærent autem: propterea quòd angulus tam è curva linea, quàm ex recta constare potest. Non enim

enim recta ulla, quatenus recta est, adversatur angulari, quatenus angularis est. Est enim angulus extremitas figuræ, inter duas lineas mutuo se contingentes ad communem punctum. Est igitur qualitas à situ constituta. Quoniam verò curva linea quandam præ se fert duarum linearum proportionem: iccirco etiam sub eum denotarunt angulum Pythagorei. Sed exquisitiore usu opponemus angularibus unilineam, curvæ rectilineam. Licentius in Timæo Plato, τῶν πλαγῶν ὀξύτητα. Sanè latera ipsa nequaquam acuta sunt, sed acutæ figuræ termini, & causæ, & efficientes, & formales. Memini hunc ad modum in primo de Cœlo scribi: Omnem motum aut rectum, aut circularem: quia omnis magnitudo talis. Magna difficultas in re: non parva in rerum notionibus. Omitto hîc disputationem: de lineis agamus. Non absq; magna difficultate dixeris, quodcunq; corpus circulare non sit, id esse continuò ἀδιάγραμμον. Non erit enim totum, si ad angulum sit concursus. Non erit alterutrum, si ex utroq; sit. Non moventur in rectum elementa, quia sint ἀδιάγραμμα: sicuti movetur cœlum circulariter, quia est circulare. Et pessimè loquutus est, δι' ἀδείας γραμμῆς. Est enim corpus omne πολύγραμμον, ergo πολύγωνον: aut μία γωνία, ut est in tertio de Cœlo, circularis. A mathematicis ad Indos: ubi facit scriptor caput separatum. Mihi non videtur opportunum. Nempe tametsi nunc subvehit aromata, mox tamen superiorem materiam repetit, ut videbitis, saltuatim: Aromatum stirpes non omnes aromaticas esse. Sed aliquibus radicem

dicem ſolam, aliis ſolum corticem, lignum nonnullis. Balſamum verò totam. De noſtratium quoq; partibus idem ſtatuamus. Valerianæ radix ſola odorata eſt: item Caryophyllatæ, & primulæ veris, & ejus, quam Getiam nigram vocant. Vulgaris hæc, & ad ſcoparum uſum quæſita, ſed radice ſpirante Cinnamomum, aut verius Nardum. Folium aſperiuſculum, oblongum, ſubnigrũ: Scapo ſurrecto, Capitulum ferente ſquammatim concreto, haud diſſimili Batiſoſolæ: capillamentis Cinaræ ſubpuniceis. Filipendulæ tum flos, tum radix divinum odorem dant. Fraxini ſolus fructus aromaticus, nulliq; Indicarum mercium faſtui cedens, vel gratia, vel poteſtate. Caſiæ, Cinamiq; coxtex in precio: verum lignum quoq; commendant, & folium, & radicem. Balſami ſurculi apud nos vetuſtate exoleverunt. Nec fructus quicquam penè ſapit. De ligno aloes quot nugæ? quot impoſturæ? de hoc alibi. Imò verò, inquit Ferrerius, ſi meminiſti: indignum Bajuli, facinus confidentiæ. Nam centurio magnus ille, qui omnes aut barbaros, aut ſophiſtas, aut delirantes, aut inquinatores vocat: eum non puduit, quorum pigeret ſtudiorum, ita ut etiam nugatoria diceret: maximo nominis ſui detrimento in ipſis quæſiſſe famam: ut qua ambiret eam opera, hac eadem illam perderet. Is ita ſcriptum reliquit: Regis aulicus lignum oſtendit mihi ejus arboris, quæ fert Aloen. De Aſphodelo herba triviali, & ſcientia, & fides par. Ut liberos noſtros moneamus, quàm ſit periculoſum, è lutulentis bibere, fontes omittere. Pax, inquit Bajulius. Hæc

aliis

aliis: nunc ad noſtra. Hinc potius aliud caput auſpicatus fuerim. Aggreditur enim materiam, modumq; generationis, tam naturalis, quàm arte factæ. Quaſdam ſeminio provenire, alias ſponte, nonnullas avulſione, tanquam in colonias tranſmigrare. Eſſe & quæ talea prodeant deſumpta vel à ſtipite, vel à ramis. Imprudenter addit ἢ διὰ τοῦ σπέρματος. Jam enim dixerat, ἐκ τῶν σπερμάτων. Theophraſtus quoq; tractat illam partem. τινὰ δὲ ἐκ τοῦ φιτροῦ. Nam ex Oleæ ſtipite aſſulatim decuſſato partem demittunt, pars exerta ut germinet. Verùm aut hucilla, aut hæc ad illa tranſcribenda fuerant: ubi de plantarum agebat tranſpoſitione. Plantaria, quæ Latini vocant, non ignoratis. Quoties vivi radix cum ſua terra tollitur, ut alibi ſit. Quod dixit, ἢ δι' ἑαυτῶν, Ariſtoteles, αὐτόματα. Ratio diviſionis commodior ſic: Partim ſponte, partim ex aliis. Harum quædam ſeminio, quædam taleis, ut Olea. Aliæ oculis, aut ſpongiis, ut Arundines, Aſparagi. Aliæ Bulbis agnatis, ut Dracontion. Nonnullæ inſitione: cujus nomina, ſpecies, modos, utilitates, tum ex veteribus accipiemus, tum ex commentariis Conſtantini. Theophraſtus etiam è Myrrha Smyrnidem naſci putavit. Addentur differentiæ. Nam ſeminio quædam, aut nunquam, aut vix, ut Ficus: aliæ citò, ut Apium: aliæ ſerò, ut Pæonia: ſerius nobis exivit Staphyſagria. An id eveniat ſemper, clam me eſt. Obſcura, quæ ſequuntur: τινὰ δι' ἑαυτῶν κατὰ μικρὸν ἐκτείνονται, τινὰ δ' ἐν τῇ γῇ. Videtur velle, δι' ἑαυτῶν, ſua poteſtate, nullius indigas terræ creſcere.

Cremen-

Crementum illud puſillis fieri progreſſibus, quia matricis fotu careant largiore. Aloes herbam vidimus multos jam annos, ut ajebant, appenſam laquearibus, adeò viridem, ut cum vegetiſſima Spathula fœtida contenderet. Ex his animadverti, quemadmodum ſibi contradicat. Nam in principio ſecundi libri, Terram ſtatuit unum è principiis neceſſariis, quæ debeatur plantarum generi. Utitur hoc verbo ἐκτείνεσθαι, *pro creſcere, etiam alibi: quanquam nec aptè, nec planè pro re ſatis. Unam ſiquidem tantum denotat dimenſionem: ſicut alterum ſuprà,* πλατύνεται. *Sic enim apud Philoſophum,* τατὸν, *&* τάσιν ἔχει, *quod* ἐλατὸν *in libro de miſtorum affectibus. Notabitur & id: Alieno loco ponere de incremento quædam, qui continuare*
» *propoſuiſſet continuationẽ generationis. Quippe mox*
» *dicit: alias aliis in arboribus provenire, veluti inſitione. Ariſtoteles in hiſtoriarum libro quinto proportionem hujuſcemodi generationis in plantarum genere atq; in animalibus recenſebat. Sic ergo nos: Quædam in aliis ſponte, quædam arte prodeunt. Eorum, quæ ſponte naſcuntur, non unus modus. Aliter enim oritur Epithymum, & Viſcum, aliter Polypodium, Muſcus, Lichen, quem accipiunt plerique pro Pulmonaria. Alio modo Agaricum, & aliorum Fungorum genera diverſa. Longè alia lex Hypociſthidis. Artis præcepta, & ſumma capita, inoculatio, emplaſtratio, inſurculatio. Græci,* ἐνοφθαλμισμὸν, ἐμφυλλισμὸν, ἐγκεντεισμόν. *Thuſci, ineſtare: Lombardi incalmare: Taurini penè Latina voce, inſerir: Galli, enter: Vaſcones parum à*

Græca

Græca declinant origine, empeotar, ἐμφυτάειν. Surculos vulgus Graphiones, à graphiorum ſpecie, unde & κέντρα Græci. Cæterùm hæc quemadmodum fiant, neq; medici deſcribere intereſt, neq; philoſophi præſcribere: ſed ad agriculturæ libros ſpectant omnia, quæ eſt pars œconomiæ. Ne nobis contingat, quod viris alioqui bonis ac doctis uſuvenit: ut ad ineptias adigeret ambitio. Quo conſilio agriculturæ leges, præcepta, præſagia, medicamentorum vim, in plantarum hiſtoria, philoſophiæ diviſiones, diſputationes, metalla, terras, lapides commiſcuere. Et cum de ſtirpibus inſcripſerunt libros ſuos, nihilo ſecius tum de iis, quæ diximus, tum de animalibus agunt. Sed hoc oſtentationis vitium fuit multis magnis viris, ut globatim congererent omnia: non ut nihil reliquiſſe, ſed ut nihil neſciſſe viderentur. Proſequitur natalia: In ſimili, præſtantiora evadere, « quæ inſerantur. At hoc eget multa tum diſpectione, « tum moderatione. Armeniaca nanq; melius in Pruno. Pyrus in Cydonio. Amygdalus è pruno maxima, & externa carnis pulpa mitiore. Quamobrem ſeipſum peropportunè caſtigat appoſita analogia. Affinitate ſcilicet, qua conſtant naturæ rationes: veluti Mali, cum Pyro. Verùm paulò pòſt ubi narrat, Artemiſiam in agreſtem cognominem inſeri: non ſanè venit in mentem mihi, quid id vel herbæ ſit, vel fruticis eo nomine, quæ ſibiipſi agreſti mitis inſeratur. καλλιέλαιαν verò τὴν ἐλαίαν vocat, & τὸν κότινον ἀγριέλαιαν. καλλιελαίας analogia, ſicuti καλλίνλοι. καλλιςέφανοι olea fuit illa mirabilis, quam deſcribit ad Panthium Ariſtoteles: Ex

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 274 sur 521

ea ſumptam ab Hercule taleam, atq; ad Olympicas
ronas pactam. Malè dixit agreſtum ἀγρίων διάφορ
miti. Habent autem inſitiones certos deſignatosq; op
ræ limites. Plutarchus in ſecundo convivialium qu
rit: cur oleoſæ arbores ineptæ ſint inſitioni: tum non
nat, κῶνον, κυπάρισσον, πλάτανον, πίτυν. De quibus
liter prodit Theophraſtus. At in non oleoſa vivere
creſcere oleoſam poſſe: ut oleam in Lentiſco. Reſpo
det, arboribus oleum nocere. Itaq; ubi ex inferiorib
partibus aſcendit, interficere. Ea de cauſa non ali ſu
culum, quòd oleum ſuapte natura ſuccis diverſi gen
ris nequeat commiſceri. Quæ cauſa poſterior etia
efficiat, ut non facilè coëant in unum ſurculi ole
cum ſtipite matricis non oleoſæ. Putavit deinde ſ
aliam quoq; in Pinu ac Picea cauſam adduxiſſe. P
luxuria, inquit, fructum non ferunt. At ſanè fœcu
dam ſcimus eſſe Pinum. Præterea in ſteriles immi
tuntur fœcundarum ſurculi, & ferunt. In Platanu
enim, quæ ſterilis eſt, ſi fructus uſum ſpectes, inſita
legimus Malum. Multa negarunt veteres, quæ poſt
diligentiores docuit tempus. Et verborum oportuit
eſſe memorem, quæ ſcribuntur in quinto de cauſis:
olea inſitam Terebinthum. Etiam in eadem legim
inditam Punicam, ex libris Chaldæorum: cujus fru
ctus patria lingua dicatur, Sazip. Nunc ad cætera
„ Paulò imprudentius repetit agreſtium differentias,
„ mitiorum: quas iccirco præterimus. Inde convertit ſe
„ ſe ad productionem, & proventum, & ſimilitudi
nem: quam ſententiam barbariſſimus interpres vene
navit

avit. Sic enim ſcriptum eſt: πᾶν φυτὸν ὁ σπείρει. Ergo nullum ſemen diceret producere ſimile ei ſemini, ex quo natum eſt. Quod eſt tam falſum, quàm quod maximè. Probum catumq; dialecticum: ecce verò cui ſit idem, ὁ πᾶν, & πᾶν ὁ. Hæc ſententia eſt etiam in quinto hiſtoriarum de animalibus. Igitur cùm ita ſit, ut aliquando ſimile, aliquando generetur diſſimile vel in ſpecie, vel in individuo: videtur quædam naturæ veluti circularis converſio ſuper ſeipſam, aut reciprocatio. Videlicet ex meliore deterior, & contrà. Nam fit ex Tritico Lolium, Triticum è Lolio. Sic alibi dicebamus de generatione, quædam non aliena multum ab hac hiſtoria. Mutationum cauſæ, præter ſolũ genium, multæ ſunt: Cultus, ætas, vicinia. Nam quædam perpetuas inter ſe gerunt inimicitias: aliis, prope Scillam naſci, bono fuit. Ad hæc anni ſqualor, humor nimius. Auſtri nobis profectò plurimum afferunt nocumenti. Comparat etiam inter ſe eventus hoſce: Nam « facilius bono è ſemine mala planta, quàm ex malo bo- « na. Porrò autem confert cum animalibus. In his enim frequentius ex bonis mala. Quam omiſit rationem, ut potero, dicam. Pauciora quæri videntur ad plantæ generationem. Operoſius animal eſt. Mutatur cœlum, pabulum, cura, armentarius, alia multa. Præter hæc, plantæ ſemen unum, & ab uno, utranq; vim obtinens tum activam, tum paſſivã. At animalia diverſæ ætatis, regionis, craſeos, pabuli, habitudinis coëunt. Itaq; fœtus variatur. Deniq; quò quicq; perfectius eſt in genere corruptibilium, eò eſt obnoxium pluribus

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 276 sur 521

imperfectionibus. Omnis enim qualitas ejusmodi con
trarium sibi quiddam habet aliquo modo. Ergo quæ
pluribus fuerit concretum qualitatibus, à pluribus
quoq; contrariis appetetur. Quid tu ajas, vide: inquit
Minutius. Etenim si sit ita, magno in periculo vestrum
corpus illud ἄκρατον versari video: ne sit objectū plu
ribus morbis, quàm meum hoc, quod sit minus com
modè temperatum. Nam si habet plura, quàm dyscra
tum, contraria: neq; paucioribus ei resistendum est,
quibus crebrius tentabitur, neq; fortius resistet. Nam
si per contrarium contrarii retardatur aut obtunditur impetus: neq; calor, qui est in medio, tam est validus in eucrato, quàm in bilioso: minus frangetur frigoris vis extranei ab eucrati mediocri, quàm ab excessu caloris bilioſi. Scio, quæ cieantur, in tertio artis medicæ, turbæ: deinde quàm difficilè possit etiam à docto occurri, non nescio: verùm ita mihi videtur, à pluribus tentari quidem: sed melius resistere. Neq; verò deest vel ratio, vel exemplum in natura. Nam contrà, caloris excessu minus afflictatur: quia minus caloris intus habet, quod addat illi extraneo. Itaq; non facilè conjurat. Eadem quoq; de frigore dicentur. Exempla verò minimè sunt ignobilia: neq; ab ignobili petuntur artifice. Duo sunt apud Philosophum utrunq; in secundo de animalium generatione. Commistus enim Mulus, ex Asino, & Equa: utrovis robustior est. Ens æs quod ex ære atq; Cassitero conflatum est, longè firmius atq; durius utroq; est. Ex hoc itaq; bellicos tubos conficimus: ex illorum ullo nullum. Tum Bajulius

eju

us ingenii judiciiq; vegetam acrimoniam lectißimis
rbis adornavit: quæ propterea non hîc ſcripſi, ne eo-
m venuſtatem aliqua memoriolæ vacillatione de-
rmarem: ac poſtea reſumpſit orationem. Docet hinc,
quit, fructificationis impedimenta primùm, deinde
medium. Cauſam affert à corticis duritia: Ejuſmo- «
nanq; arbores eſſe docet ſteriles. Quòd ſi radices ea- «
um findantur, atq; ipſis indatur lapis, tolli ſterilita-
m. At enimverò fac, ut à corticis duritia ſucci exitus
npediatur, quominus concreſcat in fructum: quánam
ıtione ſiſſa radix illum corticem queat emollire?
:am contrà fortaſſe, defraudatus ſucci portione cor-
:x citius evaſerit aridior, atq; durior. Quanquam
on video excogitari poſſe ſententiam ineptiorem.
Quid enim Roboris cortice durius? quid Ceraſi contu-
ıacior? Et ferunt tamen. Quin tenerior novellis cor-
ex: atq; eæ fœcundæ minus: & iis fœcunditas unà cum
'uritia corticis accedit. Salici cortex mollior: at ea ſte-
ilis. Quid? per corticémne fructum fundit? an per o-
ulos? Qua exeunt oculi, non exire poteſt fructus? At
jus fructus natura tenuior, quàm is, quo ex brachia
oaleſcunt. Similis veterum ſententia, quam recitat
tiam Plinius. Craßioris cutis animalia minus eſſe do-
iliora. Canina coria quàm firma, ingeniũ ad omnia
ıon ineptum, quis ignorat? Quid craßius Elephanti
:orio? De eo mira narrant. Quin eadem in ſpecie repe-
rias, quod diruat funditus hanc opinionem. Elephan-
torum fœminis corium minus craſſum, quàm mari-
bus: illæ minus dociles, quàm mares. Huic contrarius

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 278 sur 521

affectus est, benè, facilè, multum ferre. Aliud incommodum est, serò ferre. Ei adversatur facultas, celeriter fructificandi. Naturalis hæc in quibusdam: alias ars adjutat: puta, fimo, irroratione, ablaqueatione, attonsione, pastinatione. Habetur etiam in nonnullis hoc à principiis naturalibus. In caulem citius evehunt sese sata semine vetusto olera, quàm horno: quemadmodum & à Theophrasto narratum est, & proponit Aristoteles in 20. sectione. Adducit id pro causa: quod humoris habet minus semen, quod habet plus ætatis. Ideò quasi vapidum ocyus consenescere. Proinde historia Theophrasti quædam etiam torrefacit ad sementem. Equidem arbitror, certum tempus perficiendo in plantam semini constitutum atq; præscriptum à natura. Igitur quasi progressus suos ad id operis fecisse semen, quod aliquandiu servatum sit. Existunt enim, uti dicebamus, in eo facultatis activæ principia. Quasi recens collectum in sua sit adhuc infantia. Nunc vera stata ætas secum ei attulerit aptas vires ad munus obeundum. Sterili verò arbori non cuivis inditur in radicem lapis: sed si cujus radix luxuriat nimis. Defraudat enim succo suo consortes partes, quem non transmittit, sed quasi abjurat, aut intercipit in ipso portorio. Is affectus plurimus ac frequentissimus evenit Amygdalo. Etiam Juglandis rectam radicem, quæ demittit sese velut ad perpendiculum (Penem Vasconũ rura vocant) abscindunt, lapidemq; aut tegulam subdunt, ne deorsum crescat. Eandem exercent in Vitibus solertiam, luxuriantibus fibris amputatis. Adeamus ad

ius ad reliqua. Sexum suprà stirpibus amovebat: nunc etiam discretum profitetur. Neq; verò id ex vulsolùm vel opinione, vel appellatione, sed actionis quoq; proportione, quæ actio alteri sexus parti, scilicet maribus, est attributa. Masculæ, inquit, Palmæ frondes, aut culices, aut liber, si fœminæ frondibus componantur: ejus fructum celeriter matureſcere, neq; cadere. Tale quiddam prodidit etiam Herodotus in secundo historiarum, ac repetitum ab Athenæo: eiq; opinioni Theophrastus assentitur. Haud sanè contemnendam contemplationem. In superiores commentationes ex tertio de anima referebatur à nobis: datum animalibus motum, ob sensum. Aut enim appetimus, aut fugimus: ut non temerè veteres umbram illius in plantis ὁπαδυμίας, investigatione sua fecerint illustrem. Est enim modus quasi quidam coëundi. Ubi de integro hac quoq; in parte animalium plantarumq; natura conferri possit. Nam ut in illorum quibusdam sexus est nullus: in aliis est, quæ tamen non generant, cujusmodi sunt Apuæ: in aliis est & sexus, & sexuis usus: ita in plantis. Exempli gratia: Triticum sine sexu. Cannabe, & Spinachia obtinuere manifestum, nullo tamen usu coitus. Palmæ suo quodam coibunt more. In quibus alio modo sit mista natura plantæ cũ animaliũ natura, quàm in Zoophytis. Quippe in Urtica substantiæ generum mistæ sunt: in Palma substantiæ quidem separatæ: sed cum iis affectus animalis misti. Neq; enim verum est, quod ait Porphyrius, speciem cum specie non misceri. Non enim esset Mulus ab Equa & Asino

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 280 sur 521

Asino tertia substantia. Tum Minutius ad me: Qui ad hæc tu deambulator? Quid aliud, inquam, ni quemadmodum arthritis ex deambulatore fecit me ut sessor essem: ita Bajulius effecerit, ut ex Lycei milite, rupto sacramento fiam transfuga. Sed audiamus Ferrerium. Meditari nanq; videtur nescio quid de subscriptore suo. Est ne, uti dico? Quid ni, inquit ille, mediter: an idem sit Culex, quod pulvis? Uterq; sanè subvolat, sed jocosa significationis ambiguitate. Bona fide Bajuli, quid Culicem dixisti? Quid aliud, subridens ille, quàm Culicem? Nam & σκάφην Scapham dicere licet, & ψῆνα Culicem. Quid, respondit Ferrerius, si illud liceat, hoc non liceat? Nam ψῆνας Pollux masculæ Palmæ fructũ dici scripsit: fœminæ βάλανον: sicuti, quod vulgo quoq; scitur, ramum Spathen. Et Theophrastus in secundo historiarum, posteaquam de Caprificatione, quæ dicitur ἐξεινασμὸς, ita scripsit, ut & ψῆνας Caprificorum culices, quorum ingressu mites ficus aperiantur ad maturationis autores Soles excipiendos, & horum culicum alios Culices interfectores κνίπας nominaret: subdit, hac in parte sese naturam quodammodo imitari, quo ad Palmæ fœtificationem. Excuti nanq; ab indigenis masculæ florem, lanuginemq;, ac pulverem fœminæ, unde concipiat: idq; ea de causa vocari ὀλωσθασμὸν: quoniam sit ὄλωσθος Caprifici fructus. Eum locum Plinius nulla sententiæ facta mutatione, Latinum fecit. Iccirco meus hic ξένος, apud quem nunc diverto, accepit me lautè suis palmulis: verùm à pulvere, non à Culicibus fœcunditati con-

rati conciliatis. Est, inquit, ut ais, Bajulius. Verùm meminisli nos interpretes. Vertendum est, quale quale rodiderint autores, non evertendum. Sin aliter sentiamus, at condamus nostra: de nostro edamus: inter- a non licet. Et meminisli nos ab optimo viro Galeno præceptis hisce verecundissimis imbui. Herodotus verò n secundo, ψῆνες ait ἐνδιώσι τὸν καρπόν. Quamobrem ille, cùm de Assyriis tantùm loquatur Palmis, forasse fiat ibi sic. Nam Caprificatio quoq; sola in Græia operæ est, non Illyrio, Italia, Provincia, Hispania. Sed ne tota quidem Græcia, sicuti prodit Theophrastus. Culices igitur hic sunt: benè, maléve, ipse viderit. Pulvis apud tuũ est, rectè ex Theophrasto, quem haud nterpretatur hic: malè ex autore, quem suscepit exprimendum Latinè. Pollux verò, si voluit sequester esse ita, ut & servaret ψῆνας, & fructus faceret, non animalia: declaret illa Herodoti verba ἐνδιώσι. Sic iste mox de Ficus Caprificiq; conjugio, de Culicibus nihil. Ut hinc etiam detur materia suspicioni peregrinatis. Ut Syrus quispiam fuerit, aut Aegyptius, non in terra Græcia natus. Non enim tam peculiarem notam sibi popularis historiæ præteriisset. Nunc maris ac fœminæ docet differentias. Una est à germinatione. Celerius enim prodeunt, quàm fœminæ, masculæ. Altera: quia sunt minora. Major scilicet in fœmella succi copia. Tertia: quòd sunt odoratiora, nempe sicciora. Itaq; in sexto de causis, nullum fructum benè olere dulcem. Tametsi nobis aliter videtur. Pepones enim quantò dulciores, tantò sunt odoratiores. Nec abest ratio. Succalen-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 282 sur 521

culentißimi cùm ſint: caloris egent ad percoquendum. Additur ergo calor ad temperaturam dulcedinis uſq;. Mala quoq; ea, quæ Apiola dicuntur Italis, dulcia illa quidem, tã jucundè fragrant, ut univerſas Indias ſuæ ſuperent ſuavitate. Mitto Perſica, mitto Mel ipſum: ne tot faſtidiatis objectiones: néve cauſæ diffidere videamur. Fœniculi quoq; ſemina grandißima dulciſſimaq; guſtavi: ſed quorum dulcedine non obtunderetur odor. Sic eidem nondum notus fuerat odor animalium. Et tamen res percrebuerat in ore ac ſermone hominum, atq; etiam in libris, de odore Pantherarum. Non perſequar hîc odoratorum animalium genera. Ut quid? Non enim locus hîc. Tum Minutius. Quanquam res eſt auditu perjucunda, tamen aliàs te audiemus. Ne imitemur eos, qui libros integros excutiunt, undiq; coacervant, ut cumulo fidem faciant eruditionis, non delectu, atq; temperantia. Itaq; Barbari quidam, quos iſte Scaliger ſuis commovit ſubtilitatibus, uruntur illius commentarioli brevitate, quam inſcripſit De comicis dimenſionibus. Quos ego. Sed audiamus Callimachi φθόνον illum barbarum, atq; immanem, quem fecit Apollinis auribus illud immurmurantem: οὐ φιλέω τὸν ἀείδον, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος, ἀείδει. Quare illius quoq; calcibus ut exterminaretur, meritus fuit. Mos eſt hic trivialiũ. Quot hîc rerum capita, ita uti ſunt, recenſuiſti: quæ in immenſum excreviſſent in manibus iſtorum vaporariorum. Quæ poteras ex Theophraſto, Plinio, Dioſcoride, Galeno, Conſtantino commemora-

memorare, parcè, atq; frugi oratione delibata, ad suum quicq; locum transmisisti. Quare quibus cœpisti legibus, sequere, nec muta. Ergo, inquit ille, mares plantæ aliæ quoq; præter Palmas, odoratiores sunt fœmellis suis: ut in Persicis, ac Cydoniis. Sylvestres item, quàm mites, generis ejusdem. Minus scilicet humoris hauriunt è solo tenuiore. Rosa tamen culta melius olet, quia succi opus habet temperatioris. Observabimus loquendi modum. Alio casu dixisset alius, διὰ τὴν ὀδωδίαν. Item πρότερον, non πρῶτον. Hæc autem verba post ea, quæ sequuntur, commodius distulisset: ἀλλαχῆ δ' ἔκ τινων τούτων, ἢ πάντων συμβαίνει. Nam pertinent ad sententiam superiorem: quando & folia, & cortices, & culices nominavit: nõ necessariò requiri omnia, sed satis esse aliquot aliquibus. Hactenus officia mutua cognationum. Deinceps verò etiam diversarum familiarum occultas necessitudines. τὰ βαλάυσια τῆς ἐλαίας συμβάλλεσιν, ὅταν ὁμῦ φυτεύονται. Interpretis incuria factum est, ut βαλάυσιον pro Punica poneretur. Nam βαλάυσιον neq; φυτεύεται, ut arbor, neq; αἴρεται, ut fructus. Illud enim haudquaquam est: hoc nondum. Quanquam κύπρον, & βαλάυσιον, aliter atq; aliter pro fructu vel immaturo, vel sylvestri etiam maturo positum, videtur interdum. De plantarum verò amicitiis, atq; inimicitiis, in secundo de causis Theophrastus, & in tertio. Repetit Plinius in XVII. Multa in commentariis γεωπονίας. Et sunt apud Philosophum in propositis quæstionibus, in quibus etiam συμπάθεια considerata est. Illud, quod suprà tange

tangebamus, arbitrati ſunt omnibus tum plantariis, tũ ſeminiis commune. Scillæ eſſe omnes beneficiarias, propter quas illa ſata maxima afferat adjumenta, vel celeritatis ad naſcendum, vel progreſſus ad incrementa, vel temperaturæ ad ſaporem. Theophraſtus ὀσμηλιχὴν vitem quandam narrat: quo argumento Democritus ſentiendi facultatem ſtirpibus aßignarit. Ergo permultum vel confert, vel obeſt id, quod appellat in quarto de legibus Plato γειτόνημα. Itaq; in 20. ſectione, ſi quis Apii radicem circunfodiat, eoq; Panicum obſerat, atq; ita demum irriget, evadere grandißimam. Panicum eſſe σμφὸν, id eſt raræ concretionis, & fungoſum: quamobrem & ſpatia laxare, & ſubeunti cedere. Nolim ſubarroganter dictum. Si ſpongiam apponas, aut etiam fungos ipſos: nihil profecturum intelligamus ex eo, quod aliis ad ſitum radicibus nihil conſulat earum magnitudini. Certum igitur ineſſe vim occultam ab elementaribus longè diverſam qualitatibus: quam facultatem cùm alibi Galenus agnoſcit, tum in libro περὶ πολήθους ἄῤῥητον appellat. Aequè verò malè & intelligit Aponenſis, & Aponenſem deſimi uſu carpit, vir alioqui benè doctus Luſitanus. Ariſtoteles verò de Braßicæ ac vitis odio nullam afferat cauſam ab ejuſmodi qualitatibus. Eſt ergo viciniæ ratio: eſt ratio cognationis, ut Viſci & Viſciferæ arboris: eſt ratio affinitatis, ut earum quæ conveniunt inſitione: eſt ratio, ut ita dicam, præſidii: quemadmodum in eadem oſtenditur ſectione. Rutam in ficum inditam pulcherrimam evenire, adeò ab affini juvatur acrimonia.

nia. Nec multò pòst alio capite, Lentisci præsidio non sentiri vermiculationē. Iste, ubi hanc Naturæ conjunctionem declaravit, aliam subdit: Tam esse necessarias inter se quasdam, ut altera in alteram transmutetur. Quo ex loco si quis voluerit diversum caput auspicari, poterit. De hac mutatione scribit etiam Theophrastus: & eam confert cum animantium simili natura. Philosophus duas in historiis agnoscit mutationes. Una est, cùm ex una specie fit alia, sive semine, aut vulgari generatione: cujusmodi videtur in Bombycibus, & Erucis. Altera est, cum mutatur facies: ut Philomelæ, & Upupæ. Quinetiam vocem mutant aves in vocem aliam: nonnullæ cum silentio commutant. Alius cantus, alia vox, alia dearticulatio Luscinia autumno, quàm vere: Merula verò tribus tantum mensibus canora est, novenis silet. Hanc plantarum divisionem, an felicius quàm ille fecerit, digerere nobis liceat, videamus. Mutari, aut ætate, quod ipse de nuce dicit, nobis enim incompertum est, quam abeat in arborem ita, ut ne amplius Juglans sit. Sic enim scribit: μεταβάλλεται εἰς ἄλλο εἶδος. Aut negligentia, ut Sisymbrium in Mentam. Aut in principiis ipsis, ut è rapo Brassica: & quod evenit mihi nuper: Petroselini semen egomet ipse cùm legissem, atq; eadem sevissem die, non Petroselinū (cum vulgo nunc alteram voco sic Apii speciem) sed exiit Alliaria. Sic è Tritico Lolium. Aut cultu: ut è contrario, Triticum è Lolio. At hic dicit, in Mentam mutari Calamentum: & apponit illud de Tragio miraculum: Abscissum, atq; secundum mare satum evadere

dere Sisymbrium. Modestè addit, τυχόν. Non enim semper fiunt mutationes: sed sunt naturæ παρεκβάσεις, ut vocat Aristoteles: atq; ut ex illo peracutè dicamus, φύσεις παρὰ φύσιν. Nihil enim in natura non naturale ἁπλῶς, & in communi natura, sed in hac, hæc, huic. Alterum genus est παρεκβάσεων frequens, & ordinaria, si credimus illi Philosopho. Ait enim, Mulierem esse naturæ παρέκβασιν, quasi dicas πάρεργον, & prolapsionem quandam à recto atq; primario opere instituto, in quod seriò intendat: quasi cadat hoc ei secundarium præter propositum. Verùm detur hoc infinitis ejus aliis meritis in opera studiorum veritatis. Tertius modus hujuscemodi progressionis naturæ est rarior: veluti quæ circunferuntur falsò de Phœnice, verè autem de Britannici Anatibus oceani, quas Aremorici partim Crabans, partim Bernachias vocant. Eæ creantur è putredine naufragiorum, pendentq; rostro à matrice, quoad absolutæ decidant in subjectas aquas, unde sibi statim victum quærant. Visendo interea spectaculo pensiles motitantesq; tum crura, tum alas. Mox ait, Triticum ac Linum alias in species verti. Theophrastus in historiis, utrunq; in Lolium transformari scribit. In quinto de causis, an sit id verum, dubitat. Ocymum quoq; transire in Serpillum aliquando. Ut non ineptè Pindari proverbium huic aptarit historiæ quispiam, οἴκοθεν οἴκαδε: sine portorio transfretante, migranteq; natura. Sisymbrium verò in Mentam degenerare, non autem Calamentum, ut scribitur hîc, idem autor est. Quidam præcipitâ

cipiti ingenio maleferiati, qui ad primam quanq; inſpectionem transfugiunt à receptis opinionibus, ac temerè conſtruunt effata univerſalia: Siſymbrium Mentæ odorem tantum capere, non autem ſpeciem ſibi vindicare. Nos verò Siſymbrio perire priſtinam faciem, nitorem, rotunditatem, odorem, ſaporem, atq; abire in Mentam, & vidimus ſæpenumerò, & meminimus, & profitemur. Nam quod iſti de Menta litigant, ut comicè jocemur, ſolentes inſolenter faciunt: ſolent enim arroganter facere. In Lolium emigraſſe Linum haud dum mihi compertum eſt. In aliam tamen degenerem dilabi plantam quotidie conquerunturnoſtræ mulierculæ. Satum quoq; in Cepe ſecto, eam ex ſe progignere plantam, quam vulgus Draconem vocat, Thuſcis olitoribus perſuaſum eſt. Cuſpidis ei figura folium, ſerratũ ut Betonicæ, ſed molliter, & obſcurè, ſurculi viminacei, floſcellus candidus. Saporis acrimonia commendationem attulit ad uſum acetariorum. Radix penè nulla eorum arguit temeritatem, qui Pyrethrũ fecere nomen. At mihi non ſemel Lini ſemen, cùm ita, uti juſſerant, ſeviſſem, Draco nullus extitit. Herbas verò formis propriis amiſſis, alias induere non eſt mirum: habent enim inter ſe communia principia. Affert à loco genus aliud mutationis, non quidẽ formæ aut figuræ, ſed uſus: βελένιον, inquit, τὸ δηλητηριῶδες τὸ γιγνόμενον ἐν τῇ περσίδι μεταφυτευόμενον ἐν τῇ ἀμπέλῳ, ἢ ἐν τῇ παλαιστίνῃ, γίνεται βρώσιμον. Videtur Perſidis arborẽ in ſolo natali venenatam βελένιον vocare. Novam ſanè vocem, & quam

apud

apud alium in præsentia non memini. Verùm nomi-
nis ratio huic fraudi sit. At pertinacem ac fatalem eo-
rum vecordiam demiremur, qui Perseam arboren
Myxæ similem, quæ fuerit venenata, & alteram Per-
sicum dictam, longè illi diversam, quæq; nunquan
fuerit venenata, repetito, atq; ut poëtæ loquuntur, re-
centato trivialium errore, pro una prodere ausi sunt.
Non est ingenii mei, nisi meipsum fallo, quenquan
vel lacessere, vel castigare. Verùm levissimam turbel-
lam istam, quæ ita turget, ut extra domesticos parietes
erumpat ad vastandas receptas sententias lectissimo-
rum hominum, quando seipsa ferre non potest, quî fe-
ratur à nobis? Galenus in secundo de medicamento-
rum compositione κατὰ τόπους ita scriptum reliquit.
Ab sese visam Perseam in terris imperii Romani, præ-
terquàm Alexandriæ, nullam. Quæ verba si habuis-
sent in memoria spicileguli nostri, non animum indu-
xissent disputare, & quærere, diversisné locis eadem
venenata & non venenata queat esse. Quo persuade-
rent nobis, Perseam dictam, cum esset venenata, &
Persicum, ubi non esset. Nam si Alexandrino in agro
tantum vidit Perseam Galenus, quo tempore Persicus
esset in Græcia & in Italia plurima: quid actum a-
gant? Vel Plinium legissent, qui aperto bello impu-
gnat hanc inscitiam. Nam quod afferunt è Dioscori-
de, tam Perseæ, quàm Persici fructum esse ventriculo
commodum: tantum abest, ut eorum foveat pertina-
ciam, ut iis ipsam quoq; subruat occasionem desipien-
di, quando illi duas, non unam esse vident arbores.

Pulchros

pulchros verò dialecticos in secunda figura duabus affirmativis. Probas ἀποδείξεις, quæ unam τέκμαρσιν accipiant pro eo quod esse debet, ἴδιον κυρίως, καθ' ὅλου, καθ' αὑτό. Nam inter illorum scripta, similis notæ plurima reperiuntur, vel usq; ad fastidium. βελένιον verò dictū arbitror, sicut & τοξικόν: non à Taxo, quemadmodum Grammatici pueris narrabant olim nobis, sed παρὰ τὰ τόξα. Ejus enim succo tela tingebant Barbari: id quod hodie quoq; faciunt & Alpini latrones, & Pyrenæi. Ita ἀπὸ τῶν βέλων βελένιον. Quæ si probabilis esset apud veteres, venenum nostrū libentius hinc dictum existimarem, quàm ab eo, quod venas occupet. Verùm eam nusquam memini, ac ne apud Pollucem quidem. Tametsi in primo recenset ille τὰ βέλη τὰ φαρμακώδη. βέλενν & aliud Athenæo. Et videndum, an sit idem hoc piscis nomine, qui est Oppiano βλένος. ξενικὸν vocat id Aristoteles apud Celtas venenum. Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem scriptum habet ξλένιον: aitq; à Græcis ita dictum, à Barbaris Ninum. Esse plantam, cujus succo Dacæ, Dalmataq;, sagittas suas efficiant letales. Fortasse βελένιον est. Prisci tamen utrunq; pro altero pronunciabant. An verò sit, quem vocant Arabes Napellum: & an sit Aconitum Napellus, non ex Belgicis plagiis, sed ex eruditiorum fontibus hauriendum est. Cæterùm expediamus, quod jam reliquum est libelli: ut cœnæ ratio habeatur. Per magnum enim ac perdifficile confecimus iter, nec minus asperum quàm infestum saltibus, atque dumis. Quod alioqui longius etiamnum producit iste: cùm de

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 290 sur 521

Amygdalo, quæ jam dicta sunt, deq; Malo Punica re-
petit. Quarum illa dulcescat, hæc mitescat. Et appo-
nit artem, cujus ope gratia Punicæ comparetur: quip-
pe sullo simo, & aqua frigida. Amygdalo clavis ada-
ctis, atq; educto gummi multo. Quasi videamus ima-
ginem Phlebotomiæ. Atq; hæc ad philosophi pertinen-
contemplationem, qui agricolæ docendi fundamen-
jacit ad operam: ita causas eruit è naturæ sinu. Po-
stremò concludit: agrestium pleraq; arte mitescere: le-
cum valere plurimum, & cultum: certasq; tempo-
rum, atq; exquisitas leges. Sic enim interpretor ve-
cem illam multo turgidam significatu, κραιόν. Disti-
xit autem τὴν ὀπτικὴν ἀπὸ τῆς γεπονίας. Quip-
artem vocat illam, clavorum adactionem. Operas au-
tem, quas colendo poneremus, agriculturam: stercor-
tionem scilicet aquationem, putationem, & simili-
Tria statuit igitur: rem immutabilem, locum: re-
mutabilem, temporis legem: rem immutabilē cum im-
mutabili, & mutabilem cum mutabili, artem. Illu-
non est prætereundum, Omissum esse contrarium d-
visionis membrum, de quo suprà nonnihil à nobis d-
ctum est. Cultu fieri deteriora quædam. Exempla po-
ta sunt. Ad hæc Minutius cum sustulisset vultū, ô Ba-
juli, inquit, ut multa condimenta comparavit natu-
rebus, aliis alia. Videmus cultum quibusdam confe-
re: esse verò & quibus noceat. In Punica deprehend-
mus eam, quam conciliasti gratiā dulcedinis certo in-
commodo labefactari. Ejus nanq; fructus arboris ex a-
cidis facti dulces, facilius atq; celerius putrescunt:
est

ſt in quinto de cauſis. Igitur acidum videtur eſſe con-
rarium corruptioni. Quamobrem magnopere miror,
uid in mentem venerit recentioribus, ut adduceren-
ur febrientibus acida prohibere. Nam tametſi aſtrin-
unt acida, videnturq; propterea facere, ne corpus di-
ſolui fiat: extinguunt tamen, ac ſimul objiciunt ſeſe
ro reparatione valetudinis putrefactioni. Danda fuit
itur opera, ne tantis fruſtraremur utilitatibus: aſtri-
ionem tolleremus eorum commiſtione, quæ cient u-
inas, aut ſudores. Ejuſmodi verò non pauca ſunt, vel
modicè calida, vel etiam intra modum: quorum vis
multo erit uſui, ſine incommodo febrientis. Ita & oc-
urretur incenſioni, & habebitur cauſæ ratio. nimi-
um ſimul extinguemus, ſimul aperiemus. Igitur qui
rohibent in febribus Punica Mala ſubacida, videntur
gnari tum rerum, tum etiam cauſarum. Dulcia pro-
ectò ſunt amovenda, quæ tamen ipſi dant: & monen-
ur à Dioſcoride tamè, id ne faciant. At ſubacida, quæ
licunt etiam vinoſa Græci, vocant Arabes almuzi,
on ſolùm non obſtruunt, verùm etiam (omittamus
xtinctionem atq; tuitionem à putredine) incidunt,
periunt, & urinam cient. Iſti tamen ſunt Arabum
ectores: quorum conatus laudandi quidem, ſi judicio
ecto ſeligerent ad ſimplicitatem, nō exadificarent fa-
tiones, aut propter odium, aut propter oſtentationem.
Quare impetus illorum, cùm ex iis, tum ex aliis mul-
is, quorſum evadat, vides. Tum Bajulius, Miſeret
ne, inquit, humanorum affectuum, quibus excita-
mur ad imminendum ſententiis Sapientum. Nam

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 292 sur 521

quando finem faciemus contradicendi, vellicandi, ob-
trectandi, explosa repetendi, alienis incubandi? A
nunc, cùm sperabamus in summa rerum omnium co
gnitione consensum animorum, atq; Reipublicæ lite
rariæ tranquillitatem: nunquam majore salo fœdio
res jactationes perpessa video, videnséq; doleo studia no
stra. Iis sanè contigit, quod athleticis illis Hippocrat
evexiis: ut cùm in summo constiterint, labantur in pe
jus. Sed sperandum est. Interea quod superest, absolva
mus. Persequitur hinc temporum vices & articulo
„ Multa vere seri: pauca hyeme, & autumno: æstat
„ pauciſsima post exortum Caniculæ. Additq; locis qui
busdam, licet paucis, eo quoq; seri tempore. Verum Ro
mæ perquàm rarò solere quicquam tum mandari ter
ræ. Aegyptios autem semel tantum toto anno serere
Ita tria, cum proposuit, exequitur: artem per φυτὰ
ουτω: locum, Aegyptum: anni tempora, quatuor. Ex
actè dixit, καὶ μᾶλλον ὁ ἔτους καιρός. Quando est in
terdum autumnus in hyeme, sicut in vere hyems. Ita
non solùm χεῖμα, sed etiam καιρός: quem tempori
articulum verterunt nostri scitè admodum: Virgiliu
κομψῶς, proq; rei majestate, cardinem. Sic enim dici
mus: Res in eo vertitur: & ille, Fors omnia versat: e
autem in illis, Haud tanto cessabit cardine rerum. Ve
teres simplicius, occasionem: quod ob causam est, scili
cet πρόφασις, & συναίτιον. Proclus in Alcibiade scri
psit, Pythagoreos ita statuisse: καιρὸν primam causam
à qua proveniret omne bonum. Alterum principium
τύχην: videlicet officiorum vel civilium, vel natura
lium

ἀναγκῶ imponunt alii, cujus sit vel assecla, vel
boleς εἱμαρμένη. Necessitati nanq; subjiciebant et-
m Deos illos suos. Plato in quarto de Legibus Dei po-
it assessores: ὡς θεὸς μὲ πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τύχη, καὶ
μεῖς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. Quare
i eodem libro putat, res humanas sic habere, ut inter
onas malæ queant dici: tolerariq; oportere id pro re,
t tempore. At Lycæum ponit, ac rectissimè quidem, τὸ
ν ἡμῖν. Aristoteles enim sapientissimè, ac potius divi-
itus in Eudemion septimo: ἄλλον δὴ ὥσπερ ἐν τῷ ὅλῳ
εὸς, καὶ πᾶν ἐκείνῳ. κινεῖ γάρ πως πάντα τὸ ἐν ἡμῖν
εῖον. Et addit verba quovis cœlo digna: etenim viden-
ur inde lapsa: λόγοι δ' ἀρχὴ ὁ λόγος, οὐδάτι κρεῖττον.
ὶ ἂν οὗ κρεῖττον καὶ βέλτιμης εἴποι πλὴν θεός; Sed ad
lantas. De veris hîc quidem tempore vera prædicat:
le hyeme verò non vera: de autumno nihilo meliora.
Placuit autem sibi flexibus illis verborum, πλείονα,
λίγα, ὀλίγιστα. Jam tum primùm constat, autumno
enè omnes solitas seri fruges. Etiam tunc Cinara me-
ior, & si non melius. Grandiores enim fert, sed opus
st evasione: gelu nanq; sæpe intercipiuntur. Hyeme
enè omnes panguntur arbores. Post canis exortum
rimum nihil quicquam ponitur in terram satus gra-
ia: ac ne in Noruegia aut Gruntlandia quidem: tam-
etsi iis tum locis clementius cœlum est. Ubi verò desiit
exoriri, quod tempus longè rectius esse post exortum
dixerim, seruntur multa primis quibusq; imbribus
sextilibus, nisi fuerit annus æstuosus. Quod verò de
Roma prædicat, & quàm minus rectè sentiat, osten-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 294 sur 521

dit: & pueris quoq; notum facit, se non esse Aristotelem. Neq; enim ejus tempore Romana res erat tanti nominis, ut de illius agricultura quicquam observaretur. De Aegyptiis autem seminibus an vera dicat, Plinium consulemus è septimo decimo. Eos enim mensibus omnibus serere prodidit. Videbimus etiam Theophrastum, ut, cui credendum sit, diligentius exploremus. Suprà dicebamus: quemadmodum posuit ἀραιῶς adverbium pro rarò. Quem ad significatum usus est Aristoteles nomine, in propositionibus controversis, ὀδόντας ἀραιοὺς. situm dentiū innuens: sicuti dicit pulsum Galenus ἀραιὸν, cujus intervalla magna sunt. Sic igitur est ἀραιὸν, ut μανόν. Ut μανὸν sit totum talem ratione partium inter se: ἀραιότης, affectio distantiæ partium in toto. In primo historiarum animadvertendum, quàm rectè μανὸν & ἰνῶδες contraria statuerit Theophrastus. Ut intellexisse videatur villorum in stirpibus infrequentiā, & crebritatem. Galenus in quinto de locis ἀραιὸν opposuit τῷ συχνῷ. nō τῷ πυκνῷ, sicut & in libris de pulsibus, uti dicebamus. At in sexto constituitur adversus τὸ πυκνὸν ὐσίᾳ τῶν χιτώνων ἀραιᾷ καὶ λεπτῇ. Manifesta verò significatione primo de simplicibus pro eo, quod est denso contrarium. Sic ἀραιὰ terra, id est laxa, non compacta. Licentius in Hyla Theocritus, ἀραιὰ φωνὰ pro exili. καίκαστον autē (quod equidem sciam) recentior vox est: sed neq; inepta, neq; injucunda: ut mihi quidem digna videatur, quæ ab aliquo veterum Lyrico poëtarum deducta sit ad usum posteritatis. Qua compositione tollatur vel

terrestris,

rreſtris, vel aquatilium canum ambiguitas. Hîc Minutius: Quare ſuprà, cùm vocem hanc ἀφαὸν declarabas, non hæc adderes, quæ huc dilata maluiſti? Propterea quòd, inquit, condienda ſunt faſtidia vulgarium epularum ſuavitate quapiam hujuſcemodi ambammatum: & aſperitas itineris ſalebroſi levanda talium diverticulorum amœnitate, in quibus pauliſper liceat conquieſcere. Nam quemadmodum præcipiebat Pindaro Corinna, uti poëmatiis fabulas, quaſi animam (ſic illas illa vocabat) inſereret: ita mihi jubet pudor, horum ferculorum ſapores injucundos emendare dulciariis, atq; bellariis. Etenim ſi tunc vobis omnia effudiſſem, nunc incœnati fortaſſe dormitaretis. Quod conſilium non ſemel eſt à me hac in diſputatione initum: ac deinceps nihilominus ſervandum cenſeo: niſi vobis aliter videtur. Maximè verò, inquit Minutius, ac ſanè perplacet. Nam & odium pariunt nimis inculcata, & demulcent animum, ſecundum naturæ loca, aptè diſpoſita. Sed age. Quæ ſequuntur, inquit, occupant alienas ſedes. Suprà nanq; recenſenda erant. Quaſdam è plantis ab radice folia ferre: à ligno alias. Interpretis error hîc: ut lignum pro ſtipite dixerit. Quaſi verò radix quoq; lignum nõ ſit, in arboribus præſertim. E radice malleos quotidie confici videmus, quovis ferro duriores. Talis fuit Herculis clava: cujus manubrium, ſive, ſicuti loquebantur veteres, phala, erat è ſtipite: nodi verò, & qua parte capitata eſſet, è radice. Agreſtem olivam perhibent illam fuiſſe. Quinetiam in vetulo Rhaphano, &

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 296 sur 521

Lactuca, aliisq; plurimis ligni naturam potius radix obtinet, quàm ſtipes ipſe. Tu verò Ferreri, ecquid obſervaſti, tuus iſte ταμίας ſtipitémne dixerit, an lignũ? Lignum, inquit ille. Cæterùm de clava, quod Græci mentiuntur, puto te divino iſto pudore tectum voluiſſe. Nam Heros ille πολυνίκης, opera clavæ cùm permultis annis uſus fuiſſet; tamen auſi ſunt more ſuo fatali mentiri Græci, apud Trœzenios prope Polygij Mercurij ſignum depactam germinaſſe. Illudat hic Pythagoreis vetus comœdia: dicatq; animas eorum, quos eliſerit, hauſiſſe ſibi, atq; induiſſe: quarum vi nova vitæ primordia rediviva redintegraret. Neq; ridiculum fuerit hoc iis, qui nos prohibent animalium ſanguine veſci: quòd ſanguis animalibus anima ſit. Videamus verò quid hic ſtirpium è gummi ſatu promat nobis. Hoc enim ſequitur jam. Rectè, inquit Bajulius, mones. Hoc enim profitetur. Et jam Theophraſtum dicebamus educere de Myrrha ſata Smyrnidem: At hîc iſte folia quoq; germinare de gummi dicit. Hoc nondum in libris, aut ſylvis, aut hortis uſquam vidi. Aliam fecit probam quidem, ſed mutilam diviſionem: eamq; nudam exemplis. Folia ſtatim à terra, ut Mandragoræ.
» Folia procul à terra, ut Pino. Folia à mediis partibus,
» ut Siliquæ. Rurſus ad fructificationem redit. Semel a-
» liquas in anno ferre: alias ſæpius, ſed fruſtrà: non enim
» alteros fructus perfici. Non eſt negligenda vox, πλειςάκις: excedit enim regionum noſtrarum genium. Roſas biferas vulgò ſcimus. Item Prunos, at non quotannis ſervare flores, aut inchoare fructus etiam inſtante hyeme.

veme. Est & modus alius. Nang, ex vetulæ rosæ calulo rosellam enatam posteà vidimus. Quod freens est in Flammula, quam ab odore Caryophyllum cant, apud Italos: ut ex majore flore prodeat minor sculus: duplices nominant. Alia huic contraria difrentia: Alternis tantum annis ferre quasdam: quas sunt Mali vestræ, Scaliger, in uxoris suburbano. ubridens ego, bene mones Bajuli. Ex uxoris fundo Mali Mala ferunt alternis annis: ex uxore ipsa mala ulta quotidie. Tace, inquit Minutius, qui & pulerrimæ, & castissimæ, & lectissimæ Heroinæ domius sis in domo tua: tuis in poëmatiis (non dicam cuus) fueris servus. Tace, inquam, igitur: ne & mihi des ccasionem loquendi, quæ nolis: & huic eripias dicenli, quæ velis audire. Tum Bajulius: Exemplum postæc ponit olearum: quæ si ramis luxuriant, sive stoloibus, tertio quoq, anno in officio non continentur. De Persico nonnihil item potuit: nisi putetur, necdum dulta sit anus. Ut ludat Ferrerius, qui optimus poëta st. Persicus penè annicula sit anicula. Viduatæ prinùm frondibus videas ramos penè nudos. Fructum nox haud ita multum fert. Tandem emoritur. Hinc “
ab ætate: Senectam nonnullis fœcundam, aliis juven- “
tam. Ponit exempla tria: Amygdali, Pyri, Populi. Vi- “
detis apud hunc, alibi ferre Populum, alibi sterilem esse. Distinxisset propter hoc ἀΐγειρον καὶ λεύκην. Quinetiam rerum peritiores tria dignoscunt discrimina specierum. A regionibus quidam profesi sunt affectus hosce fœcunditatis, & sterilitatis. Nigram ferè dicunt

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 298 sur 521

nihil ferre. Nos & candidam scimus alicubi. Ut curiosis etiam loci quippiam detur, ubi acquiescant. Post hæc sexuum differentiã repetit jam nunc tertiò: Densiorem masculam, durioremq́: item ramosiorem, ac lentum minus. Sic enim interpretor hîc τὸ ὑγρόν. Quemadmodum in animalibus apud Aristotelem, minus rigidam, flexibilioremq́ agilitatem. Ejus enim contrarium, rigidum: quod aliud est, quàm durum. Græcum est hoc εἰγλαυὸν, ὅπερ ἀποκρούς μ̃, ὑπτείκς δ̀ ὄ. In amatoriis Græcorum nequitiis ὑγροὺς ὀφθαλμοὺς, quales Latinè vocamus, non statim sciam. Certè sicci oculi sunt constantium, & crudelium: id est Herculis, & Busiridis: molles imbecillis animi, velut muliebres Homericorum Heroum oculi, qui scortillorũ more lacrymantur. Amatorij, ac lascivi, non molles lacrymis, sed udi nitidâ nequitia. Ad hæc, maribus, celerius, quæ ferant, matureſcere. Dissimilia quoq́ obtinere folia, & stolones diversos. Sanè apponantur ita omnium vel specierum, vel generum differentiæ: diversas habere partes. At hoc proponitur: modus ac ratio quæritur. Vertit deinde sese ad exhortandum auditorem: incumbendum esse in veterum lectionem: eorum dicta conferri debere cum rebus ipsis. Id quòd Plinius si fecisset, non plus deberet calamo suo, quàm ta Cæsar ligonibus tuis. Fautores tamen habet ille: ac laborum quidem, me quoq́: eruditionis atque rerum, quas profitetur, cognitionis, non nisi factiosos. Et putat Collinutius suis convasationibus ostendere posse Plinij suppellectilem Naturæ propriam, ac legitimam.

mam: Leoniceni recenſionem curioſam ſimul, atq; erverſam, declamator. Hinc auſpicari poſſit aliquis aput ultimum: aut ab iis, quæ ſequuntur. Conclu-
lit enim librum capitibus tribus propoſitis, atq; in-
iſcuſsis: Perſcrutandum plantarum medicamenta- «
ios affectus, item cauſas. Narrandum generationes, «
ationes, radices, ſuccorum differentias. Et addit, «
καὶ δ' γάλακτος, καὶ δ' κόμμεως. Mendum ſuſpice- «
ur ibi quiſpiam. Ubi poſuit, χηλῶν: addit ὁδμῶν: «
poſtea γάλακτος. Tu verò Ferreri, quid affers ab iſtis ſulcis? Rectè, inquit ille, ὁδμῶν. Nam meritò hinc expungenda vox illa, quæ apud Sophoclem viam ſignificat, apud Theocritum αὔλακα, aut ſaltem ſulcorum ordinem, aut meſſorum. Inde cognomen Cereris ἐπιγμίας in epigrammate. Puto autem diviſionis membra quædam prudentem præteriiſſe, quia nihil eſſet operoſum. Prudens, inquit ille. Nihilo verò magis herbæ nobis illæ notæ, quæ narrantur verbis his: αἱ σπέρμα μόνον ἔχουσι. Nondum plantam vidimus, « quæ ſemen ferat ſolum: etiam ea, quæ Centumgrana dicitur, admodum foliata eſt. Veſtigandam præterea bonitatem. Hactenus à forma: nunc à fine. Tum revertitur ad officia formæ, cum dicit, τὰς διαμονάς. Duplex, uti dicebamus, διαμονή: altera vitæ: altera, quam poſſumus avulſarum aut cæſarum ætatem appellare pro eo, quòd quæq; duret. Hoc etiam juvatur arte. Veluti cùm in Milio ſervatur Raved: melle, aut ſaccharo fructus. In vini face Perſica, tam inſuavia, quàm incorrupta vidimus: guſtata

abominatã

abominati ſumus. Uvas Caßinates monachi, me puero, tuebantur oblitas argillæ cruſta. Et hanc legiſtis ſedulitatem in vita Caracallæ, & alterius monſtri. Habentur & alia complura mangonum machinament. adverſus Naturæ jus. In viceſima ſectione docet Ariſtoteles: Cucumeres prope puteum ſatos, in puteum ſi demittantur, anni totius tractu virides haberi. Redit ad
» medicamenta rurſus, quorum differentiam ponit: Ve-
» nerem provocantium, eorum quæ cient urinam, qua
» ſomnos conciliant, quibus eſt natura venenata. Omiſit ea, quorum vi ſubducuntur noxii ſucci: niſi φαρμακώδη pro genere poſuerit. Claudit autem librum ſanequàm ridicula differentia: quippe Lactiferarum. Nam & jam dixit hoc bis: & ſi non dixiſſet, non hîc tamen dicendum fuit. Ecce jam librum vobis abſolutum: ſi nihil addatur: multa nanq; ſuperſunt. Hoc tamen haudquaquam ei vitio dandum eſt. Non enim librorum autores omnia complectuntur. Hæc & Galeni eſt, uti dicebamus, ſententia, & Ariſtotelis conſuetudo. Satis enim fit, ſi jaciantur ejuſmodi fundamenta, ſuper quibus alii queant exædificare. More verò noſtro nos, ſi qua in mentem venient, quæ adjungamus, iis profectò efficiemus hilariorem diſputationem. Ac primum quidē haud vos latet, in primo de cauſis à Theophraſto dictum de biferis. Si quid deſiderabitur, inde peti poteſt. Quæretur verò etiam: cur vere pariant arbores. Quia, inquiunt, tempus γόνιμον. Sanè. At quare γόνιμον, ſive, quod ait Lucretius, genitale? Quia calidum, & humidum. Ita eſt apud Theophraſtum.

Nam

am ver an ſit, aut quo modo ſit mediocriter tempe-
utum, ſatis alibi diſputatur. Recenſeamus & alia ca-
ita. Quamobrem prius inculta, quàm culta germi-
ant? propterea quòd hæc retardantur putatione,
blaqueatione, paſtinatione. Retrahitur ſuccus, aut
epercutitur: detecta radice, refrigerata, ægreſcunt.
Quid eſt, quòd ferri aciem quædam hebetant? Tilia,
nquit Theophraſtus, calida eſt: iccirco dolabrarũ vim
etundit. Profectò calidi ſit ferri vigorem debilitare:
verum enim comperimus in menſa quotidie: cedo cau-
ſam, quæ non habeat opus diſquiſitione. Ratio ratio-
nis eſt, quam omiſere. Laxat, & ſolvit calor. At acies
n aſtrictione, atq; compactione. Quare verò, quóve
modo frigida quoq; faciant idem: an hîc quærendum
eſt? Quippe Citriorum ſucco, aceto, omphace quoq;
ſtupor evenit ferro, quæ nihilominus aſtringunt. Por-
rò aliam cùm inchoaſſet ſententiam: licetne, inquit
Ferrerius, intercedere? Nam uter verò tandem magis
importunus? Túne, qui tragulam injeceris, atq; abie-
ris: an ego, qui tanquàm Telephus à vulneratore o-
pem petam? Quin igitur mederis? Quid vis, inquit,
faciam? Da: inquit ille, cauſam. Dic tu potius, ait
Bajulius. Cui Ferrerius: quid ſi habeo nullam? Ne
des ullam, inquit ille: quoniam ſis, quo ego quoq;,
excuſatus modo. Age, inquit Minutius, aliquam.
Tum Ferrerius: ergo quæ nunc jam primulum ſeſe of-
fert mihi. Nullum fieri vitium aciei puto, quemad-
modum à calore cauſabaris. Quin ſicut calor partes
differt, ſic illæ coguntur frigore. Sed apponi mado-
rem

rem asperum, qui subire facilius aciem vetet. Ita c
te subacta, quàm quæ lima sunt eroſa, commodi
ac citius secant. Ejus tam præsens ad omnia, tam
expromptum ingenium admirati conticuimus: Ba
julius sic resumpsit provinciam disputandi. Tiliam ca
lidam historiarũ scriptores censuere. M. Antoninum
qui exacta ætate nimiam ob proceritatem incurvesce
ret, ajunt Tiliaceis assulis thoracem corrigere solitum
potius, quàm aliis: propterea quòd calore suo foveren
senem. Ego verò cum alias arbores novi calidiores
Laurum, Fraxinum, quæ ferrum haud ita retundant
tum suspicor non tam ob calorem expetitam ad Impe
ratoris fomenta Tiliam, quàm quod mediocris est in
ter rigiditatem ac lentitudinem. Neq; enim pelles de
erant ad calorem vel tuendum, vel etiam augendum:
neq; alia ligna ad sustinendum. Ferrum autem hebe
tandi causa est in Tilia lentor: quod icta non adeò ad
mittat. Hoc habet commune cum Populo, Carpino, a
liis. Est & affectus ille in genere Plantarũ. Legumina
Græci ταριχὰ & τέγμα dicunt, quæ coctilia sunt:
& affectum contrarium nomine privante, scilicet ἀ-
τέγμα sive ἄπεγμα, & κεγασβόλα, non sine ru
sticæ superstitionis suspicione. Quæ jacta bovis arato
ris cornua fortè contigerint, non domari elixatione,
quasi ἀπὸ τῶν κεγάτων κεγάτινα facta sint. Ergo prius
an vera dixerint, quærendum, quàm causæ fuerint in
vestigandæ. In Ulyssea 22. transtulit ad animi duritiã
poëta. Fluvia, ut prisci loquebantur, aqua melius co
qui legumina, quia subeat: subtilior enim est, quàm
deses

ſes, atq; ut Græci loquuntur, ἀφχώ. Quam ob cauſam
rſu dixit exercita flumina divinus Maro. Ad hæc
us inſolata eſt, quàm puteana, aut alia quæpiam
bterranea. Ac quanquam craſſior videtur: id evenit
propter admiſtas terræ particulas: multas alioqui
ntinet portiunculas illas minutiores, atq; tenuio-
s, quæ in meatus ingreſſæ ignis vi, vim ipſam ſecum
mul intulerunt: quo calore, qua humectatione con-
t cauſa temeritudinis. Contemplemur & id, quod
ueri obſervabamus: ſecundum cellas ſubterraneas
eponum ſemina temerè jactata germinaſſe, atq; mi-
andam in longitudinem promoviſſe: haud perinde
rofectura, ſed minus νωθρὰ futura, ſi in Sole fuiſ-
ent. Unde & Catullus dixit: educari plantas humi-
lo, firmari Sole. Iccirco in 20. ſectione, puſillos Cucu-
neres, ſi terra obruantur, grandeſcere magis, quia
minus aëris calore diſcoquantur. Quæ ad contradi- "
ctionem pertinent, accipiamus è ſexto Theophraſti. "
Cnecum ſylveſtrem ſativo eſſe molliorem. Quid aliud
cauſæ ſit, quàm partium attenuatio, quæ exuberant
in ſativo crudiores? Etiam illud παράδοξον ha-
beo dicere: E nivibus noſtris Pyrenæis erutas piceas,
atq; in agros translatas inferiores etiamnum vive-
re. Affectus ille radicum, & bulborum: Tenuiores
eſſe acriores. Cepæ grandiſſimæ, eædem dilutiſſimæ
ſunt: plus enim continent humidi. De ſemini-
bus autem hoc. Acrium plantarum ſemina, non o-
mnia, ſed eorum partem maximam, radicibus ſuis
eſſe acriora. Cauſam Philoſophus aſſignat, quia
ſemen

ſemen ſit principium. Sanè principium validiſſimu
Ego puto à ſiccitate. Ea ſiquidem calor acuitur. At
Citrij ſemine amaritudo non obſcura, verùm ha
multa: in cortice acrimonia nõ minor: in Arancij co
tice amaror inſignis. Pyrethri quoq; radix longè acri
eſt ſemine. Amararum verò ſemina non ſunt radi
bus amariora. Ex Cucumerum hiſtoria ſuperiore qu
ri poteſt: in plantis cur partes, quæ ſunt propiores te
ræ, duriores exiſtant. Nam cacumina videntur eſſe
portere ſicciora. Abſunt enim longius ab humore ma
tricis: & aëre cocta videntur magis. Sic etiam ſtipit
aliquot radicibus lignoſiores: non quia plus terreſtre
ſed quia plus cocti. Cacumina verò flexibiliora ſun
quia recentiora: πρόσφατον enim, atq; ut Hippocra
tes loquitur, ὑπόγυον τὸ ὑγρὸν, neq; tam conſumptum
Humidum quoq; plus obtinet aëris cognati. Pilorum
verò tractationi non eſt hic locus. Sed eorum duritia
craſſitudo, flexuoſitas, eorumq; contraria pertinen
ad ſecundum ac tertium artis: ad libros de officiis par
tium, item de cauſis earum. Tractantur etiam in 23
ſectione propoſitarum quæſtionum. Ita ſubtilitas ex
quiſitior. Amicas nocere. Edera nanq; non ſolùm ami
ca eſt, ſed etiam amaſia vetularũ arborum: cum qui
bus habet occulta quædam principia natalium com
munia. Strangulat eas tamen, aut alioqui necat
quippe ſalſugine, vel amplexu. Hoc eſt apud Macro
bium, ex poëtæ mimo: illud prodidit Theophraſtus
Hinc affectus à valetudine. Nanq; paucioribus agre
ſtes tentantur morbis. In quinto de cauſis attribuit ic
ſucco

ſuccorum copiæ, quæ ſit in mitioribus. Humidum ſa-
è radix putredinis eſt. Minus quoq; roboris in his.
Maxima tamen ratio noſtra, quam dicemus. Siqui-
em maxima eſt cauſa, qua potiſſimùm ibi natæ ſunt.
t natura eſt Peripateticorum Fatum. Suum ibi ſo-
um, ſuum ſibi cœlum: hic pater, tellus mater: domi
iæ patriis potitæ commodis fruuntur. Sponte naturæ
ditæ, naturæ ſuæ principia retinent incorrupta: aut
on coacta ſaltem, vel ſi mavultis, non invita. Metuo
anq; ne vos falſo potius verborum uſu, quàm fre-
uentia fatigem.

Hæc nunc attigi veſtro juſſu, ne deeſſem: ſed curſim,
e obeſſem. Si qua præterea ſint, horum inſtar tracta-
i queant. Nemo enim unquam unus ſimul omnia
omprehendit, ſed is ſolus, qui eſt omnia. Cui aga-
mus, Viri innocentiſſimi, gratias: precemurq; nobis
iem craſtini felicem, proſperumq; ad librum alte-
um, in quo cauſæ generationesq; declarantur, expli-
andum: utq; ſtudia hæc ſint ſecunda nobis de diſpu-
ationibus noſtris. Arduæ ſunt etenim, atq; attentio-
i contemplatione dignæ. Simul librum claudens,
urgamus, inquit, ne quod hic, me intuens, à Plato-
ne factum nollet, nobis item contingat. Sex ſeptem
lies totos ſedere fecit ille diſputatores ſuos ſine ulla in-
ermiſſionis ſignificatione: quos tam diuturnis oratio-
ibus, Græcos præſertim, collectam ſitim aqua ſaltem
ſolviſſe æquum erat. Omnis enim diſputatio tum ju-
unda eget aſperſione civilitatis, tum habet opus mo-
lo quodam temperato. Sic alius quidam in colloquij

principio, cùm ad posteræ diei convivium amicos i
vitasset: non intermisit, quin proximo statim ver
faceret eos adesse, devorata prius die, quàm cœn
Nos verò cedamus & nocti, & pudori. Ergo cum su
rexissemus, & jam immineret nox: cœna, quæ para
ta erat, apposita est: tum nos soli discubuimus. Na
mulieres suam jam fabulam peregerant, neq; volu
rant comparere, veritæ ne quid nobis suis in-
terpellationibus incommoda-
retur.

LIBRI PRIMI FINIS.

IUL

ULII CAESARIS SCA-
LIGERI IN LIBROS DE
PLANTIS, FALSO ARI-
ſtoteli attributos,

LIBER SECUNDUS.

EXpedita cœna, cùm ſæviſſimis atque aſperrimis Aquilonibus omnia rigerent, eſſetq; in viis maximum ſilentium: quid hoc noctis, inquit Minutius, agemus nos? Nam ejus prolixitatis ubi in mentem venit, durior mihi ſit lecti ſpecies, quàm Prometheo Caucaſus. Cui cùm illum alligarit Jovis juſſu Vulcanus, huic ego videor adamantinis affixus curarum clavis. Dum enim expecto dum illæ abeant, aut ſomnus obrepat: annus eſt. Quid aliud, inquit Ferrerius, quàm & illudamus curis, & invitemus ſomnum ſtudioſis diſputationibus? Niſi equidem vererer & hujus jam ætatem, & Bajulij laborem, quo eum hodie oneravimus: orarem magnoperè ut alterum nobis abſolveret librum. Vix enim horarum quinq; opera videtur, niſi me fallit conjectura, ſupereſſe. Et quod noctis reliquum fuerit, quamlibet æſtivam integram poterit æquare, modò tibi moleſtum ne ſit. Cum me hic reſpexiſſet

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 308 sur 521

Minutius: atq; ille me hoc magnopere velle intellexi
set: rogavit Bajulium, ecquid illi tantũ animi, quan
tum operæ, supereſſet. Et ille, quod amicum præſtar
quoq; modo deceat, reſpondebo: reipſa ſcilicet, atq; o
ficio, non pollicitatione. Tum ſic cœpit. Quatuor, u
dicebamus heri, propoſitis: horum duo proſequuti ſ
mus: quæ exequamur, totidem reliqua ſunt. Primù
erat hiſtoria plantarum. Altera contemplatio poſ
fuit in earum differentiis, quas, ut potuimus, abſolvi
mus. Nunc tertio loco perſcrutandæ ſunt nobis cauſa
quas arcto hîc concluſas ſpatio, diffusè ſimul ac ſubti
liter explicat Theophraſtus. Poſtremò fuerat earum
generatio indaganda. Verùm hæc duo promiſcuè hoc i
libro peragemus. Ac primùm quidem qui compoſiti
& accidentium cauſas reddendas ſuſcepiſſet: mate
riam, formam, efficientem, finem ponere debuera
Materia nanq; & forma ſubſtantiæ partes ſunt, atq;
uti dicebamus, elementa. Efficiens principium: Fin
movens. Harum finis nobiliſsimus: movet enim tan
tùm. Materia minimè nobilis: movetur enim tan
tùm. Forma nobilior. Nam ut proficiſcitur à Datore
ita dat ipſa materiæ, ut ſit hoc quiddam: & quaſi faci
eam. Dico autem, quaſi: propterea quòd materia es
per ſe ens. Quippe ſubſtantia per ſe eſt, etiam ſejunct
advenientis formæ ratione. Non igitur eſſe facit ean
ſimpliciter: ſed ut ſit hoc, aut hoc ſub ſe, id eſt ſub i
pſa forma, quæ illi eſt adventitia. Nam materiæ ip
eſt ſuum τὸ τί ἦν εἶναι, quo non eſt forma: ſed hoc quid
dam, cuius notio propter obſcuritatem tam caret deſi
gnatione

natione, quàm percipitur intellectione. Tametsi ma-
ria quoq; ipsa non nihil efficere videtur: puta, exi-
entiam dare formæ. Alioquin inter causas non esset
gna recenseri, si pateretur tantùm. Quia enim cau-
quidditas perfectio est. Est autem perfectio totius à
arte. Pars autem, materia: cujus est perfectio, hoc es-
, quod ut sit, factum est. Forma quidem dat hoc, sed
on absq; materia. Intelligo nunc perfectionem, ἐντε-
ἐχειαν, quæ est vis aliquid faciendi. Materia quoq;
ntelechia est, qua se substernit ita formæ, ut eam ex-
stere faciat: quæ seorsum non extet, sed sit in potesta-
efficientis. Exempli gratia, Muris forma, qui è limo
eneratur, habet suam concretionem è materia limi,
mpressa in ipsum forma: quæ ante invectionem il-
am, & quem vocat Lucretius, cœtum, est in potestate
derum. Inter quæ cùm Sol perspicuas objiciat sensi-
us nostris effectiones, ei vel tanquam uni, vel tanquã
rincipi, fuit illud officium attributum. Præstat aliud
ræterea nihilo secius materia. Quippe gerit corporei-
atem quantitatis, & affectus transmutationum. Hoc
t ejus agere: quo causæ vim sit summo ab opifice con-
equuta. Efficientis autẽ nobilitas mediocris est. Nam
ametsi ab eo forma inditur in materiam: tamen ipse
uoq; movetur à fine. Finis igitur nobilißima omniũ
ausa est. Cætera nanq;, etsi movent, moventur item.
olus finis alias movet, nec movetur ipse. Naturale ve-
ò duplex efficiens. Unum propius: ut canis hic catelli
ujus. Alterum remotius, sub cujus vexillo meret illud.
oc dicitur natura. Quæ si pro cœlorum virtute acci-

piatur, finem habet se neutiquam nobiliorem. Non nim Mus nobilior est ipso cœlo: neq; Muris actio d potestate. Quod si cœli facerent hominem, sicut sta quidam professi sunt: habent corpora cœlestia long nobiliorem fortasse finem. Videntur enim propter h minem facti cœli. Verùm Deus absq; ullo medio, ac plano fecit hominem. Qui tamen homo neutiqua Dei finis est: Sed suiipsius Deus. Quanquam, ut acutè simul, & piè magis loquamur, neq; principiu Deus ipse sibi, neq; finis est. In quo neq; pars, neq; m tus, neq; medium, neq; extremum, neq; ingressu neq; exitus ullus est: neq; quicquam aliud, nisi h unum, ipse. Unde præter antiquorum piam dilige tiam nomen illud ineffabilis effinximus, αὐταωτ Quare cùm ineffabilem dixi, non sum ausus adde ὐσίαν, aut ὑπερουσίαν, aut ejusmodi egestates nostra sed subticui, atq; menti, quæ illius similis, ejus affec est, concipiendum transmisi. Igitur in Deo nulla cùi sit distinctio, nulla erit in eo causarum comparatio neq; nobilitatis, neq; prioritatis, neq; majoritatis. Ha enim necessariò extorquenda sunt à Sapiente, qua monstra monstris, absurda absurdis, inepta ineptis: u insciticæ munitissimas latebras vestigatas expugne mus. Cæterum ut istis oculi magis doleant: non est hu jus catelli canis efficiens: quando neq; materiam, neq formam facit: sed natura, quæ in universo regnans omnia temperans, ac disponens, caninæ animæ vis est quæ & materiam conficiat, & formam propaget. Ha beo præterea, quod asseram novi. Ait Aristoteles, ὑπ

νέμια

uia ova plantæ animâ vivere: maris perfusa semi-
in animalis animari naturam. Videtur ergo non
ri nova quædam anima priore sublata: sed parti
rs, tanquam ἀκρωτήριον, aut κολοφὼν, aut κορωνίς.
uæ difficultas alibi discussa, nunc huc adducta est,
uia pertinebat ad plantæ causam formalem. Ex his
go causis à primo philosopho sine ulla disputatione
mptis deducta oportuit accidentia, sive generica,
ve specifica, quæ Græci ἴδια, Latini signatissima vo-
propria nominarunt. Fuit enim proprium apud ve-
res, perpetuum. Hujus modi ponatur exempli gra-
ia τέρμνον, & ἀτέρμνον in quibusdam speciebus.
Necesse est leguminibus & frugibus alterutrum in-
sse, sicuti par impar numero. Alia sunt fortuita: ut
ideratio, rubigo, carbunculatio. Hæc præter illa: rigi-
lum, lentum, durum, fragile, crassum, asperum, den-
sum, teres, quadratum, triquetrum, fœcundum, a-
lia: inter quæ ustile traxit in considerationem Theo-
phrastus. Unde fusoriæ quoq; arti carbonum natu-
ram suppeditaret: quemadmodum fabro tigna. Nam
sicuti cæteris scientiis prima philosophia: sic ma-
terialibus artibus principia tradit naturalis. Ab hoc
accipit Astronomus quæ sibi retineat ad momenta
supputanda: quæ det Agricolæ, Nautæ, & Medi-
co fortasse. Omnis enim cogitatio nostra, quæ qui-
dem tendat ad scientiam, omnisq; contemplatio ci-
tra primam philosophiam, est aut cum motu, aut
circa motum, aut de iis, quæ ad motum spectant, af-
fectionibus. Motus autem formalis ratio philosophi

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 312 sur 521

naturalis est. Mathematicus enim tametsi abstrahit hoc tamen ipso, quod abstrahit, accipit à natural principium illud. Omnis quantitas est in corpore substantiali: Quamobrem secludere oportet motum, & locum, & omnem transmutationem. Hoc est illud χωρίζειν, toties ab Aristotele positum. Quemadmodum verò deducuntur è genere species: sic ex affectibus genericis affectus specierum. Nam rectum & rigidum arborei generis affectus est. Qui propterea quòd Fraxino competit cum temperata longitudine ac pondere: specialem concludimus affectionem ex differentiis illis hanc. Ejus arboris usum esse ad hastam conficiendam. Sic ex Acere, Larice, aliis alias meditamur atq; exercemus commoditates. Hæc erat ratio & via bono proposita philosopho, qua nos perduceret in recessum veritatis. Verùm iste neq; omnes causas, neq; omnium affectus, neq; meliorem partem exequitur: neq; horum ordinem vel ostendit aliis, vel servat ipse. Atq; horum, quæ affert, tot vana sunt, tot inepta, tot incomposita: ut non nisi ab armato lectore excipi mereantur. Multa quoq; præter institutum ac propositum. Quare te ad prælium accincto Cæsar opus est. Cui ego: ad prælium, Bajuli, hac ætate, atq; hac valetudine? At enimvero mihi cum isthoc homine pax est. Te verò qualem oratorem confecit hic dies nobis? Tot enim laudibus cumulas philosophum nostrum, ut me longè benevolentißimum, attentißimum, maximè docilem reddideris. Quin tu unum ex nostris collybonibus, aut fiscicomedonibus, aut fœneratoribus, aut falsariis si laudandum

ndum ſuſcepiſſes, aliis verbis ageres? Quare cùm in-
gnus ſit auditore, aut ſpectatore: abeo ad nives po-
us, quàm tædio hoc obrigeſcam. Mane, inquit ille.
eminiſtin' nos pueros vel circulatorum monſtra cir-
mlata, vel præſtigiatorum ludicras geſticulationes
r avidius ſpectaſſe, quàm ſeria præceptorum noſtro-
m monumenta, & ſtipem ſimul dediſſe, ut vero otio
l careremus, vel abuteremur? Et illud cum animis
ſtris jampridem ſtatuimus, ut patienter hæc audia-
us: quo fiat palàm non eſſe eorum Ariſtotelem auto-
m. Age, inquam, ut libet. Tu verò cùm ſic partiare:
ſtoriam, partes, cauſas, generationes: ubi vires, ſive
cultates, ut malunt, ſive virtutes, ut ineptè recu-
nt dicere, relinquebas? Et ille: quinetiam ſextum
uoq3, ſi voles, addito: earum ſcilicet conditionem,
ro uſu cujuſq3 ſuo, ad quem ſint à natura compara-
. Ita conſtitues armamentaria inſtructa, vel coquo,
el medico, vel fabro: neq3 omiſeris, ſicuti dicebamus
: Theophraſto, carbonarium. Sic eliciemus Galeni
bros, quos de alimentis, deq3 ſimplicibus conſcripſit
edicamentis: ſeorſum tamen diſponendos, non con-
ſa farragine: quod à nonnullis factum eſt, uno miſſu
iverſas epulas apponentibus. Prior nanq3 pars, quæ
oteſtates enarrat, ita cognoſcit, ut in actum redigat.
ltera, quæ apparat, nihil contemplatur, ſed cognita
ccipit ab aliis, ut agat. Simplex igitur θεωρητική. In
lis autem libris, quos equidem Herculeos appellare ſo-
eo, bone Deus, quantum excitaſti turbæ? Itaq3 metu
e eos ſupprimere, jactant adverſariæ partis fautores

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 314 sur 521

potius quàm ſuaſu fatalis illius cunctationis tuæ. Tum ego: rectè, inquam, judicant, Bajuli: & cauſa eſt. Vehementer enim mihi ab irritatis crabronibus pertimeſco. Præſertim cum ſint in literis, qui ſeſe ſordeſcere velint. Et ægrè ferunt tantis aſſenſibus, atq; operibus acceptæ, atq; ad ſuam exiſtimationem allatæ opinionis commenta deleri. Quapropter combuſſiſſem libros illos, ut pleroſq; alios feci, mihi crede, tamq; obſequioſis flammis tantum odij, ne dicam invidiæ, libens eluiſſem: niſi animadverterem, intereſſe philoſophi, præcepta ſervare ſua, quibus alios in officio continere conſueviſſet. Cum igitur herbæ ibi multæ, atq; alia medicamenta, non igni, ſed aquis potius corrigantur, abſtinendum eſſe duxi me ab ea injuria, ne leges refigerem meas. Tum ille: nihil, inquit, te uno ad eludendum pericula promptius, aut expeditius: ſed memineris tamen, ut vitare poſſis. Eſt verò, quod quæramus. Quamobrem de plantarum uſu nihil abs te proditum eſt. Nam is eſt ſanè medico illa in hiſtoria finis. Nihil ſanè, inquam, mihi perſuadere potuit, ut animum inducerem ad ea ſcribendum, in quibus non ſine manifeſto periculo, certa dignitatis meæ jactura diutius verſari liceret. Quæ alij uno tantum eventu ſemel adducti, pro perpetua certaq; facultate peſſima proſcripſiſſent audacia, quæ apud varios controverſa eſſent: quæ ab omnibus repetita, inculcata, in vulgum data: quæ ego majore prædicatione, quàm fide circumlata obſervaſſem: non putavi ad dignitatem meam, atq; hunc medicarum rerum

rum uſum, quem tot annis, tantis ærumnis conſe-
uti ſumus, pertinere, ut nominis mei, atq; parte ex-
imationis gloriæ poſſet illudi. Quot nanq; capiti-
s atq; nominibus, quot accuratis circunſpectioni-
us opus eſt nobis, ad rejicienda probandáve medica-
enta? Nam tametſi multis nos onerat Galenus præ-
ptionibus, tamen iis aliquot Arabes addiderunt.
ſimirum quod Apollo jactavit olim vocibus poëta-
um, inventum eſſe ſuum medicinam: iis profectò ver-
is tantum fidei detrahebat, quantum ambire gloriæ
idebatur: quibus ab ſeſe inchoatam modo prædica-
at artem. At nos ne nunc quidem tam longæ peregri-
ationis finem nacti ſumus. Tum Bajulius: Quid igi-
ur? Nam illi quidem videntur artifices abſolutiſſimi
uiſſe, quorum opera etiam fato ſuo functis vita re-
titueretur. Qua in ſcena parum ſapientem Jovem il-
um fuiſſe arbitror: qui quam artem ultrò dediſſet ho-
ninibus, eam ab homine ſine metu offenſionis exer-
itam indignaretur. Fuit enim Apollinis hujus is Ae-
ſculapij filius, qui Hippolytum redivivum dono Dia-
næ dedit. Ambo Aegyptij, ut oſtendit Trimegiſtus: qui
cum filio loquens, Apollinis patris templum in monte
Libyæ memorat cum ſepulcro conſtitutum. Ei malo
equidem credere, quàm Pauſaniæ, Græculorum o-
mnium mendaciſſimo. Sed jam rem ipſam, ſi lubet,
ag grediamur. Satis enim proloquuti ſumus. Ego cùm
annuiſſem, ſic proſequutus eſt. A materia cùm eſ-
ſet auſpicatus, & malè loquutus eſt, quod rectè ſen-
tiebat: & omiſit rerum partem valde nobilem, &

attribuit

attribuit materiæ actionem falsò. Non enim ea, quæ
suprà nos prætexebamus, subtilitate. τὸ δένδρον, i.
» quit, τρεῖς ἔχει δυνάμεις, πρώτην ἐπὶ ξύλου τῆς γῆ
» δευτέραν ἐπὶ ξύλου ὕδατος, τείτην ἐπὶ ξύλου
» πυρός. ἀπὸ γῆς μὲν ἡ ἔκφυσις τῆς βοτάνης, ἀπὸ δὲ ὕδατος
» ἡ σύμπηξις, ἀπὸ δὲ πυρὸς ἡ ἕνωσις τῆς συμπήξεως δὲ φ
» τῶ. Principio δένδρον posuit pro supremo omnium fa
», stigio. Neq; à se discedit: quando eadem laxitate i
voce, βοτάνης, usus est. Deinde advertamus animu
ad loquutionem. A genere terræ, inquit: non auter
à terra simpliciter. Quia non è quavis terra plant
prodeat, sed à tali. Ut jam sit materia secunda sic, e
hoc loquendi modo. Mos est tamen Græcis ita ponend
Sic in Epinomide Plato dixit, τὸ τῆς ἡμέρας γένος: E
in Timæo, τὸ τῆς γλώττης εἶδος. Quoniam certa for
ma prædita est, qua est hoc, quod est: & non est, quos
non est. Ut materia sit genus, cui addatur forma, qua
designat differentia: atq; tum fiat species. Nam τὸ τει
χῶν γένος cum vocat idem: potuit ad aliorum diffe
rentiam pilorum facere. Sic & τὸ ψυχῆς γένος: pro
pterea quòd treis animas facit. Id adeò, ut ausus sit illa
profari: εἶδος τείτον ψυχῆς. Ubi non tam intellige
mus speciem, quàm essentiam. Neq; enim sic est com
posita ex materia, & forma, ut sit species: sed ipsa for
ma est. Plato sanè vocem hanc, εἶδος, de quacunq; re
potest enunciare. Ab exemplaribus enim suis illis ex
picta depromit omnia: unde sint illorum participatio
ne materiata hæc, aut in materia: & ex nomine, ἀπὸ
τῶν ἰδεῶν εἴδη. Observandum etiam, quando dixerit

δυνάμεις.

δυνάμεις. *Quis enim dicat* ἔκφυσιν *poteſtatem? Quod*
φύεσθαι *fit: quod fit, non eſt: quod non eſt, non habet*
teſtatē in ſe, neq; ipſum poteſtas eſt in alio. Eſt enim
teſtas διάθεσις *aut* ἕξις *ad agendum. At in eo quod*
, nihil horum eſt, niſi ad patiendum. Aliter uſus eſt
ac voce, δυνάμεις, *in primo hiſtoriarum Theophra-*
us: pro earum ſcilicet officio partium, quæ plantis à
itura ſunt attributæ. Ariſtoteles & animæ facultа-
s, ut Galenus, ita vocat, & Dialecticam ac Rhetori-
m, perinde quaſi ſecundarias animæ vires. Dixi
'ræcè διάθεσιν, *non auſus diſpoſitionem: quoniam no-*
is periniqui ſumus. Nam ſi rei notionem à Græcis
utuati ſumus, cur non & notionis admiſimus notio-
em? id eſt nomen, quæ ſpeciei ſpecies eſt, ſicuti ſpecies
ſt imago rei. Et Græci διακεῖσθαι *quoq; dicunt ad eun-*
em modum: quod eſt arctius quiddam, quàm διατί-
θεσθαι: ſicuti κεῖσθαι, *modus eſt ipſius* θέσεως: *nam &*
n ſedente & in ſtante θέσις *eſt: & in eo, quod neq;*
at, neq; ſedet, cujuſmodi lapis eſt. Non ſolum igitur
d partes, ſed etiam ad craſeos modum, atq; porrò ad
nimi proportiones illius vocis applicarunt ſignifica-
um. ἔκφυσις *autem à calore fit: qui in terra nullus eſt,*
t terram dicas elementum. Sed ut res eſt compoſita:
ua poſita, non opus fuit vel aquæ, vel ignis adjunctio-
e. Utrunq; enim in hac intelligitur jam: ac præter
æc aër, quem haud optimo conſilio demiſit iſte. Con-
rà, pejore quidem recentiorum: ambientē nos aërem
oſtri temperamenti primam eſſe cauſam impudenter
imis prodidere. Nam neq; ambiens, ut ambiens eſt,

tempe-

temperat, quæ non attingit: neq; (ut ad monſtr
monſtroſo utar telo) inens, ulla cauſa eſt. Intromiſ
enim ſpiritus per guttur ad cor, atq; per totum cor
(ut hoc donemus falſum) diſpertitus, non conſtit
temperaturam: ſed moderabitur calori, ne exupe
cœtum illum. Terra verò iis eſt prædita qualitatib
quæ contrariæ ſunt naſcendi rationibus. Siccitas
nim, & frigiditas, etſi faciunt ad concretionem: n
tamen vera vitæ ſunt principia, neq; per ſe: ſed cu
calore, atq; humore. Si enim certus caloris hum
risq; modus inveniri poſſet abſq; frigidi ſicciq; adm
ſtione: neq; frigidum, neq; ſiccum ad vitæ princip
quæreretur. Modum verò intelligo in calore, medi
critatem, quæ miſtione frigoris comparatur: in hu
more verò, denſitatem, quanta requiritur ad conſ
ſtentiam, quam ex ſeſe præſtat ſiccitas. Quos ſi no
ad vitam ſolùm, ſed ad alias quoq; naturales actio
nes deducamus quæſtionem noſtram: an frigus pote
ſtatem ullam afferat neceſſariam ad illas perficien
das? Meminiſtis, quot excierit tumultus inquiſiti
hæc. Nullam, per ſe: niſi quantillum calor ab illo quæ
ſiſſe præſidium videatur ad exceſſus remiſſionem. Nu
per verò impotentes animi quidam alteram in Cha
rybdim ſeſe præcipites dedere. Auſi nanq; ſunt negare
frigus eſſe quicquam, præter privationem. Ex adverſ
tum Alexander, tum Avenrois, omnes actiones per ca
lorem fieri, etiam in Herculeo lapide. At alij reten
tionem à frigido, aut ſicco, aut ab utroq;. Mihi de ca
loris modo, quod viſum eſt, dixi: neque muto. D

Magneti

lagnetis calore non assentior. Alius nanq; est ab ignis
lore. At Aphrodisiensis omnes formas excudit ab e-
mentis. Quæ opera quàm sit infelix, quis non ex eo
det, quod quæ sunt maximè ignea, non maximè tra-
unt ferrum. Non igitur ab igni fit attractio. Neq; Sol
rahit, nisi quia mutat in aërem, aut ignem: quæ loca
etant sua. Neq; noster hic trahit ignis: nisi quia pro-
imum igne facit aërem, qui propterea feratur sur-
um: quem in locum subeat alius, ac secum vel appli-
et, vel appellat, linteum, chartam, paleam. Igneſcere
erò aërem, illum palam est. Quoniam applicata lu-
ernæ stuppa flammis, antequam contingat eas, sæpè
gnem concipit. Et eundem ad modum in culinis ad fo-
os torrentur, ac prorsus uruntur multa, quæ nullæ
lamma visilis afficit contactu suo. Propterea quòd i-
nis suapte natura pellucidus est: ac tantò magis quàm
ër ipse, quanto rarior est. Iccirco non usurpamus eum
culis, ut ait ille, in concavo Lunæ orbe. Terra ergo da-
a est ad consistendi concretionem. Quod apertissimè
ercipitur in architectatione corporum perfectiorum,
quæ animæ vi agitantur. Maximè nanq; terrestres
artes firmissimæ fulturæ sunt. Et ad universi rationẽ,
icut & ipsa terra, in medio constitutæ. Nam quæ con-
traria positura sunt animantes, eæ neq; multæ sunt,
neq; aliarum attigere perfectionem. Utut id sese ha-
beat, soliditatis principium terra est: quemadmo-
dum est in secundo de generatione. Quid quod ἔκφυσις
hæc non indicat statim, corporaturæ hujus esse vel
materiam, vel partem? Nam neq; immediata est (sic
enim

enim loquendum est) ad demonstrandum propositi
exit è terra, ergo è terra est. Exeunt enim exhalati
nes igneæ: & apertius: exeunt à multis multa prop
inimicas qualitates. Neq; omnia terrestria è terra ex
unt: neq; omnia, quæcunq; terra profert, terra ege
ad sui tuitionem. Vivit enim Sempervivum eradic
tum: & quod est perfectius, Talpa. Omninò verò ma
tricem denotat illa vox, non autem principium à ma
teria: quandoquidem plantæ nulla pars terra est: n
hilo enim magis quàm infantis uterus. Non igit
rem damnamus ipsam: sed indicamus minus accura
tam dicendi rationem. Illis confieri potuit demonstra
tio. Solidam oportuit, ut erecta fruetur cœli Solis
beneficiis, atq; commoditatibus. Quòd si non omn
erecta planta est: at porrecta esto. Verùm cuncta, qu
sub Luna sunt, constare quatuor elementis, jam decla
ratum est in eodem secundo de generatione: quare no
decuit hîc repetere. Hac enim de causa, nimirum ne to
ties inculcatum sordescat, præstitutum est hisce decla
randis tempus certo in loco uno: scilicet in primo quo
que aditu ejus scientiæ, qua de agitur. Quod & sæp
docet alios Philosophus, & semper servat ipse. De ter
ra verò κ ἄλλως κ ἀλλοκότως, tum à nobis, tum à se
ipso Plato sensit in Epinomide. Quæ sub cœlo sunt, con
stare terra omnia. Eam esse στερεμνίας, uti nos quoq; di
cebamus, φύσεως. Astra ex terra, & aëre, & igni plu
rimo. Non ergo facta fuit in illo Chao segregatio, se
defæcatio tantùm. Ut hæc nostratia scoria demũ sint
illa superna, flos ipse. Sed & alibi cum faciat element.

quatuor

quatuor, ita ut agnoscat tria tantùm: Aetherem nan-
que purissimam putat aëris partem: quinq; numerat
Epinomide corpora, terram, aquam, aërem, ignem,
therem: sicut & Aristoteles. Et Lucretius ætherem si-
niferum canens, intelligit ab igne alium. Hic cùm ita
ubstitisset, ut videretur ad alia sese apparare, Minu-
us sic eum appellavit: Bajuli, ut video, tibi assentien-
um est de retentione. Nam si Magnes ad se ferrum
trahit, sive quod ego puto verius, ad ipsum it ferrũ,
cut ad Mundi punctum medium terra: non alia vi
erere ferrum arbitror, quàm illa ipsa, cui est obno-
ium ad movendum. Quæ igitur calore trahent fa-
ultates in animantibus, eodem porrò calore contine-
unt. Is enim tractionis illius finis: sicut motus ipsius
uies. Quod verò damnabas illorum sententiam, quî
igus haberent pro carentia caloris: si penitus illi fri-
us privationem caloris arbitrantur: adversus eos te-
um sentio: sin caloris absentiam judicant, quia frigus
sum res ibi sit præsens contraria, quæ calori sit incon-
liabilis: tam erit hoc modo frigus caloris privatio,
uàm frigoris calor. Quo modo locutum memini phi-
sophum, cum multis aliis in locis, quæ reposita sunt à
e certis commentariis τῶν ἐκλέκτων, ut vocabant
eteres: tum in primo de generatione. τὸ μὲν θερμὸν κα-
τμρείατις, ϗ εἶδος. ἡ δὲ ψυχρότης στέρησις. Nam &
latonis in Timæo verba sunt illa: τῷ δ' πυρὸς ἀ-
αλλαγῷ, φύξιν. Accuratius tamen loquendum est.
Quippe de natura cùm scriberet, cujus esset instru-
entum calor: ejus adversarium, etsi erat, ut dicere

ſolent, poſitivum, propter alienam ab illius officio
peram, privationis nomine traduxit πρὸς τὸ μὴ ὄν, κ
ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς πρὸς τὰ τῆς φύσεως ἔργα. Itaq; ide
Ariſtoteles ita mox: διαφέρουσι δὲ γῆ, καὶ πῦρ καὶ τα
ταις διαφοραῖς. At differentia eſt poſitio, non privat
eſt igitur poſitio rei poſitivæ. Quare differentia e
notio rei exiſtentis, id eſt formæ illius accidentalis, n
autem ejus, quod nihil eſt. Privatio enim eſt hoc, qu
eſt, non eſſe. Quod verò dicebam, dicit idem quoq; ἡ
ἔνδεια τῆς ψυχρότητος ἡ θερμότης ἐστί. Sic in quan
divinæ philoſophiæ contraria, ſcripſit, opponi ſecun
habitum, & privationem. Sic Alexander in duode
mo dicit, Philoſophum aliquo modo ſub ſubſtantia p
ſuiſſe privationem: quoniam declaraverat in decim
non uno modo intelligi privationem: neq; ſemper e
carentiam totius, ſed perfectionis tantùm. Quocirca
ſecundo quoq; phyſicorum cenſuit, εἶδος eſſe privat
nem quodam modo. Id quod & in ſecundo libro
Cœlo conſtitutum eſt. Similem inveni loquutione
in nono de Republica. Quo loco inter ἡδονὴν καὶ λύπ
mediam profitetur ἡσυχίαν: propterea quòd putab
illas eſſe motus. At Ariſtoteles eſſe negat motum vol
ptatem. Iccirco in ejus definitione ponit ἀδεῶς.
in Ethicis fieri negat εὐδαιμονίαν: quod ij mirant
Grammatici, qui vulgo libros illos profitentur. At n
raculo deſinat eſſe id ex ſeptimo Phyſicorum: ubi to
alterationis motum à multis habitibus, quos pler
philoſophorum ſibi putarunt particulatim adipi
Ait enim ille: ineuntium, atq; ſubeuntium præp
ratio

ationes affectuum gradus acquirere quosdam, quos-
lamq; progressus: supremum habitum, qui illorum sit
ltima perfectio, sine ullo tractu temporis imponi to-
um. Quod maximas habet difficultates, si promovea-
ur contemplatio ad ignis operam, scilicet momenta
psa calefactionis. Sed non est hic locus. Mox tamen
Plato τῷ ἡδονῷ παύλην λύπης, καὶ τῆς λύπης τῷ ἡ-
δονῷ dicit. Id quod cautius accipiendum est, ne supe-
rioribus contradicere videatur. Nam inter eas inter-
vallum est, quod aliquo, ut dicebat, medio compleа-
tur: unde suspicari possumus, non esse alteram alterius
pausam. Non enim videntur, album, nigrumq; sese in-
vicem tollere, quando fuscum in eorum medio est. Di-
camus igitur veram esse illam sententiam: alterutrũ
utrovis tolli: non tamen converti orationem sine ja-
ctura veritatis, sic: Quod alterutrum tollat, esse eorum
alterum necessariò. Delet lætitiam mœror, & ab eo vi-
cissim deletur. At non omne quod aufert lætitiã, mœ-
ror est. Duo nanq; habet contraria: & extremum, quæ
est mœror: & medium, quæ est animi æquabilitas. Ad-
de etiam privationem veram: quæ est oblivio. Hæc hîc
excussi: propterea quòd erant à Platonicarum subtili-
tatũ conquisitoribus omissa. Tum ut videatis diligen-
tiam veterum philosophorũ, quicum recentiorũ atten-
tionẽ comparetis. Hæc cũ dixisset, magnæ nobis admi-
rationi fuit, cũ in exquisitiore philosophia videremus
tot tantaq; ab armato jureconsulto præstari posse. Sic
ergo deinceps Bajulius. Neq; δώαμις erit σύμπηξις.
Dicimus aquã esse δωάμι plantã prius, quàm plantæ

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 324 sur 521

pars sit ab augmento. At nemo dixerit, ab aqua plan
tæ concretionem, plantæ potestatem. Partium auter
cohæsionem humoris fieri beneficio didicimus ex libr
de affectibus mistorum. Elementa verò pro sua quicq
natura certum genus animantium vindicasse, palàn
est. An verò etiam produxisse? Treis adeò insignes hu
jusce rei dictatores habemus. Aristoteles in tertio de ge
neratione animalium, trium naturam elementorum
in triplex animalium genus imperium habere, quibu
etiam comparent victum, vitam, domicilium: terran
plantis, aquam piscibus, aërem τοῖς πτηνοῖς: hoc enim
voce comprehendit quodcunq; terræ plana sola sil
substrata habent ad movendum. Omnia enim hæc ve
spirare, vel alio quo modo frui aëris commoditatibu
ad innati caloris ventilationem, satis alibi demon
stratum est. De igni, inquit, alibi quærendum. Videli
cet sub Lunæ cavo, an sint animalia. Intelligebat Dæ
mones. In hoc tamen igni nostrati Pyraustæ naturam
enarrat in historiis. In libro de affectibus mistorum a
lio modo accepit. ἐν γῇ, ᾗ ὕδατι ζῶα, ἐν ἀέρι, ᾗ πνεῖ δ
Quia in terris & in aqua stabulentur: in aëre non
persistant. In igne neq; maneant, neq; ex eo quicquam
commodi capiant, sicut aërem usu capiant refrigera
tionis, atq; humectationis. In libro de spiratione de
clarat etiam constitutionem. τὰ μὲν τῶν ζώων ἐν γῇ
πλείονος συνέστηκε, τὰ δ' ἐξ ὕδατος, τὰ δ' ἐξ ἀέρος
τὰ δ' ἐν πυρός. ἕκαστα δ' ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἔχει τὴν
τάξιν αὐτῶν. Ut etiam Dæmonas agnoscere videatur
Nam quæ nobis nota sunt animalia, nulla constant
igne

ne maxima parte ſui. Quare credamus Clementi
ro pio, qui ſcribit in Stromatibus, illum ſcripſiſſe de
eniis regionum. Cujuſmodi tutelarium numinum
rtam notionem habemus apud Livium, nec mino-
m ex reliquiis Varronianis. In Pymandro quoq; a-
ud Trimegiſtum: aër volucria produxit, aqua nata-
lia. Inde tranſtulit in Epinomidem ſuam Plato:
undi animam rerum opificem fuiſſe. Animalia qua-
am ex æthere fabricaſſe, ut Deos: alia ex aëre, quos
æmones appellat: ex aqua verò τὸ τῶν ἠμιθέων γένος.
t ipſi Platonici etiam terreſtres Dæmonas prædicant:
Germanæ fodinæ pro vero aſſerunt, ſubterraneos eſ-
, quos ſua lingua vocant montanos homunciones:
uia pumila hominum ſpecie viſi ſint. Sanè iſtum
uoq; domeſticum ſtrepitum, cachinnumq;, ut bla-
erant, nocturnum, quem ſeſe fingunt metuere alienæ
udicitiæ vafri tentatores, terrenum homuncionem
ocant iidem Germani, Vaſcones ab horrore Draco-
em, Itali nonnulli Sylvanum, Galli vetuſta voce
Græca Rabat. ῥαδάτλειν enim verſari, agitare, ſtrepere
ignificat. Diſponunt præterea claſſes non in aëre ſo-
ùm, ſed in igne quoq;. Nam de aquatilibus numini-
bus nimis verò pervulgata omnia. Ridere tamen libet
horum fabricatorum officinas, qui Herculem aut Chi-
ronem hiſpidiſſimos ex aqua procudere auſi ſunt. Ter-
tiam poteſtatem, quam appellat unionis, attribuit i-
gni. Quonam verò modo ſit hoc Ariſtotelis, qui ab an-
tiquis proditum funditus evertit? Forma enim unit:
ignis ſeparat heterogenea. Citius dixerim, πλὴν σύμ-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 326 sur 521

πηξιν esse ab igni: ἕνωσιν à forma: nam quod ignis agit in lignum, id dissipatio est. ἕνωσις tamen particulæ cuiuscunq; remanet in cinere à forma sua: quæ iccirco non potuerit aboleri. Ut σύμπηξις sit passiva aquæ, ἕνωσις activa ignis: tametsi non solius aquæ, sicuti dicebamus: nang; aëris quoq; est. Neq; σύμπηξις soliu ignis, sed solius efficientis: neq; primarij, sed instrumentarij. Controversa fuit apud veteres potestas ignis. Eum Plato in Timæo vocat ἀνομαλότητος δημιουργόν. Aristoteles in tertio de Cœlo contrà sentit: attribuit enim ei facultatem potius comparandi, quàm separandi. Sic enim pingo verba Græca duo, συγκείνζν, διακείνζν. Lucretiũ fortasse versus coëgit, ut diceret, τὸ συγκείνζν, conducere. Quin etiam dicit ille, ignis interesse, quæ sejuncta sunt, intra certos terminos coërcere. Est enim συνοείζζν conterminare. Segregari verò τὰ μὴ ὁμόφυλα. Unire igitur per se, disjungere per accidens. Quia unũ faciat conventu, & concilio, ut idem usurpat Lucretius, id, quod sub forma una, unum propter eam est. Quod igitur est ὁμοιόφυλον, quasi contribulem dixeris, facit ὁμόφυλον, id est, ut simul sit consistentia, sicut est simile natura. Nam dum cogit quod est ejusdem generis, eximit alienũ. Non est absimilis huic Galeni sententia. Coagulo coire lactis partes, ac densari ignea vi. Quod esse maximè mirum potest ei, qui rarefactionem videt ab igni fieri. Verum, ut innuebamus, evenit hoc, quemadmodum & lateribus condensatio, spissatis aqueis partibus, aut extrusis. Exigitur enim in lacte serum: in latere humor solvitur in ignes. Prisci quoq;

oq3 Platonici, quorum ſententiam ſuper Alcibiade
ore ſequutus eſt Proclus, Amori divino illi nobis in-
abili, omnibus incomprehenſibili, attribuunt i-
em, quo aptet ea, quæ appetunt, iis quæ appetun-
r. Quamobrem utrarumq3 eſſentiarum interval-
m, ac potius copulatorem vocitare illum ſolita fuit
iotima. Et Jamblichus in Myſteriorum libro ait:
um, qui afflatus numen ſuſcipit, ignis excipere ſpe-
em quandam, ante Numinis ingreſſionem. Conſpici
iam Deo vel adveniente, vel decedente. Ideo qui ſpi-
tus in tenebris ad mentem noſtram appellunt ſeſe,
os afferre nobis frivola, fluxa, dubia. Et notus mihi
uidam eſt, cujus oculis ſeſe præſentem ignis offerat
rebrò, vel meditanti, vel nuncios expectanti. Nec diu
ſt, cum in ſero diei lux eadem affulſit non in laquea-
ibus, aut aëre penſilis, atq3 procurrens, ſed in pavi-
mento ſtabilis eodem loco, nihil mutans tanto tempo-
ris tractu, quoad centum paſſuum ſpatium facere poſ-
ſit aliquis deambulando. Jam verò & inter commen-
tandum pererrare libros ſuos vidit etiam interdiu. Et
penè abſtemius eſt: ne quis viſum illud Bacchi faces pu-
tet, aut Sabazÿ lampadas. Mane vidit, veſpere, noctu,
jejunus, ſatur, ſubtriſtis, curis ſolutus, ſolus, in comi-
tatu, clauſo cubiculo, aperto, in tenebris, ad lucer-
nam, in via, in ædium veſtibulo, in horto, procul, pro-
pè, in dorſo catelli, in libris, ſuper arca, in menſa, ad
ſcribentis manum, è regione, adverſum, tranſverſum,
de latere, mobilem, ſtabilem, tremulum, fluentem,
aſcendentem, deſcendentem, ſubſultantem, oblon-

gum, globosum, quadratum. Magna ergo illius adunionem prærogativa, qui veræ unitati Priscorum placitis ascribatur. Unit enim corpora ignis hic. Unit mentes ignis ille. Quare nonnulla de causa præferri solitũ Romanis imperatoribus, eorumq; uxoribus, cum prodirent in publicum. Neq; temere corpus igneum quoddam sit commentus Aristoteles: qui sedes esset animæ natura media quadam inter cœlestem illam corpoream, & corpoream item nostram. Et alibi Iamblichus idem scripsit, ex antri faucibus exeuntem Sibyllã Delphis igneo globo, tũ lustrari tũ illustrari cõsueviss̃e. Quanquam autem componuntur igni congenera corpora propter generationem: non tamen, ut ait hic. Quippe terram & aquam ignis vi coire ad plantam constituendam. At ea non sunt ὁμόφυλα. Non ergo συγκείνς. Præterea si unit elementa tria, tanquam partes, in plantis: quid erit, quod uniat ipsum tribus illis? At in secundo libro de generatione, contra veterum hanc sententiam verba sunt illa, quibus id succenset, quod ij amota forma, ejus officio ac naturæ substituissent ignem. Ἐξαιροῦντες τὸ πῦρ ἐκ, καὶ τῷ μορφῷ, At verò, inquit, τὸ θερμὸν πέφυκε διακρίνειν, τὸ ψυχρὸν συνιστάναι. Quæ verba non adversantur superioribus: ne putetis tantum virum ex eodem ore eundem ignem, ut detestabatur Satyrus, modò calidum efflare, modò frigidum. Nam generatio & concretio est ex alienigenis, quæ dicimus ex Græcis τῶν ἀλλοφύλων, non autem è congeneribus, quæ ὁμόφυλα vocant illi. Ergo cum ignis opera nequeant ἀλλόφυλα συνοικίζεσθαι;

ἀπὸ διακείνῃ γὰρ ἀπόφυλα: per ignem non fiet coitio
r unio ad generationem in Aristotelis officina, sed per
rmam. Sic etiam in primo de anima subtiliter ex-
osa est actio perficiens ab igne, atq; attributa formæ.
uibus de causis intelligemus non esse idoneam ignis
cultatem ad unionem partium, quibus planta con-
ituatur. Multa nunc occurrunt, quæ dici possent de
mpactione, deq; dissolutione, quæ fiat vel à frigore,
l à calore. Sed fortasse nimis multa fuerint hæc quo-
ue. Illud tantum memoratu dignum non obstabit
mpendio dictionis nostræ. Non esse verum, quod O-
mpiodorus, & ante eum Philoponus profitebatur:
lem, etsi à calore concretus est, non tamen solvi fri-
re: quia non à solo calore compactus sit, sed à sicco
iam. Nam neq; rectè attribuunt actionem siccitati:
quærendum porrò est, an verum sit, quod tam vul-
jactatum est, à frigore dissolvi, quod concretum sit à
lore. Nondum enim patratum est aliqua natura, ut
ne humoris subitione quicquam partium dissipetur à
gore. Nam quemadmodum humore naturali partes
nglutinantur, ita solvuntur peregrino. Saxa verò,
anquam frigore sunt concreta, frigore tamẽ solvun-
r, propterea quòd internus succus glaciatur: con-
ringitur ergo. Qua de causa fit siccarum partium ab-
essus. At in iis, quæ à calore coacta sunt, cujusmodi
l, alumen, nitrum: non est intimus liquor illis, ut ita
cam, conglaciabilis: sicuti neq; oleo: quod spissescit
uidem, at non conglaciatur. In lateribus autem, ac
gulis coctis, nullus est ille succus omnino aqueus adeò

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 330 sur 521

separatus à terrestri, ut inveniri aut deprehendi possit, destitutus à præsidio siccitatis: quam neq; suapte natura potest impugnare frigus, neq; impressit siccitas, sed calor. Nam tametsi & Solis, & ignis calorem siccitas comitatur, non tamen agit. Est enim proxima privationi, respectu ad terram: effectus autem caloris, si ad ignem referatur. Verùm hæc alibi longè subtilissimè discussa sunt. Quod autem noster hic philosophus etiam necessarias omiserit partes, satis pateat ei, qui animadverterit, ab eo de aëre nihil dici: cùm tamen is ad constitutionem nihilominus recipiatur: ut in principiorum numero sit reponendus. Tum verò multis ipse mox verbis, neq; necessariis aërem faciet autorem multarum rerum: etiam cujus vi ligna natent. Quin hoc etiam libro connumerat inter principia. Trimegistus verò tam putavit eum necessarium, ut supra naturam potestatemq; statuerit elementi. Nam in Asclepio cum παντόμορφον, ὕσταχυς, sex & triginta siderum principem declarasset, ejusq; assectam atq; apparitorem Solem ipsum designasset, aërem lumine affectum esse omnium, quæ fiunt, rerum instrumentum professus est. Transit ab his ad comparationem, quam cum testis facit. Quippe hæc eadem in illis quoq; observari posse. Horum, inquit, multa videmus in testaceis. Tria nanq; sunt: Lutum, ex quo fit later testaceus. Secundum aqua est, quo firma efficitur illa testa. Tertium, ignis, qui cogit partes ejus: quoad compleatur per ipsas illius generatio. Videtis primùm, quemadmodum omittat aërem. Quare non redde

det rationem minoris gravitatis in crudo latere,
àm in cocto. Si ab aëre levitas ulla fit. Hoc enim a-
r est à Philosopho constitutum. Sed non ei venit in
ntem, quatenus ignis vis progressa est. Si enim pro-
serit, jam in cineres laterem comminuerit. Non igi-
r per se copulat partes lateris, sed firmat eorum co-
sionem: quia succus illo, quo agglutinantur, nimis
ultus est. Ignis verò eatenus sistit illius copiam, qua
hil amplius redundet. At accidit igni, ut hanc semi-
eram ponat. Etenim si nō abstiterit, quod in illius hu-
oris aliquantas fecit partes, in totas tandem persi-
ut opus universæ consumptionis. Unde futurum sit,
dissitæ portiunculæ siccæ, destitutæ glutino dilaban-
r. Verba quoq; minus aptè posita sunt: πηλὸς ἐξ ὕ
νεται πολίνθ& ὀστρακώδης. Nanq; lutum terra est a-
ua soluta: unde & Latina vox. Sunt igitur in eo duo
rpora, quorum alterū aqua est. Quid igitur addidit
quam? Quapropter Aegyptij suis in sacris, quæ verbo-
involucris operta mysteria procul amovebant à pro-
nis, ubi lutum dicerent, non solùm Mundi molem,
d etiam genitalē vim, qua ille agitetur, intelligi vo-
ere: quemadmodum ab Jamblicho proditum est. Illa
uoq; sunt perpendenda. πῦρ, inquit, τὸ συνάγον τὰ μέ-
. Nam aliud est συνάγειν, aliud συμπηγνύναι. Farinæ
stantes partes humor in unam cogit massam. Ea ve-
συμπήγνυται, ubi coquitur igni. Quanquā fortassè
gnoscas acutius, massam, antequam coquatur, esse
mpactiorē. Quod & Empedocles innuit, ἄλφιτα ὕδατι
λλήσας. Ubi percocta est, partes plus dissitæ sunt. Ignis
enim

enim ut interest indurare, ita non omnes condensare partes. Tenuioribus resolutis induratio fit. At ea corpori quoq; rarefacto nihilo secius evenire potest. Id quod in pane manifesto patet. Et notandum, quòd aquam dicit hic στερροῦν: valet enim hic, quantum supra τὸ πηγνύειν, utrunq; relatum ad aquæ facultatem. Subdit autem probationis explicationem his verbis: Quod igni hæc uniantur, potest inde colligi, quod raritas inest in opere figuli secundum suas partes: quas ubi miscuerit ignis, perficitur humidi materia: & conglutinantur luti partes, procedit q; siccitas in humoris locum. Ac propterea quòd vincit siccitas, consequitur maturitas in omnibus animalibus, plantis, & metallis: ubi caliditas & humiditas finem sunt assequutæ. Ab raritate igitur probat ignis victoriam super humido. Verba tamen obtundunt illa. Humidi naturam perfici dicit: atq; in ejusdem humidi locum procedere siccitatem. Quin hoc non sit potius perfici, quàm destrui. Voluit humidi officium referre, tanquam partis ad totum. Neq; enim perficitur ut humidum ἁπλῶς, sed ut humidum lateris hujus: qui hoc ipso, quod est tale nunc, non eget: sed eo, quod à calore sit redactum ad coctiuram meliorem. Aequiore quoq; animo sunt accipienda, quæ sequuntur. Abit humidum, & in ejus locum subit siccitas. Si enim caret humido, non erit ex quatuor composita qualitatibus, neq; tribus corporibus, quorum aqua unum sit. Si enim aboletur humidum, destruetur aqua. Interpres autem balbutit: neq; dignus est, cujus verba Latinè ex-

primas

imantur. ἡ φανέρωσις τῆς ἑνώσεως ἀπὸ δ πυρός ὄζι, ἀφαιότης ὄζιν ἐν τοῖς ὀσφακώδεσι. Et mox σύλοικον, συνέρχεται ἐν τῷ τόπῳ. Tuus ergo Mercurius, Ferreri, uid mercis affert novæ? Nihil sanè magnum, inquit e. Non inutile tamen, etsi dissimili opera. Partim im concinnare videtur, partim depravare. Nanq; i tu, miscere ignem, dixisti (& puto μίξη Græcè le- tur) hic longè aliter. Quare & illam tuam sustulit ubitationem. Quærebas enim: si perficitur humidi ateria, quomodo ejus in locum abeuntis siccitas suf- itur? Quam dubitationem diluebas acutissimo ju- cio. At hic sic: Ubi combussit ignis, finitur humoris ateria. Igitur ussit, non miscuit ignis hic. Tollitur umor, nõ perficitur. τελεῖσθαι tamen aliud esse, quàm ρανίζεσθαι, aut ἐξίτηλον γίγνεσθαι, nemo nescit in Ly- o. Nunquam enim factum est, ut Aristoteli τὸ τέλος lem esset quod ἀφάνισις. Quin in primo de anima nõ t passus hoc vocabulum morti attribui. Ait enim τὸν ύατον πέρας εἶναι, τέλος autem nequaquam. Sic q; Stoici, neq; Academici, neq; eos sequutus M. Tul- us in libris suis de Finibus. Et profectò nostra Latina ox, Finis, generationem significat, non abolitionem: quidem à verbo fio ductum est. Itaq; vulgò quoq; ij, ui metallicis præsunt: ubi aurum argentúmve ex- ctum est, quasi finem sit, id est, perfectionem conse- utum, à fine denominant, tam Itali, quàm vel Gal- vel Hispani. Qua ratione τέλη quoq; dicuntur ve- igalia: propterea quòd essent Regnorum, Rerumq; ublicarum perfectiones, & anima quasi quadam.

Nam

Nam quod usurpat vulgus de iis, quos mori nos dic
mus, παρὰ τὸ μοῖραν, καὶ τὸν μόρον, quod vulgus, i
quam, de iis dicit, τελευτᾶν, non tam affert labem ve
propter odiũ commune mortis, quàm elevat illius o
trectationem vocis lenitate. Sic enim veteres putaru
Sapientes: abire nos hinc, quod & ἀπέρχεσθαι, & ε
πλοῦν dicere soliti erant, ad meliorem vitam, & v
rum propriumq; finem adipiscendum. Quod verò d
cebas raritatem: reor isthic esse ἀφαιότητα. Quod si i
est, probè hic usus fuerit: non ut suprà querebaris, lax
Ego verò, quia nondũ iste cunctator (me innuens) su
edidit Origines: ausim παρὰ τὸ ἀφαιὸν tam libenter
ridum nostrum deducere, quàm ab ara. Et ab aridita
te aream messorum. Aram verò παρὰ τὰς ἀρὰς, no
autem, quòd essent ignibus arefactæ. Sed hæc πάρεργα
Nihil minus, inquit Bajulius. Ubi nanq; libri con
texuntur, unica materia perpetuo filo deducenda est
nihil arcessendum peregrini. At in confabulationibu
multa queunt intervenire: quod & apud Ciceronem
videre licet, & sibi licere veteres omnes voluerunt. Se
οἴκαδε. Quàm parum sibi constet, mox apparebit. Nam
si uniuntur partes igni: magis uniri debeant, in qui
bus est plus ignis. At plus est in animantibus, in lapi
dibus minus: at plus est in lapidibus cohæsionis, & u
„ nionis, in animalibus minus. Verba ejus sunt hæc: I
„ lapidis metalliq; maturitate hoc manifestum est: I
„ plantæ animalisq; non ita. Propterea quòd in iis par
„ tes haud ita sunt compactæ, ut in lapidibus. Aliqua e
„ nim evenit his effluxio: lapidibus verò nulla, nullusq
sudo

udor. Quod enim rarum non eſt, ab eo nihil emitti po- «
eſt. Ac propterea quòd ſolidum eſt, ex eo item enaſci «
ihil. Nam quod ſuapte natura creſcit, loco eget, in «
uo dilatetur, atq; perficiatur. At lapides ac fictilia «
emper eodem ſtatu habituq; ſunt: neq; vel augentur, «
el diſtenduntur. Ex hac comparatione non peßimum «
ructum capere poſſemus: niſi promiſcuiſſet aut adjun-
:iſſet quædam, quæ, quanti ſint, videndum eſt. Negat
nimantium partes adeò compactas eſſe, atq; lapidum
artes, aut metallorum. Conſultius feciſſet, ſi modera-
ius loqueretur. Etenim Leonum oſſa longè denſiora
unt, quam lapides aliquot. Quid firmius Xiphiæ ſpa-
ha piſcis? Id adeò, ut eo tonſoriam cotem ſectam au-
l. verim. Quid pumice rarius? Dicet, diſcoctum lapi-
dem. At alij ſunt lapides non excocti, quemadmodum
Toſi fluviales. Quam verò affert rationem, quàm ri-
dicula eſt, ne dicam futilis? Propterea quòd, inquit,
nihil effluit è lapidibus, aut metallis. Ex animalibus
effluunt excrementa, cùm alia, tum ſudor. Sic enim
concludes: ſudoris eſſe plenos lapides, & metalla. Sanè
verò bellulam Chryſippeam κεφαλὴν Nam & homi-
nis corium ſit duriſſimum, quando non prodeant in-
de cornua. Ratio in lapidibus eſt: quia non aluntur
intus κατὰ τὴν εἰσεπιδοχὴν, ſed per appoſitionem.
Nam qui ſudor in ſtatuis aliquando fit, neq; olim fuit,
ut illi miſelli religiosè nimis olim metuebant: neque
unquam ab internis partibus erupit, ſed aër calidior æ-
ris, marmorisve frigore coactus: quemadmodum ſolet
in parietibus balnearum. Fallaciolæ verò vanitatem

poßimus

posſimus exemplo pumicis animadvertere, à quo, lic
„ *rariſſimo, nihil exit. Deducit inde ſententiam cu*
„ *definitione. Quia, inquit, quod ſolidum eſt, in eo nil*
„ *ſuapte natura poteſt augeri. Videbatur commodi*
negari poſſe, quippiam naſci, quàm augeri. Ratio per
det à principiis naturalibus. Quia nequit ſolidum co
pus aliud ſolidum ſubire corpus. Malè quoq; loquuti
interpres eſt, εἰς ὅ: potius, ἐν ᾧ. Poſt hæc cauſam red
„ *dit hujuſce ſententiæ. Quoniam, inquit, quod creſci*
„ *eget, in quo dilatari poſſit, loco: atq; inde aſſequi fin*
„ *ſuos. Cæterùm minus ſubtiliter dictum eſt hoc. Siqui*
dem naſcitur pilus, & in longum creſcit: neq; dilata
tionis eget. Itaq; melius Galenus: Solido in corpore no
naſci pilum, quod corpus humore defectum ſit: pilu
humor ſit concretus. Nam ſi naſcatur, poſſe produ
longius: quoniam ſatis jam ſit nactus loci, quantum
primis ceperit exordiis: ἐν ταυτῷ ſum interpretatu
illis duobus, ſtatum, atq; habitum. Si quis habeat a
ptius ad efficaciam ſententiæ atq; orationis perſpicui
tatem, laudarim. Interpretationis enim officium, cum
ſit exemplum alieni ingenij, pro ſuo quiſq; ſtomach
ipſum facit. Malè addidit, τὸ ἐκτείνονται τῷ αὐξά
νονται. Hoc enim genus illius eſt. Nam concipit αὔξησι
trinas dimenſiones: ἔκτασις unam tantum. Illud non
contemnendum: Metallorum partes haud eatenus eſſ
compactas, quin vel rari, vel tenuioris ſaltem habeant
nonnihil. Duplex argumentum. Nunquam dirum-
puntur, quin diſſitarum partium extrema videantu
manifeſtò poſtulata. Et citiſſimè eorum maxima par
ignem

nem concipit. Cassiterum quoq; Apuæ germanum
care consuevi. Vix enim vidit, nedum ut senserit, &
ntinuò solvitur. Orichalcum profectò igni levissimo
atim concalescit. An verò qui intus aër est, ad soni-
m quicquam faciat, alibi satis est quæsitum. Hinc
ssemus alterum caput inchoare. Longè nanq; alia
ateria. Hactenus enim de concretione: deinceps de
cultatibus iis, quæ ad vitæ modum pertinent. Est, «
quit, in plantis motus secundo dictus modo. Inest e- «
m attractio, quæ vis est ad hauriendum è terra hu- «
idum. Est autem attractioni huic motus, qui pro- «
dit in locum, ubi certo modo perficitur maturatio. «
quæ causa est, ut ferè pusillæ herbæ unius diei hora «
na generentur. In secundo libro physicorum tot ge- «
era motus accepimus, & mutationis, quot & rerum.
Ubi Philosophus Entelechiam facit motum mobilis,
ua mobile est: scilicet habitum substantiæ, quantita-
s, qualitatis, & πᾶ. Itaq; dixit hic in plantis invenirī
otum, δευτέρῳ τρόπῳ. Quoniam motus secundum
bstantiam primus sit: secundum quantitatē secun-
us. Quanquam ubi sincerè loquimur, μεταβολὴ ge-
era hæc appellamus: κίνησιν verò secundum locum
ntum. Nam mutatio quantitatis est motus extre-
arum partium auctarum. Non quòd extremitas
ota sit: corpus enim non est: sed ut corporis. Neq; hoc
omnibus fit, nisi in iis, quæ crescunt, tantùm. Nam
uæ alio dilatantur modo, eorum idem manet extre-
um: & locum mutat, quanquam haud totum. Id
uod in Spongia, cæterisq; rebus lentis manus compres-

sione coactis animadvertere licet. Est hic motus veri
cum quantitatis motu mistus. Manus enim, spongia
major facta est, κατὰ π. Quippe secundum extrem
non quidem physica, sed mathematica mutation
Quia quantitas substantialis eadem, localis non e
dem: ut sit magnificatio sine augmento. Solius eni
corporis alimento auctabilis augmentum est ap
philosophos, quod signato nomine crementum dice
mus. Quoddam ergo mobile totum, secundum totum
mutat locum: ut cadens lapis. Aliud non sic: sed s
cundum partes omnes tantùm, nō quoad superficie
ut cœlum. Non enim mutant extrema locum, sed s
læ partes, actu, & potentia. Exigunt autem hæc ha
unam considerationem. Nam continui solidi mo
parte, commovetur totum, ut lapis. Non solidi alia r
tio: ut rei lentæ, quale filum, & raræ mollis, ut spongi
aut densæ, ut pastæ: (optimam enim vocem puto
σαὶς Græcorum, sicut massam ad μάζαν, idq; παρὰ
πάσσω.) aut rarefactilis, ut aëris. Animalia perfecta v
tota se movent, vel etiam partem. Imperfecta quæda
non tota, ut Urticæ quædam saxis adhærescentes,
ostrea. Atq; in iis gradus. Nam reptione Cochleæ, a
sultu Pectines. Cæterùm duæ restant adhuc subtilit
tes. Una pertinet ad principia philosophiæ, quibus cr
menti natura declaratur. Altera spectat ad hunc l
cum peculiaris. In priore quæritur: cujúsne sit creme
tum, formæ, an materiæ, an neutrius, sed materiat
formatiq; corporis: atq; ibi, an eveniat crementu
corpori per formam, an per materiam. Hæc à nob
ali

libi disputata sunt adversus Alexandreos, qui dicebant: crescere corpus, quia forma crescat. Nam si crementum motus est, & omnis motus sit in subjecto praexistente: crementum non fiet in materia, quæ accedit: nondum enim corpus est: neq; in materia, id est in corpore, puta Cæsaris, cui sit illa accessio: non enim movetur ipsum. Ergo in forma, quæ & præexistebat, & movet se prorogando in eam partem, quæ prius fuit ubus, postea fit corpus, & unum cum præexistente corpore. Hæc à nobis lucidissimè dicta, quæ illorum tenerosissimis anfractibus implicata tegebantur: ut intelligamus, quanta vecordia formæ dent incrementum, propter illam promotionem: qui tot argumentis in libris physicorum, solius corporis motionem contendunt esse. Nos verò dicimus, neq; generationem, neq; crementum, neq; alterationem motum esse: sed mutationis speciem. Mutari verò Cæsaris quantitatem cremento corporis sui: non quia superficies inde motæ, ubi erant, majorem occupent locum: sed quia deletis illis, apposita nova massa, unita, animata, aliæ fusiores postea sint superficies, eaq; tam intus, quàm foris. Atq; ita mutatum, non autem motum corpus est. Ac tametsi crementum hoc non est generatio, non est tamen sine generatione. Generatur siquidem nova quantitas corporis applicati mutata priore substantia cibi atq; alimenti in corporis substantiam. Quæ ex subtilissima contemplatione, secundam quæstionem discutere possimus. Quæram enim, quod ad hunc locum pertinet, uti dicebamus, an præter crementum alius sit in

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 340 sur 521

plantis motus. Ac ſanè quis non intelligit, in plantis eſſe cum ipſo cremento alterationem? An ullo in corpore naturali fit accretio, cujus non fiat multarum variatio qualitatum? Quid de generatione? Hanc quoq; in ipſis agnoſci neceſſe eſt. Gignuntur enim in plantis planta, ut Epithymum. Gignuntur ſemina: quæ tam ſunt illarum partes, quàm matricis fœtus. Et planta quidem ſunt ipſa ſemina. Non enim Amygdalus procreata ex amygdalo, quod ſatum fuit, ab eo differt, niſi ſicut differt actus & potentia. Quemadmodum pullus, & ovum, quo ex ille prognatus eſt, ſunt unum numero in ſubſtantia: ſolis differunt accidentibus: quot, qualia habet alterum, alterum non habet. Neq; hordeum triticum gignitur, cum à terra prodit, è ſemine: ſed cùm ſemen concreatur in ſpica. Neq; pullus, cum excluditur: ſed cùm ovum, ex quo fit poſtea, perfectum eſt. Hæc ſunt, quibus an me pararim ut rideat, equidem neſcio. Certè vereor, ne plus ſatis aliquem iſtorum commoverim, qui neq; docere ſciunt, neq; volunt diſcere. Cum veſtra tamen bona venia pergam. Eſt, inquit, κίνησις ἐν φυτοῖς: quia ἐφέλκυσις: & hæc ἐφέλκυσις eſt δύναμις. ἐφέλκουσα plantæ partem. At non eſt. Neq; enim illud ὑγρὸν in quo fit motus, eſt plantæ pars. Quippe nondum unitum eſt. Nondum, inquam, ἑνωθὲν, nondum ἠλλοιωμένον: tantum abeſt, ut ſit ταυτὸν κατὰ μέρος exactius contemplanti. At Sophiſtarum diffugiat (ut loquuntur) ſuppoſitiones: pro eo, quod futurum eſt. At alio modo philoſophari jubet Dictator ille noſter, in tertio de cœlo ſcribens, ἀκριβολογεῖσθαι, καὶ μὴ

μὴ ὡς ἐξ παρόδου λόγου ἀποδέχεσθαι. Rem verò ipsam diligentius persequenti nōnihil localis motus in plantis apparere queat. Certas enim videmus herbas, quæ flores suos convertunt ad Solem. Alias vel flante vento, vel aperto Sole aperiri: contrà, constringi aliquas. Præterea sunt, quarum frondes solstitio invertantur. Dicam tamen hosce non videri motus à plantæ principiis, sed ab extrariis eventis. Attrahit enim cœlestis ille calor ad se similes partes sibi, quæ in floribus sitæ sunt: & languidiores laxat, atq; exuggit, quasi repetens id, quod suum est: vividiores autem corroborat. Frondes verò circumactu obvertuntur potius, quàm obvertunt sese, æstus violentia. Quemadmodum alia quoq; crispantur: alia siccitate incurvescunt. Nam quæ in historias à veteribus relata sunt: arbores quasdam transgressas itinera publica, in adverso agro postridie quam in nativo fuissent visæ, palàm extitisse: Græcorum fidei mandanda sunt. Nempe ne Dæmonū quidem vel arte, vel potentia fieri potest: ne id portentis ascribatur. Unicum huic mentiendi morbo remedium: non credere. Minus item benè dixit illud: Attrahi de terra humidum; non enim terra humida est. Sed ab humore, qui cum terra mistus est, partem trahit ad alendum. Neq; interpres rectè: τῇ ἐφελκώσει ὅτι κίνησις. Hoc enim modo, motionis esset motio. Pejus illud: ὅπως ἔρχεται. Nemo sanus dicat, motionem abire in locum. Postrema verò verba ridicula. Quippe & falsum est, herbas pusillas unius horæ momento nasci: neq; enim tunc, cū exeunt, generantur: sed longiore tractu tem-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 342 sur 521

poris fit apparatus ad generationem: tum ipsa forma introducitur (ut loquuntur) in non tempore: id est in momento indivisibili, quod instans Sophistæ dicunt accommodatissimo vocabulo ad id significandū, quod non stat. Fugit enim tempus ipsum hoc quod est, neq; admittit designationem. Ergo generatio fit in instanti: præparationes ad generationem pusillarum herbarum quandiu, quatenusq; fiant, neq; est iisdem cuiq; legibus à natura præstitutum, neq; unquam ulli mortali homini compertum. Tum fac, sic verum esse: jam non erit ea ratio. Attractio nanq; non est hujusce causa celeritatis, sed velox attractio. Alioqui cùm in omnibus esset attractio, esset item in omnibus celeritas. Acutius dicamus: neutiquam id verum esse. Jam enim enata planta trahit, ut alatur. Antequam genita sit, quî trahat? Quonam ergo pacto fuerit velocis generationis attractio causa? Illud nō perinde ad redarguendum potest dici: dicetur tamen, ut ne ignoretur à quibusdam. Observatum à nobis est, aliquot è parvis quoq; haud parvo pòst enasci tempore. In iis vidimus Portulacam. Plus interdum in nascendo, quàm in vivendo moræ trahit. Quartodecimo pòst anno mirati sumus exisse de terra, idq; præter tempestatem, seroq; anni. Milium quadriennio postquam fuerat mandatum sulcis. Quædam perpaucos consumunt dies: ut Eruca, Nasturtium. Par arborum ac fruticum ratio. Prunus paucis mensibus: Amygdalus paucioribus: Persicus exit cito. At Staphysagriam scimus anno toto ipso integro serentis urere spem. Ad hæc, attractio major est

r est in animalibus: quippe plus obtinent instrumen-
qui naturalis calor est: neq; tamen ea celerius gene-
ntur. Rationes obstant aliæ. Quippe res naturales
iis aliæ majore opera opus habent. Iccirco celeritas
l nascendi vel crescendi pendet aliis à principiis, quã
attractione. Oportet enim ad celeritatem, attra-
um & in pauca, & in paucis momentis transmuta-
. Est Arabica loquutio: ἐν μιᾷ ὥρᾳ μιᾶς ἡμέρας. Lu-
ere liceat nobis in minus seria oratione. Metuebat,
e semihoram præteritæ diei, alterum tantum attri-
ueret aliquis sequenti. Non potuit ergo vel verè, vel
utò illa subdere: οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἐν τοῖς ζώοις. In iis e- "
im major attractio. Et est animal, quod Aristoteles "
propterea vocat ἐφήμερον: cujus etiam meminit Cice-
o. Illius vitæ finis dies natalis est. Hinc natalium πη-
λικότητα (ut Galeni scitissimo verbo utar) conjectari
icet. Nulla sanè herba nota nobis est, quæ non exten-
dat ultra diem vitæ tractum. Non ipsi Fungi huic fa-
to sunt obnoxij. Quædam etiam animantes citius
quàm plantæ generantur: ut Canes, quàm Palma,
vel Capparis. Atque is pusillus frutex est. Appo-
nit fulturam sanequàm fragilem. In animalibus,
inquit, materia καθ' ἑαυτὼ διηρημένη. Tardius ani-
malia generari: propterea quòd materia secundum se
est separata. Quid? In planta quod attrahitur, nónne
est ab attrahente separatum? Quòd si dicat, plantis
illico subditum & contiguum alimentum subesse, non
id attinet ad generationem, sed ad crementum. Quin-
etiam in animali spectes idem. Præsto est siquidem

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 344 sur 521

materia ad umbilicum. Tum adeò in iis, quæ naſcuntur ex ovo, propinqua eſt materia: ſimul ut etiam ſit, Quòd ſi planta gignitur celerius: id iccirco fit, quia debilioribus, paucioribus, parabilioribus cauſis contenta eſt: non autem propter attractionem. Illa verba: ὑκ ἔστι δὲ ὑδὲ πέψις, εἰμὴ ἐν χρήσει μάλιστα καὶ αὕτη: plus negotij faciunt ad intelligendum, quàm afferant ſiuctus, etiam ſi intelligantur. Quare ad illa tranſeamus, in quibus inter ſe comparatarum partium, quæ ad in-
» crementum pertinent, init rationem. Generatur, in-
» quit, & creſcit, quod tenue magis, quàm quod craſ-
» ſum. Quippe craſſum multimodis eget facultatibus,
» tum propter propriæ figuræ differentiam, tum quòd
» ejus partes inter ſe longè diſtant. Atq; iccirco cita plan-
» tæ generatio eſt, ob tenuitatem alterius ad alteram:
» & celerius perficitur. Principio quod ait, tenues partes celerius coaleſcere, & maturius adoleſcere, verum quidem eſt. Temperare tamen illam ſententiam, prudentis intereſt viri. Radix enim citius quàm ſtipes generatur: quæ tamen in multis eſt & durior, & craſſior ſtipite. Prius quàm folia, ſtipes. Ad hæc bina illa folia, quæ prima prodeũt è ſemine, craſſiora ferè ſunt, quàm quæ ſubnaſcuntur poſtea: an in omnibus, an in pleriſq; ? Poſtremò nullus, opinor, putet, non & librum, qui eſt interior, & corticem, qui exterior, ſimul fieri. Ab initio quoq; mundi eodem momento & craſſa, & tenuia extitere. Neſcio, an ſic voluerit: ab initio teneram plantam poſtea dureſcere. Quam verò affert rationem: tardius gigni denſum, quàm rarum: aut craſ-

ſum,

m, quàm tenue: nulla est. Crassum, inquit, multis et facultatibus: id est majore, ut puto, interpolatione. Quippe opus habet tum collectione, tum coactione. arum autem non ita. At enimvero utrig; idem eveniat æquè, si è mediocri tum rarum, tum densum fiat. t manifestum est post primordia generationis multus subire partes ab alimento: cujus mediocritas partim crassorum, partim tenuium materia futura sit. ic è succo, qui fuerat panis, fiunt & spiritus tenuissimi, rarissimiq;: & ossa crassissima, densissimaq;. Atq; ter hæc extrema, alia media pari proportione, caro, arenchymata, adenes, venæ, chartilagines, atq; ejusmodi. Tantundem igitur operæ ponatur in solvendo crassum ad raritatem, & cogendo rarum ad crassitudinem. Duas addit probationis rationes. Una est hæc: ropter, inquit, figuræ differentiam. Ineptam profeto, atq; falsam. Figura enim operosior in tenuibus sed, ut foliis, & floribus: durioribus autem moles rudior. i velis ei suppetias: dixeris, Succos è semine priusquã partes solidas generari, quæ illis è succis conficiuntur. Vix tamen etiam sic evaseris. E partibus nanq; seminis, quæ sunt plantæ partes in potentia, fiunt plantæ partes in actu, nõ autem succi, qui materia futuri sint media pro generatione partium. Cæterùm modus jam sit vel defensionis, vel reprehensionis. Altera autem ratio an tolerabilior? Densius, inquit, serius gignitur, propter partium inter se interruptarum longinquitatem: quoniam scilicet exempla sunt loca rara. Sic Philosophus in secundo libro de generatione: ex

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 346 sur 521

aëre terram fieri, verùm difficulter, διὰ τὸ πολύνων εἶ μεταζολώ. Idemq; retro ex terra illum, eandem ob causam, non propter raritatem ac densitatem. Hæc igitur hîc sententia prudentius accipienda est. Nam quod attinet ad artium operas, longè difficilius est, aut comminuere solidum, aut laxare compactum, quàm explere aut infarcire vacuum, rarumq;. Et in rarefactione quæritur capacior locus. Continentis ergo margines submovendi: obstant enim. Ad densandum, sive fiat extremorum reductio cum mediorum coactione, sicut in nive, cum lusus gratia globos premimus: sive extranei cujuspiam immissio, quemadmodum si in cavernosum saxum indamus pulverem: utroq; modo fit minore negotio. Itaq; in tertio de Cœlo: τὸ γὰρ λεπτομερέστερον ἐν μείζονι τόπῳ γίνεται. Addit exemplum: διατμιζομένου, καὶ πνευματουμένου ὑγρὸν ῥήγνυται τὰ περιέχοντα τὸς ὄγκους ἀγγεῖα. Sic & alter ille Deus tuus ô Cæsar: nec jam se capit unda. Quin Galenus in libro περὶ πλήθους, cassiterinum vas incurvatum ventrem fecisse scribit fermentescente novella Theriaca. Intelligamus igitur hîc: initio partem rarã esse: deinde intromissis aliis partibus densari. Sic rigidus stipes fit, qui fuerat lentus. Quod verò ponitur ultimo loco: διὰ τὴν λεπτότητα ἑτέρου πρὸς ἕτερον: mutila est oratio. Sic explebitur fortasse. Plantam aliam aliam celerius expediri ad exoriendum, quo tenuioribus est pradita partibus. Ita enim procedit argumentum: Si plantæ partes celerius tenuiores gignuntur, quàm crassiores: ergo plantæ quoq; ipsæ tenuioribus constan-

nſtantes partibus gignentur citius, quàm quæ craſ-
ribus ſunt conſtitutæ. Hoc tamen falſum eſt. Et fal-
atis ratio hæc: A vi coquendi ſit opus. Nã quæ plan-
multa ejuſmodi prædita fuerint facultate, eæ craſ-
res, & citius diſcoquent, & commodius, quàm im-
cillior rariores. Naturales enim poteſtates, etſi ſunt
tia abſoluta, earum tamen effectiones ſunt ad effe-
as referendæ res. Ergo non ſatis eſt, hanc illámve ſtir-
m tam eſſe validam ad coquendum, aut digerendũ,
t aliud aſſequendum: ſed oportet ut ſit ſatis valida
l hoc, vel ad id, vel ad illud conficiendum. Cum ergo
rpis alimentum ex humore ſit eodem, & Quercui,
Adianto, & Portulacæ: neq; ſit eadem omnibus fa-
ltas ad rarè denſéve faciendum: non erit incremen-
m ab eorum expectandum vel raritate, vel denſita-
, quæ ſit in temporis tractu poſita. Sumitur univer-
m hac de re judicium ab agentis proportione. Tum
utem de multis exemplis cauſa nobis eſt, quæ huic
utori nulla. Vel attrectemus Apium. Denſa ejus ad-
modum folia. Citiſſimè tamen & exit, & perficitur.
Cucurbitæ rariora multò: ſerius exit tamen. Caloris
nnati vis, in hac puſilla, in illo major. Arundo quoq;
ardius exit ſata ſpongia, quàm è ſemine Braſſica. Cũ
amen ibi actus ſit in ſpongia: hîc ſola potentia ſemi-
is. Utrunq; tenuitatis genus in ſe cohibet Fœniculũ,
Braſſicæ comparetur. Nam & tenues habet par-
es, quia calidas: & tenues, quia raras. Minus tamen
itò, quàm Braſſica, prodit. Illud omnino in prom-
tu habendum eſt: non à calore tantùm elementari:

quem-

quemadmodum multi, qui se dicerent Peripateticos, profitebantur: sed ab eo tanquam instrumento, à certa verò forma tanquam à principio persici. Quin ne illum quidem elementorum assectam facit authorem Galenus hujusce ministerii, sed opificem alium quendam, quem negat depasci nostrum humidum naturale: acutè sanè, & magno judicio: nisi sisteret illius opificij primordia statim in illo ipso. Nam vel ipsam animam, cùm quid sit, quærit: intra caloris ambitum sese continet, non egreditur ad formæ ullam conquisitionẽ. Sed de hoc alibi. His igitur omnibus cum Staphysagria longè sit calidior: ab ipso primo satu biennium tamen, uti dicebamus, transmisit ad natalium rudimenta in hortis nostris. Consici etiam suis ipse telis queat. Citius plantam generari, quàm animal, dicebat suprà. At planta, qua planta est, solidiores habet partes, quàm animal, quatenus animal est. Non enim (usitatis utar verbis) de animalis essentia est, habere ossa: Sic enim si esset, omne animal haberet ossa. At non habent omnia. Non ergo sunt diversa genera comparanda ad generationis celeritatem: sicuti neq; diversæ figuræ ad circuli quadraturam: præsertim ex densitate, ac raritate: mollitia, duritia. Sed, uti dicebamus, à caloris vi: neq; illa sola, sed cum humido: neq; iis tantùm, sed à forma directis. Pessimè verò interpres τὸ λεπτὸν opposuit τῷ πυκνῷ. Suprà nanq; statuebamus hoc exadversum τῷ ἀραιῷ. Coactus repeto. Sic in tertio Meteoron, τὸ πυκνὸν opponitur τῷ μανῷ. Unde pugnus, & manus. λεπτὸν autem contrarium est τῷ παχεῖ. Tenue

nanq;

tnq; aut accipitur à partium ratione, aut ad super-
ciei modum. Ita filum ex ære dicimus tenue, quo ad
perficiem, quæ inter extrema parva est. Item bra-
eam. At utrunq; densum est. Hîc tenue opponitur
asso, cujus latera duarum dimensionũ longè distant.
n respectus sit ad partium situm, exemplum ab arvis
piamus. Solum tenue vocant Græci λιτὸν: quod &
ἐπιδέομαι dicitur. Loquendi quoq; modus alienus est à
gibus philosophiæ: γλυκὺ μᾶλλον. Generatio nanq;
ec plus agnoscit, nec minus. Et sententia de cremento
alsa est: plus crescere, quo quicq; plus est tenue. Simul
nim crescunt omnia, cortex, liber, albumen, caro, me-
ulla. Quinetiam in generatione nihilo id esse verius
eclaravi dudum: quando radix omnium densissima
artium, omnium prima generatur. Manifesta pro-
ortio falsitatis in aliis quoq;. In quibusdam flores
unduntur primum: ut Persico, Amygdalo: in aliis post
ondes. ut in Ceraso. Ita florent aliqua prius, in qui-
us ossa futura sunt postea. At partes illæ crassioris na-
uræ sunt. Flos enim est in potentia fructus: & quidem
alis. Quare est ossigeri fructus os in potentia flos. In
inara folia prius, quàm lanugo. Ad calorem igitur
atuisset signa generationis, tanquam ad agentem
ausam sub formæ dictatura, non ad partes, quæ sunt
atientes. Repetit autem sententiam de raritate, cùm
ic dicit: Plantarum partes ferè omnes raræ sunt: pro- «
terea quòd earum calor humorem attrahit ad sum- «
na. Tum alimentaria materia totas in partes ipsa- «
um distribuitur. Quod autem superfluit, effunditur. «

At

„ At quemadmodum in balneis calor attrahit humi
„ dum, ipsumq; convertit in exhalationem : tum ea le
„ vata, ubi superabundarit, in guttas transmutatur: s
„ etiam tum in animalibus, tum in plantis fit. Quæ ex
„ uberant, ascendunt ab inferioribus ad superiora, &
„ descendunt à supernis ad inferna. Simul igitur una o
pera multa expedit. Nam de raritate quod dixerat
repetit: eiq; caloris attrahentis addit vim, quoq; mod
superflua exigantur: item balneorum comparatio-
nem. Videtur igitur etiam finalem causam raritati
assignare. Ad hæc virtutem attractivam alimenti, &
expulsivam superfluorum: de quibus accuratissimè
Galenus. At hic laxè admodum, ne dicam ignavè. Vix
enim percipio quamobrem hæc huc ingerat. Tum suo
more malè eloquitur. Neq; enim raræ partes sunt,
quia per eas humidum attrahit calor: sed è contrario,
quia sunt raræ, subire potest humor. Raræ verò factæ,
ut impleantur, & depleantur. Implentur enim eo,
quod vicinis habeant suppeditare, quantum poscant:
sibi retinere, quantum satis. Illud quoq; falsum. Plan-
tarum partes esse raras ὡς ὀπτοπαλεῖσον: imò verò o-
mnes. Nam si spectentur, aut animo capiantur mini-
ma naturalia: ea sunt densa. Sin illorum situm: dissita
reperias, ut admittant, & transmittant: non enim a-
lio modo fiat incrementum. Interpretatus sum adver-
bium ὡς ὀπτοπαλεῖσον, ferè, Theodorus ex Plinio, ma-
xima ex parte: quo dicendi modo Cicero quoq; utitur.
Rectè verò subire scribit humorem calore tractū. Sic in
secundo libro de generatione: τὸ δὲ λεπτὸν ἀναπλησι-
κὸν, ὅπ

ὸν, ὅπ μικρομερές. τὸ δὲ μικρομερὲς ὅλον ὅλου ἅπτεται.
d eundem modum hîc: διαπείρεται ἡ ὕλη ἡ θρεπτικὴ
ς ὅλα τὰ μέρη. Hoc loco τὰ ἄκρα sunt accipienda, non
olum summa, sed etiam extrema omnia, vel quæ in
mo sunt: tametsi videtur ipse pro summis posuisse: cũ
ese sic interpretatur: ἀναβαίνουσιν ἀπὸ τῶν κατωτέρων
πὶ τὰ ἀνώτερα. Dixit autem διαπείρεται, quod Ari-
toteles διασκεδάνυται, sacri libri διασκορπίζεται, me-
lici διαδύεται: quos nos quoq; secuti sumus in versio-
ne. Quod autem incommodet illud ὁπτοφαλεῖον, ex
llis deprehendimus, εἰς ὅλα τὰ μέρη. Nam si ad partes
mnes fertur, tota rara planta fuerit. Si nutriuntur
mnes plantæ, plantæ omnes erunt raræ. Neq; bene di-
xit interpres ὅλα, ἀντὶ τοῦ πάντα. Declarat autem quid
sit illud θρεπτικὸν: humidũ scilicet. Ne verò capiamus
humidum simplex, sed corpus, in quo sit humiditas:
quod & Galenus docet. ἀτμίδα quonam verbo repræ-
sentemus, ideò possumus quærere, quia viri docti quẽ-
admodum Latinè dicerent in Galeni libris, satis ha-
buere: nobis quid in cæteris speciebus pronunciaremus,
reliquere. ἀναθυμίασις videtur esse genus ad omnia
corpora, quæ ab imis feruntur sursum. Ejus species duæ
nõ uno in loco Meteoron: altera humida, altera siccæ.
Humidam vocat ἀτμώδη, καπνώδη siccam. Sed in se-
cundo negat sicco generi commune nomen à Græcis esse
positum: sumum verò ejus esse speciẽ. ἀναθυμίασιν au-
tem dicemus exhalationem, qua flatus, humor, vapor
comprehendatur. Neq; enim reor Latinos eo nomine
carere, cujus egere dicit suos populares Philosophus: sic

enim

enim vapor. Sic ubi calor igneus abiit à vino, quod reliquum est, vapa dicitur. Siccam exhalationem statuit idem pro materia, quam diducit in tria: pro tonitru, inter nubes: ad concussionem, quæ fit in terra: ad aëris motionem, quam ventum appellamus. Tametsi dubitare cogor, an λιγνὺς, quæ Galeno frequens vox est, genus haberi queat ad siccas illas exhalationes. Nam λιγνὺν à flamma ducit in tertio: ut sit vapor corporis siccioris: καπνὸς autẽ siccissimi. Galenus in tertio de locis, utitur καπνῷ ἀντὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν χυμῶν cujuscunq; modi. In eodẽ tamen distinctius sic: ποτὲ δὲ πνεύματος ἀτμώδους, ἢ καπνώδους, ἢ ἀναλώδους. At in Timæo aliter scriptũ est. τὸ μὲν δὴ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ ἰὸν, ὁμίχλη. τὸ δ' ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα, καπνὸς. Et addit παρεμφερὲς illud: λεπτότεραι ὀσμαὶ ὕδατος, παχύτεραι ἀέρος. Quod alibi discussum est. In libro de mistorum affectibus, subtiliores partes à crassioribus emissas nominat καπνὸν, λιγνὺν, κνίσαν, ἀτμίδα, ἀναθυμίασιν. πνεῦμα quoq; tale esse. Ac ne flammam quidem ab ea separat natura. ἀτμὶς autem fortasse Latinum non habet nomen, quo tota res ipsa circunscribatur simul. Est enim ascendens humiditas: id quod etiam docebat Galenus in primo de simplicibus, ubi ἀτμὸν quoq; vocat. Hujus species tenuis, quæ aut in aquam concrescat, aut in aërem densiorem, nõ habet proprium vocabulum. Aquea duplex, δρόσος ros, & pruina πάχνη: propterea quòd esset ros παχνωδὴς: est enim & πάχος, & ἄχνη, ros crassiusculus in spumea natura. Aërea duplex: una, nebula, quam & caliginem

iginem dicimus. Hujus vocis, si patiuntur delicatio-
es, videor acutissimè originem vestigasse. Primum sui
rtum habuit inter pastores: quorum mutuus conspe-
tus cùm esset ejusmodi aëris ademptus spissitudine,
ocibus inter se monebant, ubi essent locorum, quid a-
erent, quò eundem esset. Usitatū Priscis verbum, ca-
are. Altera vocis pars est, sicut in alio verbo instigo, ab
nstando, & agendo: pastorum quoq; soboles: certè co-
nes. A Græcis Caligo dicitur ἀχλὺς, & conferta ὁμί-
χλη, παρὰ τὸ ὁμῶς εἶναι τῷ ἀχλυώ. Hæc super terræ fa-
ie sparsa est: cum pendet, νεφέλη. Si prægnans est im-
ribus, sive sterilis: quam denotavit separatim Philo-
ophus. Nobis nubes dicitur. Si cui magis arrideat id,
t humidarum genus sit ὁμίχλη, sicciorum λιγνὺς, n
aud repugno. Non enim solùm licet philosopho νομο-
ετεῖν, sed etiam perneccssarium est. Nam ipse quoque
hilosophus, quæ vulgi arbitrio circunferebantur pro-
niscuè vocabula, tam ad humidam, quàm ad siccam
xhalationem, distinxit primus ad certas significandi
unctiones, ἀναθυμίασιν & ἀτμίδα. Hæc autem sic di-
esit: non ut abducam in servitutem loquendi iudicia
bera doctiorum: sed ut ipsi vel hæc admittant, si non
ncommoda cognoverint: vel accommodent sua me-
ora. Non enim me latet, Fuliginem esse fumum te-
uem, & à pinguibus ferè. Attendite verò jam præter-
a quæ dicat hic: ἀτμὶς ὅταν πυκνωθεῖσα μεταβάλλῃ
ις καπνόν. Nam τὸ πυκνωθεῖσα est causa præ-
rediens mutationem. Neq; enim soluta, aut aliquo
odo à calore victa perstat: atq;, ut ita vobiscum fe-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 354 sur 521

ſtivè ſemotus à Criticis audeam, gutteſcit. Eadem pl
viarum quoq; cauſa. Exhalatio nanq; aut abſumit
æſtu nimio tota: quo tempore nullus invenitur demi
ſus cœlo ros: aut non tota, ſed vel pauca, tenuiſq; eſ
unde ſit ros: aut pluſcula reliqua eſt, à qua ſit pluvi
Ubi verò plurimum remanet, imbres ingruunt. Qu
verò dicit, aſcendere τὰ περιττώματα: capiatur al
modo, quàm cùm dicit, deſcendere. Etenim cùm a
ſcendunt, περιττώματα ſunt in potentia: quippe m
ſta cum bona parte boni ſucci. Ubi deſcendunt, ex
pelluntur ab expultrice, ſecreta prius ab excernen
vi. Augenda quoq; ſignificatio verbi hujus, deſcen
dunt, Jureconſultorum more. Non enim deſcendu
vel tota, vel omnia: ſed à medio ad ambitum ha
pauca: quæ neq; aſcendunt, neq; deſcendunt. Ad hu
quoq; modum Meſue loquutus eſt, cùm medicamen
quædam vocavit attrahentia, quæ deducerent à cap
te: quædam eradicantia, quæ ſubducerent à pedib
Quaſi verò eradicatio non ſit attractio: aut quaſi no
eodem motu ſeſe applicet ferrum ad Magnetem, ſi ſu
ponatur, ſive ſuperponatur. An quid aliud alvum ce
ſeamus, quàm medium quaſi punctum, quod centru
vocant: tam pedes, quàm caput pro circunferentia ſta
tuamus? Tum Ferrerius: Audis, inquit, Scaliger, quà
curiosè carpat hic imperatoris illius tui gloriam. Sa
equidem te de eo prædicantem audivi: Nullum il
ſubtilius dividere, digerere aptius, prudentius ordina
re, felicius exequi. Deniq;, ut veteres Attici dicere ſo
lebant, nullo modo παχέν. Nam de apparendi conſ
ciendi

ciendiq; modo, vel Galenici & ei primas dant, & ultrò sese ei dedunt. Hic autem voluit intelligi medicamenta capitalia: pedes autem festivè radices non ineleganti dixit analogia. Nam & Prisci Graij ἕλκειν quidem de summo, & de latere: ἰμᾶν autem ab imo, consueverant. Sed hæc leviora. Duo magis me movent. Alterum est, cùm animadverti abs te τὸ περίττωμα non esse dictum excrementum. Id quod mihi perjucundum fuit: cui visum fuerit olim, multa esse περιττὰ, quæ non excernuntur. Utranq; vocem τῶν περίς σι: sed hanc posteriorem addere priori motum περὶς τὴν ἀκριβολογίαν: cujus esse decet studiosum philosophum. Nam excrementum & superfluum est, & consignificat excretionem. Cùm igitur utrunq; Latinè dicatur: separato usui distribuenda sunt. Quod si quis objiciat: in vocabulo hoc, superfluum, etiam fluorem contineri: non tam eorum tueatur causam, qui nomine utuntur excrementi, quàm hoc æquè amoveant. Amovento igitur, atq; aliud quærunto. Haud pauca sese offerent: illud non abjiciemus, exuperans, quo τὸ ὑπερβάλλον vertimus. Sicut in numeris id, quod excedit æqualitatem divisorum, Græcè dicitur περιττὸν, à nobis impar. Quia quod supereſt, videtur esse ambitu majore. Idcirco περί. Par verò rectissimè, quòd non excederet: quoniam juxta positæ partes iisdem limitibus præfinirentur. Hoc fuit παρά. Unde & pars. Quandoquidem aureum illud à pace conciliationeq; animorum dictum sæculum, admirabilem illam ἰσονομίαν, pro maxima beatitudinis portione ducebat:

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 356 sur 521

damnata penitus πλεονεξία, quæ nunc multorũ summum est numen. Impar autem non perinde è re ipsa dictum est. Superpar enim melius. Verùm rudiora omnia primordia, præsertim τῆς τῶν ὀνομάτων θεσμίας. Itaq; cæcos sequimur, sed neutiquam cæci. Hunc ad modum Aristoteles, aliiq; tum philosophi, tum etiam historiarum scriptores, τὸ περιττὸν dixerunt in natura, quod esset rarum, atq; extra hunc ordinem vulgatum rerum quotidianarum. Sicuti de Phœnice, Bonaso, solidungulis cornutis, superfœtatione, octimestris partus vita: quæ media sunt inter monstra, & eventa, speciesq; ordinarias. Quin τὸ πλῆθος τοῦ ἐγχύμα non fuerit, quin insit τὸ περιττὸν. At quæ pars boni sanguinis est nimia, nunquam venerit excrementi appellatione. Supervacuum & supervaneum Cicero, τὸ περιττὸν: apud quem an excrementi vox inveniatur, nescio. Hoc primum erat, quod me moveret ad dicendum: Alterum non in verbis, sed in re est, Gutta quomodo concrescant ex ipsa exhalatione: nam frigore cogi, confessum est. At in libro de mistorũ affectibus Alexander ait, condensatione quoq; fieri, non autem semper coactione, quæ frigoris opus sit. Exemplum addit operculi vasorum in culinis. Vapor enim gutteſcit, non frigore, sed inspissatione sola. Qui conatus tanto Heroe videtur indignus mihi. Quippe & gelatio, & spissatio, & horum omninò genus coactio, sunt effectiones. Autorem quærimus. Equidem arbitror in operculo minus esse caloris: calescit enim solo vapore. Quare minor ille calor, pro frigore est

fervido

fervido vapori. Concreſcit ergo. Sic à balnei fornice vincitur exhalationis calor. Quo cedente, guttæ ſuccedunt aqueæ. Sed ad penſum. Sequutus Bajulius: deducit deinde ſententiam ad naturalis rei comparationem. Sic enim fieri fluvios ac fontes ſub terra. Terræ « angustias repleri: atq; inde fieri largiores exhalatio- « nes, quæ interiore compreſſu terram findant. Hunc ad « modum extare fontesq; fluvioſq; antea nunquam vi- « ſos. Hæc ſic. Verùm ut ſuperioribus comparatio re- « ſponderet, addidit, ἀπὸ τῶν ὀρέων ῥυνῶνται. In ſublime nanq; fertur ἡ ἀτμὶς, qua de agitur. Addidit & illud: fluviorum materiam eſſe pluviam. Sic enim pluviam τῇ ὑγρότητι ſupradictæ comparabat: & ἀτμίδα conferebat ἀτμίδι, & τὰς ῥαγόνας τοῖς τῶν βαλανείων πνευτλώμασι: utriq; verò τὰς ποταμούς. Quæ omnia, quemadmodum accipi debeant, videamus. Dicit, οἱ ποταμοὶ οἱ ὑπὸ τῆ γῆν. At omnes fluvij de terræ viſceribus exeunt. Sententia verò illa, ὕλη δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ ὑετοὶ, Ariſtotelis eſt Meteoron primo. De fluviorum principiis tres ſunt ſententiæ: una ſtatuit eorum materiam humidas exhalationes: altera creat ex aqua pluvia: tertia ſubvehit è mari. Hanc poſtremam fovit Epicurus, à quo Lucretius accepit. Habent autem maximas dubitationes. Nam neq; omnes exhalationes, quæcunq; ſubter univerſos Europæ tractus fiunt, unum modò concreare Danubium queant. De pluviis ad eundem ambigitur modo, & efficaciore opera. Quantilla portio Garumnæ: ſi perennitatem ſpectes univerſi imbres, adde etiam nives, Aquitaniæ?

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 358 sur 521

Bona verba quæso: ne pueriliter agere videamur. De Oceano, tanquam de patre, non, ut ille dicebat, rerum, sed ut quidam volunt, fluviorũ, quid habemus? De materia non potest, ut in aliis duabus opinionibus, dubitari. Plus satu est, vel ad multò plura. Quæritur de subitione: Qua natura sese sursum inferre valeat elementum grave? Aqua tale est. Hoc quia probationibus certis demonstratum pictumq; est à te, Cæsar, omnium, quod equidem sciam, primo in tuis exotericis exercitationibus: non faciam, ut me sinam abstrahere à proposita plantarum materia. Dicit, ἀτμίδα fieri πνευστὴν, quoties in angustiis aquæ fuerit. Ita demum est, si multum subtus ferveat, quo plus concipiat caloris. Cæteroquin ex aqua patula majores contingunt exhalationes: si de superiore loco æstus subtrahat. Celerior enim fit motus, qui liberior est. Sic enim addenda est his exanguibus sententiis anima pro sale: sicut è contrario pernis sal pro anima. Fluviorũ verò, qui cùm prius non extarent, postea emerserint, generatio tum à philosophis, tum ab historicis recensetur. Haud valde absimili ratione, atq; illi, qui postquam in priore cursu certis intercipiuntur locis, exiliunt aliis postea. De aquarum miraculis non uno libro Plinius: item Vitruvius, Ovidius, Seneca, Solinus, Aristoteles, Herodotus, Strabo, Pausanias, Lucretius, Athenæus. Venimus ad eam tandem partem, quæ fidem faciebat inconsideratioribus ingeniis, hos esse libros „ Aristotelis. Ita nanq; scriptum est: Exposuimus cau-„ sas, quibus fontes, ac fluvij generarentur, in libro nostro,

noſtro, qui Meteoron inſcribitur. In quo etiam de ter- «
ræmotu diximus. Sæpenumero iis tum fontes aperiri, «
tum fluvios emicare, qui nulli prius extabant. Findi «
nanq; terram exhalatione. Facto igitur terræmotu ſæ- «
pe id inventum eſt: fontes ſcilicet ac fluvios conjugari. «
Hæc in libris Meteoron ſanè ſcripta ſunt: ὕδωρ δὲ οὐ γῆν ὕδα-
τα ἀνερράγη: ſed alio modo. Non ait, aqua terram, ſed
vento findi. Quemadmodum ventus fluctuum cauſa
ſit: ſic etiam ἄπνον τῆς ἀναπνεύσεως τῆς γῆς. Hæc ver-
ba ſunt in ſecundo. Nam quod inſcriptio induxit illo-
rum animos, ut aſcriberent divino viro: non debuit. At
quot viris illuſtribus argumentũ contemplationis hu-
juſce ſuppeditatũ eſt à Natura? Scripſit Meteora De-
mocritus, Anaximenes, Empedocles, Anaxagoras, Cli-
demus, alij. Et ſanè qui hæc ſcripſit, cum Meteora ſcri-
beret, putabat ſua ſcribere, non aliena. Illa quoq; ſunt
animadvertenda. Ex terræmotu πηγαὶ, οὐ ποταμοὶ
πολλάκις συζεύγνυνται. Fortaſſe vult, diſtantes fonteis,
interſtitio ſublato, per hiatum coire in unum. Nota-
bimus etiam verbum σχίζεται ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως ἡ
γῆ. Intelligamus terræ ſoliditatẽ. Nam de ſolo areno-
ſo non poteſt. Fiſſile nanq; deſcribit Philoſophus, ut o-
mnia, mirificè: ὅταν πλέον διαιρεῖται, ἢ ὅσον τὸ διαιροῦν
διαιρεῖ. Abuſi ſunt hoc ſignificãdi modo veteres medici,
qui lac σχιστὸν appellarint, cujus ſeroſa pars à craſſiore
ſepararetur. Sed jam militares oſtendunt ſeſe pro nobis
ſtationes. Quod enim poſitũ eſt ab illo in ſecundo, negat
hîc iſte. Motũ, quem à concuſſione hoc in loco nominat
πτισμὸν, Ariſtoteles etiam τρόμον, iſte plantis evenire

 negat.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 360 sur 521

negat. Paulò ante hæc supra quoq; in animalibus. At contrà Philosophus & sentit, & profitetur. Ejus verba sunt: τὸν σεισμὸν ἐν τῇ γῇ εἶναι, ὅσπερ ὁ τρόμος, καὶ ὁ σφυγμὸς ἐν ἡμῖν Idem quoq; dicit Galenus in libro de Tremore. Vento, flatúve adacto obseptoq; tolli partes obsidentes ipsum, conatibus illius tentantis eruptionem: premi naturali motu musculorum, retrahentiũ cutem ad pristinæ statum superficiei. Tum ita fieri saltum, atq; palpitationem. παλμὸς enim, qua ex voce vox nostra deducta est, hujus generis est. Aliquando subsilitionem sumus interpretati. Barbari nostri jecligationem. Sic enim vulgus Italicum & Francicum vocat titillationem paulo corruptiusculo nomine. Similis motus in Piscibus videtur, aut moribundis, aut vibratione, resilitionéve molientibus evasionem. Eum Græci motum dicunt ἀσσάρειν. Philosophus etiam ἀσσαρίζειν. Sub toto illo genere sunt, pulsatio, oscitatio, pandiculatio, tremor, saltus, palpitatio, horror, succussio, excussio, titillatio. Motu nanq; comprehenduntur eo, cujus autor sit flatus aut humor. Ut etiam quis addat pruritum non ineptè, si rem propius contempletur. Plato quoq; huic adversatur. Quippe scribit in Timæo: tremorem & rigorem modum esse τῆς σεισμοῦ. Ejus verba memini. τὸ δὲ περὶ φύσιν συναγόμενον μάχεται κατὰ φύσιν αὐτὸ αὐτῷ εἰς τοὐναντίον συνωθοῦν. τῇ δὴ μάχῃ, καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος, καὶ ῥῖγος ἐτέθη. Galenus quoq; sententiam perpendit hanc, atq; ita commendat, ut medicis succenseat, qui hac in Natura cognitione passi sint sese ab eo, qui non esset

ſſet medicus, ſuperari. Quaſi non ſit id ipſum philoſo-
phi potius, à quo medicus mutuetur. Motus enim eſt.
Ergo cum vel ſucci, vel gummi foras expuuntur, non
it id præter Naturæ leges: ſi intus vel humore, vel fla-
u, qui in ſibilis viridium lignorum, dum uruntur, de-
rehenditur, colluctante fiat motus ejuſmodi. Quin
odem libro vocabuli tranſtulit uſum alia quoq; ad e-
ementa. τὰ δ' ἀνομοιούμενα φέρεται διὰ τὸν σεισμὸν
πρὸς τὸν ἐκείνων, οἷς ἂν ὁμοιωθῇ, τόπον. At etiam in
entriculo, id quod iſti Galenifugæ Aboaliſtæ meri ne-
ciunt, fit aliquando tremor. De quo Galenus cum in-
er accidentium differentias quædam deſignaſſet, ubi
ractat eorundem cauſas, iterum verba facit. At A-
oali, quod equidem meminerim, nuſquam. Hic verò
noſter ad illam turpiculam ſententiam fœdiorem ap-
poſuit rationẽ. Quoniam, inquit, aër in partium in- «
ſt raritate. Quin hæc erat cauſa terræmotũ efficiens. «
At ventus aëris moti affectio eſt. Is, qui ſupra terram
xiſtit, flatus dicitur. Ab eo, qui ſubtus terram agita-
ur, terræ tremorem fieri contingit. Ab eo, qui in nu-
ibus confligit, eveniunt ipſa tonitrua, ſicuti diceba-
ur. Hîc Minutius cùm ſe velle aliquid oſtendiſſet, con-
icuit Bajulius. Tum ille, Etſi, inquit, meritò vos a-
no de iſto animo, cùm Galeni ſitis tã impensè ſtudioſi:
amen non committam, ut quantum vos ei debere
rofitemini propter ſingularem ejus diligentiam in
ontemplatione veritatis: tantum ego me comparem
d eandem veritatem apud ipſum veſtigandam. Neq;
piguit unquam me juriſprudentiam cum philoſophia

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 362 sur 521

primordiis coaptare. Cujus cùm partes habeantur tres: quæ animum colat ad beatitudinem, tum in cognitione positam, tum in actionibus constitutam: quæ corporis curet statum, atq; habitudinem: quæ fortunarum ineat, habeatq; rationem: unde Logices, Moralis, Medicinæ, œconomiæ deductæ sunt leges: non putavi libero nobiliq; homini solis Scævolæ Papinianive responsis acquiescendum: sed quæ judicia darent de rebus controversis, protinus ex ipsis, unde illi duxissent fontibus, haurienda. Quocirca non parum me apud Aristotelem exercui: quantumq; operæ posuerim in cognoscendis Galeni placitis, nunquam profectò pœnitebit. Ergo quod in libro de Tremore scripsit, hîc inter vos discutiendum censeo. Duo sunt, quæ mihi minus placent. Alterum, cùm dicit: non fieri tremorem, nisi cum quis sese movere vult. Alterum, quod ait: tremorem non esse nervorum affectum, sed activæ potestatis. Primum patiebatur objectionem à capitis tremore. Nam tametsi nolo movere, tremit tamen. Haud est, inquit, ita. Nam & aves ubi pendent in aëre, nec videntur alas movere, movent tamen. Non apparet tamen motus. Quod moveant, ex eo manifestũ est: quia si avis mortua in eodem aëre statuatur, decidet. Hoc fit: quoniam hæc non movet se, illa se movet. Hoc exemplo confudit Galenus id, quod est sistere, cũ eo, quod est movere. Non negamus in utroq; conatum potestatis naturalis: sed in volente movere, motum agnoscimus: in eo qui non vult movere, motus prohibitionem. Tam tremit ergo moveri nolens, quàm movere volens. Ita capitis

capitis pondus mutat locum invita virtute. Non enim tunc movere vult, sed neq; movere, neq; moveri. Nam quod putat hanc (necessariò fingam) stitionẽ esse motũ, fallitur. Motus enim est mutatio loci: at sistendi conatus neutiquã ad motum tendit, sed ad motus prohibitionẽ, quam à sistendo stitionem dicebã, sicut à stando stationem. Avis autẽ vivens nõ cadit, quia motitat aliquantum: esto. Statim enim, atq; sese delabi sentit, colligit aërem. Non tamen semper id facit, ut moveat: neq; tamen tũ cadit, quia sistit, ac tendit nervos. Quare hoc quoq; verbo Ligures aucupes utuntur, ad ejusmodi quietis designationem. Neq; verò melius, quod ab Hippocrate deducit argumentum. Prohibet, inquit, Hippocrates eum, qui crus habeat ulceratũ, vel stare, vel etiã sedere. Hinc igitur tam in statu, quàm in sessione, quæ vulgo quietis judicantur, colligemus esse motionem. Utinam tantus vir hæc silentio præteriisset. Jam tum primum constat in utroq; membri devexitatem excipere posse facilè defluxiones. Id quod ne contingeret ægroto, decubitum ab optimo sene præscriptum. Pendula nanq; crura multũ arcessant humoris è proclivi. Tantò magis stanti. Nempe laborant musculi, dum vetant, rursum prorsum fieri motationem: idq; non movendo, sed motũ prohibendo: quando motus loci mutatio est: hîc loci servatio est. Alterum, quod indicabamus, jam nunc dicam. Carpit Herophilum, qui dixerit, tremorẽ esse affectum nervosæ substantiæ. Haud hujus esse, sed motricis facultatis. Et in epilogo sis. Palpitationes, convulsiones, paralyses esse instrumentos

mentorum nocumenta: at tremorem affectum imbecillæ facultatis. At enimvero si tremor motus est; motus corporis affectus: tremor erit corporis affectus. Facultas movens non est corpus: non ergo moventis facultatis affectus tremor est. Nihilo magis quàm terræmotus est affectus gravitatis, quæ in terra est. Non enim gravitas quatitur, sed terræ substantia corporea. Ita, quemadmodum suprà stitionem cum motione cõfudit, hîc eodem modo causam cum morbo. Imbecillitas enim est potestatis affectus: ea est causa tremoris, qui est affectus nervosæ partis. Sic paralysis, convulsio, palpitatio, sunt partium affectus, quorum causæ sunt facultatum debilitates. Postremò cum definit morbũ, affectum qui primus impedit membri functionẽ, atq; iccirco læsionem ejus: hic statuit morbum facultatis læsionem. Omnino vel altero in loco falsus, vel utroq; Nanq; in febre fit potius virtutis læsio quàm membrorum: calor enim non naturalis obruit naturalem, atq; avertit ab officiis propriis. In tremore verò quid? Non enim tremor officit viribus, sed frigus, puta, aut venenum, aut humor, aut aliud tale quippiam. Tremor autem est aut morbus, aut accidens. Hæc si minus probabuntur vobis: at satis mihi fuerit, à Jureconsulto profecta, quæ nondum viderit ullus vestrorum factiosorum. Quare cedo quæ sequuntur. Nihilo, inquit ille, meliora. Iccirco in locis arenosis non moveri terram. Cæterùm alia ratione causa deducenda est. Quippe iis in locis multum inest aëris. Sed iccirco non fit, quia partes obsidentes aërem mutuis inter se cedunt obsequiis,

quius, neq; contranituntur. Non enim continuum corpus est. Sed & illud malè: ἀλλ' ἐν τόποις μανοῖς. Imò nusquam in corporibus densis: in quæ aëris aditus nullus, unde postea cogatur erumpere. Aquæ verò tunc attribuit, cùm dicit: ὁποῖοί εἰσιν οἱ τῶν ὑδάτων καὶ τῶν ὀέων. Turbo potius in aqua dicatur, aut κλυδὼν. Cuiusmodi locus est ad promontorium, quod Vascones & Cantabri vocant Capberton. Tranquillo nanq; Cœlo secundum litus illud excitatur flatus quovis decumano major. Minus quoq; scitè idem attribuit aquis, & lapidibus: cùm σεῤῥὸν utrunq; dixit. Quippe nullum suppeditatur exemplum usu: nulla ratio præfertur ab etymologia. Sed origo vocis exprimit potius contrarium. Nempe παρὰ τὸ ἑστάναι τὸν ῥοῦν. Solidæ nanq; rei fluxis interest ac liquidis certos terminos constituere. Illud quoq; ab Aristotelis dignitate longè alienum est. τῇ φύσει δ' ἀέρος δ' θερμοῦ, καὶ ξηροῦ ἔνεστι τὸ ἀναβαίνειν. Quin equidem à philosophorum nullo unquam dictum reor, Aërem calidum, & siccum. De frigore, caloreq; controversantur: humidum uno ore concedunt omnes. Non præteribitur sine commendatione verbum καταχωεῖσθαι. Sic enim est, ut aëris partes dominentur, & sint potiores. Aristoteles in secundo libro de Cœlo, τὸ κωλιώτατον δ' παντὸς, quod esset in universo præstantissimum. Idem usus Demostheni. Et habemus κωλιὰν ἡμέραν. Et apud Galenum τὸ κῦρος θεραπείας. Et in quinto de locis τὸ περικάρδιον τῶν ἀκύρων ὄντων μορίων: non est membrum primarium. Atq; is, qui in animalibus negabat motum, ausus est addere, ἀλλ' ἐν ὑγροῖς

ἄλλοις πᾶσι. Neq; eo contentus, addidit, καὶ πλήσας. Exempla quoq; apposuit, ἐν ὀστρακώδεσι, καὶ ὑέλοις, λοιποῖς μετάλλοις. Nemo tamen ollam unquam v dit tremere, neq; vitrum: nisi cum intus aqua ferve ex ejus motu movetur. At idem lignum quoq; facit. agitante intus humore sese subter cortice, cum tenta eruptionẽ lacryma, nihilominus evenire par est. Se sum latet: quia nõ observatur. Quin ea musica instru menta, quæ vocant organa, tubis cassiterinis confecta si majora sint: dum fistulæ instantur illæ, non solu tremunt ipsæ, sed & saxeæ pilæ, quibus templorũ tho sustinentur. Hoc admota manu sæpenumero deprehen sum est à nobis. Tantò magis templorum turres, æne pulsatis tintinnabulis. In vitro tamen, & in fictilibu cum multi sint meatus, atq; intus concluſus aër: nun quam tamen inde tremere sunt deprehensa. Dissiliun sanè calore circunventa, cũ flatus obsessi in cavernuli attenuantur. Gelu quoq;, propterea quòd aquea natu ra vitri est. Cogitur ergo magis, quàm quantum eju natura fert. Tulit autẽ, quantum, & quoad licuit pe ignem. Ulteriora momenta pati nõ potest, quin absi stant partes. Post hæc ubi rationẽ dat egressionis aëris rectè sanè sentit. Item æquè bene, aurũ ob densitatem mergi: lignum propter aëreas partes fluitare. Dixit, συ χάκις, ut πλήσάκις. Sic in octavo de Repub. Plato το συντάκις. In nono autem etiam sesquipedale, ἑπτακο σιοπλασιάκις. Verba sequuntur, quæ me valde remo rata sunt: ὅθεν ὐ διὰ τὰ φύλλα ὐ καταδύεται τὸ καλα δύόμενον πολλάκις ξύλον, ὐδὲ διὰ τὸ ὑποκείμενον τὸ βαρύ.

βαρύ. Nónne satis erat sic? Non prohibent frondes quin lignũ summergatur, ubi non submergitur. ὅδε τὸ βαρὺ διὰ τὸ ὑποκείμενον. Addendum verbũ absq; negatione. Neq; grave mergitur, puta aurum propter τὸ ὑποκείμενον. Quod quid sit, cum haud sciã, ne labarabo quidem. Sed pro nobis Ferrerius, ut solet. Aliter, inquit ille, hic. Non propter folia fundum non petit, quod sæpè fundum petere solet lignum, nec propter gravitatem: sed quia aliud solidum est, ac densum, aliud rarũ. Profectò mirifica verba. Nam si Buxus fundum petit, citius faciet cùm viridis est, quàm siccus. Si ergo viridis ramus foliatus fluitarit, foliorum beneficio continget id necessariò. Tum quod negat, gravitate urgeri, trahíve ad fundum, quis non deputet insani verba esse? Non enim rarũ omne fluitat: sed id, in quo plus aëris est scilicet. Minus ergo grave. Hic verò noster dissimulavit τὸ ὑποκείμενον. Sic & suprà, illam aëris, quam tu meritò damnabas siccitatem, sustulit de medio. Perpulchram sanè μόχλευσιν, & haud nostrarum similem. Sed in viam redi. Etiam, sequutus Bajulius, minus probis vocibus hic usus est ad ea, quæ proponerentur. Dixit βραχὺ, breve lignum, in aquam si demittas, fluitare. Quin longum quoq; nihilo secius, & latum optimè. Imò verò quantò longius, ac latius, modò sit ejusdem spissitudinis, rectius, commodius, levius & extat, & fertur. Temperaturæ gradus idem adjuvatur à figura, sive, ut prudentius dicam, modus dimensionis: id quod est etiam in quarto de Cœlo disputatum. Ἐπιπολάζει rectè: rectius ὑπερπολάζει. Quæ deinceps adjũgit, vulgaria sunt:

usq;

usq; dum scribit, omnia folia supernatare: videlic
eorum quoq;, quorum lignum mergitur alioqui. Qu
verò dicit, Ebenum subire aquas propter densitatem
& ab Aristotele dictum est, & à nobis compertum.
verò non sit satis. Nam Spongia quandiu aëris plen
est, fluitat: cùm aëris in locum subiit aqua, mergitu
neq; tamen densa est. Itaq; Philosophus in libro de mi
storum affectibus de Ebeno scripsit hæc. Non fluitat
quia διαπέπνευκεν ὁ ἀήρ. Quo ex loco id observabis
quod ajebat: ἐκ δὲ τῆς ἐβένου τῆς μελαίνης. Quasi etian
non nigra quæpiam sit Ebeni species. Ut ne id quiden
latuerit divinum Poëtam, qui epithetum adjeceri
tanquam necessarium, cum dicebat: Sola India ni
grum fert Ebenum. Herodotus tamen ex Aethiopi
post expeditionem Cambysæ vectigales Aethiopas fa
ctos, centenas Ebeni phalangas tributi nomine Persa
rum Regibus pendere solitos. Id quod adegit viros do
ctos suspicari, Gajacum hoc jam usu Venereæ luis fa
ctum nobis populare, nihil esse aliud, quàm Ebenum
decolorem. Quæ ligna si sunt affinia potius hominum
opinione, quàm specie, meminerimus, ab autoribu
prodi, frondes Ebeni Buxo similes: Gajacinas vidimus
allatas, Commari, Laurúsve facie. De Pausaniæ hac
quoq; in historia mendaciis non est hic locus: Ebenum
radicem esse opertam sine stipite. Contrà, impostores
& phalas ad pedestres lanceas venditant è Terebin-
tho, & incoctas atramento Populnas assulas ad specu-
lorum capsulas: & ad tessellatum emblemmatis opus
roboris frustilla, quod diu sub aquis nactum fuerit ni-
gredinem

redinem commendabilem. Addit ad rationem: Pro- «
terea quòd, inquit, in ipsis est humor & calor. At hu- «
moris mos est partibus coaptari. Calor autem facit, «
t humor ad eam partem reducatur, quæ aëri commo- «
lior est ad consequendum. Utinam sic omnia dixisset. «
Nam quod fluitat, in utriusq; confinio versatur, aëris,
& aquæ: propterea quòd utriusq; certo modo parti-
eps est. Aqua igitur ab humore non abhorrebit, quē
umor in oleo est. Habebit ergo secum. Habebit autem
n superficie: quia calor eò reducit, ubi aëri commo-
lum est cum aqua conjungi. Sic enim interpretor hîc
μέον: quod est χρεὼν & opportunum. Quare quo lo-
o aër & aqua coëunt, ibidem erit corpus ex aëre &
qua constitutum. Qua lege recens ovum, non satis
ëris cum contineat, submergitur: vetustate exhau-
tum supernatat, aëre concepto intus. Iccirco intellige-
nus humidum aëreum: propterea nanq; dixit, humo-
em cum calore. Etenim aqueum humidum terreis ce-
lit partibus. Quæ causa est, ut arida natent ligna ea-
lem, quæ viridia non natarant. Pali, qui diu sub aquis
n excipulis fuere piscinarū, si evellantur, neq; extra-
antur, tamen haud emergunt. Hanc non injucun-
lam sententiam fatali lapsu verbis illis deformavit:
ἔδος δ' ὕδατος κουφίζειν πάντα. Omitto doctis atq;
accuratis viris, ἔδος, non ἦδος hîc. Dicamus illud,
Ad suam superficiem non levat aqua terram. Neq; re-
ctè sentiam: Aquam potius alia tollere, quàm seipsam
deprimere. Injecto nanq; corpore cum discedit à seipsa,
movetur loco sursum vi. Suapte natura tum seipsa re-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 370 sur 521

ſtituit in priſtinam ſedem ſuam. Neq; aërem levat a
qua in locum ſuum: eſſet enim motus aëris per acc
dens ab externa cauſa. Neq; ſi deficiat aquæ moles
niverſa, ejus in locum ſeſe demittat aër, niſi ut ne d
tur vacuum. Quin nihilo melius accipiet nos illoru
ſententia verborum, quæ ſequuntur, niſi juvet illu
Ferrerius placitis Mathematicorum, in quibus nu
cedit ætatis noſtræ. Cum enim ſuperficies nullam a
cipiant diviſionem profunditatis: in diſputationib
naturalibus de motus continuitate conſtitutum eſt
Philoſopho, neq; ex punctis ullam dimenſionem, n
ex lineis ullam latitudinem, neq; è ſuperficiebus ulla
conflari poſſe profunditatem. Quare inter aëris &
quæ ſuperficiem cum nihil intercedat: & ſuperfici
ſuperficiei nequeat copulari: neceſſe eſt Mathemati
utriuſq; unam eſſe ſuperficiem. Iccirco dicit hic: ὅ
ὀπιφάνεια ὕδατος μία ὅτι μὴ τῆς δ' ἀέρος. Sic in XX
ſectione quæſtionum, Γ e aëre, & aqua ſic ſcribitu
τὸ ἔσχατον αὐτῶν ἅμα. τὸ δ' ὄπισθεν ἑκατέρου οὐχ ἕτ
ερον. In quarto de Cœlo eadem & verba, & ſententi
Hæc tamen facilius dicuntur, quàm intelliguntur.
iis enim multas patimur difficultates. Nam ſi τὰ ἄκρ
ſunt ἅμα, τὰ ὄπισθεν ſunt τὰ ἄκρα: ergo τὰ ὄπισθεν
ſunt ἅμα. Si ſuperficies ſunt ſimul, quæ ſunt ſimi
non ſunt unum: non erunt unum duæ ſuperficies.
hæc, ſuperficies corporis terminus eſt. Quorumcun
corporum una eſt ſuperficies, unum corpus ſunt illi
nimirum corporis unius partes. Hæc enim eſt ſubtil
ſima continui definitio: cujus partium omnium to
ma

mini sunt communes. Nec absunt ab hac Aristotelicæ descriptiones: quarum una est è primo de Cœlo: τὸ συνεχὲς τὸ διαιρετὸν εἰς ἀεὶ διαιρετά. Ergo si una est aëris & aquæ superficies, aqua in aërem erit διαιρετή. Nam quemadmodum momentum, quod instans vocant, non est pars, atq; ita quod citra est, nō distinguitur per punctū ab eo, quod est ultra, sic non distinguetur per superficiem corpus aeris ab aquæ corpore. Erit igitur continuum. Quod manifestū est in quinto Physicorum: ὅταν τὸ αὐτὸ γένηται, καὶ ἓν τὸ ἑκατέρου πέρας οἷς ἅπτονται. At ἁπτόμενα sunt, quæ sunt ἅμα. Utriusq; enim vocis origo eadem. At aliud est συνεχὲς, ut in sexto: συνεχῆ ὧν τὰ ἔσχατα ἕν. Quod clarius in quinto Metaphysices, & declarat, & disjungit ab iis quæ sunt ἅμα. καθ' αὑτὰ συνεχῆ, ὅσα μὴ ἁφῇ ἕν. At in quinto Physicorum, ἁπτόμενα ὧν τὰ ἄκρα ἅμα. Postremo si est aeris & aquæ superficies una, aere moto, mutari necesse est superficiem simul: at ne moveatur aqua: aut adverso moveatur motu: idem erit motus in aere, & non motus in aqua, aut adversus motus. Quæ sunt & absurda, & incredibilia. Perspicua magis erit objectio, si ad cœlestes orbes referantur. Iisdem nimirum legibus Jovis superficies una futura sit cum superficie Saturni. Ad illud diverticulum fugiendum: Mathematicè unum esse, quia nihil corporis intercedit: Physicè non esse, quia diversis sub formis consistent. Ita videtis διὰ δ' ἀπύρου λαμπῆρος ὃν ἀχλύδι σκοτεινῇ τὸ φῶς ζητεμένους ἡμᾶς μάτην. Græcè dixi: quo nostras indicarem miserias in quæstione Veritatis: dedecus

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 372 sur 521

celarem τῆς ἀποτυχίας. Sed ad rem. Ab aëre fieri dici
hoc, ut fluitent: non autem à ligni materia. Hoc erg
fuerit, illud ὑποκείμενον: de quo suprà quærebamu
„ Quapropter alterius affert exemplum materiæ. Ide
„ quidam lapides fluitant, inquit, quia vacuum, quo
„ in ipsis est, exuperat partium quantitatem. Intelli
gendum hic vacuum, quod opponitur denso, non au
tem pleno contrarium. Abutitur scilicet voce ha
„ Itaq; coactus fuit addere: Locum aëris esse majorem
„ quàm terreæ locum molis. Declarat igitur, τὸ κενὸ
aëris esse locum. Cæterùm haud satis est, esse majorem
quin longè majorem oportet esse. Parvum siquidem
terreum corpus in maximum corpus aëreum diffun
ditur. Quod est in secundo de generatione. Et in secun
do Meteoron dicebatur: plus occupare loci rarũ, quàm
„ idem densum. Quare, inquit, rupis cotísve levioris fr
„ stum in aquam si demittas, ejus extabit dimidium
„ alterum dimidium subibit aquam: propterea quòd
„ plus habet aeris, quàm lapidis. Plus in mole, inquam
scilicet quanta sit satis ad æquandam levitatem sua
cum lapidea gravitate: non autem in vi. Sic enim pl
extaret, quàm dimidio. Quo in loco possem alia quoq
si audeam, attingere. At vereor ne occurrendo totie
offendam. Tanto, inquit Minutius, tibi frequenti
atq; audacius accurandum est: ne sis animo semp
impedito. Non enim te potes ex hisce turbis sine turb
expedire. Age age quicquid id est, esto jam. De memo
rabili, inquit ille, æqualitate: quæ tam inæqualit
tractavit disputatores potius, quàm ab illis tract
est

est: ut integrum librum Gentilis ingesserit suis commentariis. Non meliore consilio, quàm qui tot tantaq; de tribus doctrinis consarcinarunt. Optimi quidem viri illi, atq; doctissimi, sed immodici, atq; ut ita dicam, intempesti. Quod igitur isti dicunt æquale ad pondus: id nequit inter philosophos vel recipi, vel admitti. Ignis enim pondus habet nullum. Reliquum est, ut sit æquale, aut respectu ad mensuram, aut ad vim, aut ad proportionem. Ac mensura quidem æqualis, inter ignem & terram constare nequeat in corpore vivente. Si verò vis æqualis omnium sit: tum verò corpus illud nullam unquam in partem naturaliter moveatur. Ultimus modus est, quem Galenus περὶ τῆς δικαιοσύνης referebat. Ut quia latitudo sanitatis, exempli gratia, certis continetur, ut ita dicam, spatiis elementorum: quæ portio accedet ad punctum intimum, ea sit circunscripta ratione hujus æqualitatis. Si vivens homo constitui potest tribus terræ partibus, cum terræ plurimum habet: & duabus ac semisse, cùm multum: & ex duabus, cùm satis: hunc ad illam mediocritatem recensebimus. Cui mistioni non est necessaria æqua ignis natura: sed si duas ignis partes, qui obtinet, plurimum habet: qui unam, & semissem, multum: qui semissem, satis: hic semisis ignis duobus illis terræ assibus æquale fuerit. His dictis, cùm oculos, ut ad reliqua pergeret, in librum conjecisset: hæc, inquit Minutius, ut indicta silentio præterires? Malim ista quidem, ad quæ te jam paras, ignorare. Nihil unquam accuratius audivi. Igitur ad alia. ῥᾳχίαν, in-

quit, pro coticula posuit. Pollux in primo, pro litore, aut scopulo. Plutarchus in commentario, εἰ πρεσβυτέρῳ. πολιτικὸν, pro strepitu: μὴ ῥαχίαν ποιοῦντες ἐν δήμῳ, καὶ ψόφον. A scopulorum, arbitror, allisione fremitum expressit. Habetis & apud Sophoclem. Ut in transcursu nostrum hunc sermonem faciamus hilariorem Virgiliana eruditione. Ille nanq; cum esset omnium bonarum literarum plenissima bibliotheca, referfit opus suum divinum illud variis atq; reconditis literaturis: Cæterùm tanta dexteritate, atq; pudore, ut ea vix attigisse videatur. Itaq; de scopulis dixit: Dorsum immane mari summo. Græci enim ῥάχιν dorsum vocant, ῥάχιαν saxum, quod extat è mari. Sic est apud Strabonem, Thucydidem, alios. Deformavit autem sententiam obscuritate orationis. διὰ τοῦτο, inquit, πάντα τὰ δένδρα βαρύτερά εἰσι τῶν τοιούτων λίθων. At qui lapis? Nam quantum in ipso est, verúmne sit hoc, sanè nescias. ῥαχίας enim non significat pumicem, de quo hic intelligat hæc dici necessariò. Docet autem nos Plinius Thyræum lapidem natare, fluitareq; grandem: comminutum mergi. Quam causam subticet, hæc à nobis esto. Aeris in eo multum contineri, nō in minimis partibus, ut in lignis solet, sed inter majusculas. Quibus dissitis, simul cum abeuntis aeris levitate, natandi beneficium amittat. Sic peluis ænea fluitat integra: concisæ pars longè levior mergitur tamen. Ratio est: quòd aer, qui ejus in sinu est, tam repentè nequit separari, quàm citò pondus deprimere possit. Perstat igitur. Si foramine subire possit aqua, tum decedet aer:

let aer: quia paulatim res eageri queat. Itaq; minus rectè Plinius eodem loco prodit: inania vasa non facilius, quàm plena ex aquis extrahi. Quin illa ipsa inania nullius egent penitus extractionis: sed multa vi vix depressa sponte resiliunt adeò, ut etiam deligata secum sustollant onera. Ita nos sustinebant natare discentes pueros cucurbitæ: quod munus explebat antiquis cortex. Quæ verò scribuntur hîc de lapidum generatione, minimè pertinent ad hunc locum. Sed universalis consideratio tractationis interest, quæ mistorum affectus designat. Privatim verò spectat ad librum de terris, glebis, lapidibus, lapillis, gemmis. Nam metalla gemmarúmne subsequantur, an antegrediantur generationem, parum est diligenter à philosophis observatum. In Timæo, de lapidibus Plato: certo commentario Theophrastus. Plinius non bono consilio diversis hæc maximè locis tractat. In secundo lapidum naturam exequutus, in ultimo gemmarum lapillorumq; texit historiam. Eadem tamen & natura, & generatio: materia sub alia forma speciei. In iis enim maxima ex parte aquea, & aerea lux. Nihilo consultiore opera, cum à simplicibus corporibus inchoatum opus deduxit, post terrarum descriptionem, statim ad rem maximè compositam: hominem dico. Inde narrationem illico demisit in res minus compositas: verùm everso ordine. Marmora enim gemmis prætulit. At sunt hæ compositiores, atq; operosiores. Ad propositum redeamus. Gignuntur, inquit, ἐκ τῆς συγκρούσεως τῶν ὑδάτων. Ex aquarum mutua offensione: quasi sit hoc

 efficiens,

efficiens, & ὑφή. Materia verò ſpuma. Spuma nan
ex colliſione. Rareſcit igitur aqua primùm: Sic aëre
natura pinguior ac viſcidior diutius conſtat: quoa
calore quopiam, marisve ſalſugine denſeſcat, ad lacti
ut hic inquit, modum. Tum collecto ex attritione ſa
bulo fiat lapis. Prudenter addit, τῷ ὀπιμήκει χρόν
Multæ nanq; multipliciſq; interpolationis eget aqua
ut lapideſcat. Ad aquas calidas parieti adhæreſcente
cruſtas legimus ex aſpergine. Nec aliis naturæ legibu
ἁλοσάχνη, & Halcyonium. De Adarce alibi dictun
eſt. Echini marini medullam miratus ſum: lapide
erat, ſed ejuſmodi, ut nemo, qui unquam vidiſſet Echi
num verum, dubitaret olim vixiſſe illam. Hujuſmod
miracula multa Plinius recenſet, ſcribitq; intra arbo
rem lapidem inventum. Etſi non tam intus confor
mari, quàm intro immitti potuit integer: circũ quem
obductæ partes arboris coaleſcere quiverint. Quemad
modum de quibuſdam ſpoliis videtur ſcribere Theo
phraſtus. In mare autem bonus hic vir ingreſſus, ſi non
exit ad plantas, in elementi feritatem potius transfe
ratur culpa. Otiosè tamen admodum ſcrutatur are
» nas, quarum enarret generationem. Terræ, inquit,
» pars quædam dulcis non eſt. Igitur intra illam par
» tem recepta ſi reſtiterit aqua, non poteſt ab aere alte
» rari. Propterea quòd illæ partes in terra nõ ſunt: quip
» pe ſalſæ. Ergo concalefactæ tam illæ, quàm aqua luti
» genus efficiunt nativum. Cujuſmodi dulcibus in aquis
» gigni nequit: iccirco quia in iis non dominatur terræ
» ſiccitas. Quare vel mutat illam aqua in ſuam ſpeciem,

vel

pel propemodum hoc efficit: atq; utrunq; alteratur. «
ndurat ergo terræ duritia, propter vim ſuam compin- «
endi: & aquæ dividit ita ſubſidentiam, ut è limo «
fiant particulæ puſillæ. Ac propterea quæ prope eſt ma- «
re terra, fit arenoſa. Auditis hominem, qui medio in «
mari nihil habeat ſalis, unde condiat orationẽ ſuam.
Miram verò audaciam, Negare dulcibus in locis are-
nam reperiri. An verò fluvios nullos ejus terræ, cujus
iſte ſit civis, arenas alluere? Tam miſerè, ne dicam væ-
corditer, immemor ſui: mox ut in campis irriguis a-
quæ dulci ſcribat arenam generari. Multis in æſtuariis
ad fundum arena nulla eſt, ſed limus: reliquiæ ſcilicet
maritimarum quiſquiliarum, quæ ibi relabente reſti-
tarunt æſtu: unde græca vox λείμμα. Subtus verò
quantumquantum, totum id arena eſt. At interiores
ac ſubteriores venæ minus ſalſæ: ut omittam, quod
vulgò canunt nautæ: maris fundum dulcibus aquis eſ-
ſe mitiorem. Et accedit propius ad opinionem philoſo-
phorum. Nam ſi ſalſugo contingit aquæ propter Solis
vim: igitur quæ aqua maximè ſemota fuerit ab ea vi,
maximè videtur ab ipſa diſtare ſalſugine. Plinius ta-
men ab hac ſententia diſceſſit in ſecundo, non ſine ad-
miratione ſuorum popularium: quandoquidem in 23.
ſectione propoſitarum quæſtionum verba ſunt, quæ
pro nobis adverſus illum faciunt. Arena verò terræ ſpe-
cies eſt, ſicut & ſabulum, & calculi, & lapides vola-
res, quos à glarea nominant alicubi glareones Itali:
qua ex materia montes integros conſtare conſtat, non
à mari genitos, ut hic ait, ſed à natura conditos cum

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 378 sur 521

mari simul. Arenam quadraginta amplius ulnas ef
fossam vidimus propter litus: ubi turrim pro port
fundandam redemerat Architectus. Eam reor equi
dem nulli unquam antea mari cognitam. Nam quo
ait, in minutas solvi partes: vix credibile est à natur
fieri: ut quæ ad Cantabros est, ullis olim sæculis detri
tior sit futura. Partes item illæ terræ, quem habean
suæ salsitatis autorem, contemplandum. Non enim
terra salsedo, tanquam accidens à substantia. Frigid
terra: calida salsedo, calorem habens suæ principium
generationis. Attendite & id: σκληρώσα ἢ σκληρό
της τῇ δωσάμει τῆς συμπήξεως. Nam suprà quoq; τω
σύμπηξιν attribuit aquæ: & hic terræ, non aquæ. E
agendi potestatem assignat terræ: quæ tamen omnin
passiva est. Nam neq; frigore hoc, neq; siccitate agi
quicquam. Denig; duritia nihil posse durum fieri, nis
per admistionẽ: nemo nescit. Non igitur erit τῇ δωσά
μει. Cavebo verò mihi ab illo dicendi modo: ἅπασα
γῆ ἁλυκή ἐστι γλυκεῖα. Sic enim dulcis esset nulla. Quo
verò dixit, πηλὸν ἔμφυτον: sumptum id est è primor
diis philosophiæ. Quoniam limus in potentia fuit illiu
naturæ: Quasi dixerit, genuinum. Sic Aristoteles ven
tos vocat ἐνδιαγενεῖς, qui suis è natalibus recta spirant
Indigenam vocaverim Latinè. Ita corrigendus codex
est, ut addatur negatio: ὅτι ἡ χυειώδει ἐν τούτοις ἡ ξηρό
της. Scilicet in dulcibus aquis desit siccitas. Alioqu
contradicat ipse sibi. Nisi cum tuo duce Ferreri diver
sam insistis viam. Imò te, inquit ille, quod minimè re
ris, ænigmate verberabo. Nam neq; tecum sentit hic
neq

neq; adversatur tibi. Quî fieri potest? ait Bajulius.
Atqui factum, inquit ille. Nam neq; addidit negatio-
nem: & τοῦτοις interpretatus est, illis: non autem,
is: novo errore corrigens errorem. Profectò, ut huic
assentiar Scaligero: versionis onus pistrinarium est.
ad molam enim alligati vertimur in gyrum æquè, atq;
vertimus: Tu verò, ubi voles. Appendit, inquit ille, «
huic impostura auctarium de nihilo meliore merce. «
Idem nanq; contingere campis apertis Soli, atq; uligi- «
nosis. Arescunt enim partes eorum Solis vi, dulci ni- «
trum exusto succo: quo fiat, ut sabulum generetur. «
Id esse maximo argumento. Quia si quis profundius «
fodiat, nativus inveniatur limus. Esse verò hunc are- «
næ radicem. Non enim arenam fieri, nisi per accidens. «
Atq; hæc quàm vera? Est in Galliæ parte regio, quam «
nunc vocat Beausam vulgus. Ibi arbor nulla. Omnia
sub imperio Solis sunt. Uligo lætissima: uber glebæ fe-
licissimum: arenarũ nihil. In Aquitaniæ tractu, quas
Landas appellant, Ericis, Genistis, Paliuris, aliisq; fruti-
cillis ejusmodi tota facies operta est: quominus Solis
radios apertos experiatur. Nihil ibi præter arenas et-
iam profundissimas. Contrà, permultis locis sub arvo
pinguissimo subsunt arenæ: subter eas saxei scopuli.
Neq; magis verum est, arenã per accidens fieri, quàm
lapillos. Forma enim sua est, qua sit arena, non pul-
vis, non lapis, non aliud terræ genus. Si per accidens
existeret, aliquando coiret, vel aqua, vel igni. Neu-
tro fit. Adhæc, in aqua putrescit nunquam. Plato in
Timæo de arena & saburra nihil: de generibus aliis
terræ

terræ concretæ multa. Etiam videre est, quàm diligen
fuerit Theophrastus: nisi vitij culpam sustineat inju
ria temporis: unde facta est tam præclari comment
rij mutilatio. Ita digerit Plato. Saxum, fictile, lapi
lapidis species fusilis, ex quo vitrum. Generatione
verò deducit ab aqua concreta, συμπαγὲν, inquit, ὕδ
μετέβαλλεν εἰς ἀέρ@ ἰδέαν. καὶ πλησίον ἔωσεν ἀέρα. ὁ
ἂν ἡ βαρὺς, ὠθεὶς ἢ περιχυθεὶς τῷ γῆς ὄγκῳ σφόδ
ἔθλιψε, ξυνέωσέ τε αὐτὸν εἰς ἕδρας, ὅθεν ἂν εἴη ὁ νέ
ἀήρ. Et concludit: συνωθεῖσα δὲ ὑπὸ ἀέρ@ ἀλύτο
ὕδατι γῆ γίνεται πέτρα. Deinde dividit in species. A
rem verò commiscet ad splendorem. Tantum abest, ñ
per humidi consumptionem factum dicat lapidem, i
ejus materiam constituat humorem. Sic etiam Emp
docles. Lapidem ferventium aquarum vi concrescer
id quod & Aristoteles recitat in 24. sectione. Et in 2
jam dixerat arenam esse saxum pusillas in partes fr
stillatim comminutum fluviorum agitatione, mari
ve salo. Sic in hoc ob æstum, in illis ob cursum, arena
fieri: in lacubus immobilibus nullam. Iste vult per lin
concretionem: ille contrà, per dissipationem. Aegyp
alluvione factam vult Herodotus: quia superiorib
locis arena sit. At enimvero multis in partibus aren
visitur, nullius aquæ vel argumento, vel vestigio, v
suspicione. Quare neq; limus pro materia, neq; pro e
ficiente posit humor assignari. Neq; verisimilius es
ex majoribus lapidibus minores factos per dissoluti
nem, quàm ex minutis majores per concretionem. L
eus est in ea, quam dicebã, Aquitaniæ parte, Lanaru
nomin

omine, Cohortes vocant, ſub prætura Vaſſatenſi. Ejus oci lapicidinæ ferunt ſaxa, quorum in cavernulis adareſcunt Mytuli, Buccini, Cochleæ, non alia conſtanes materia, quàm cujus eſt earum matrix: adeò verò equentes, ut pleræq; directiones earum occurſu depraentur in ædificiis. Ibi qui putet Oceanum reſtagnaſe, vix univerſos Aremoricos à diluvio vindicare poſſe ideatur. Hoc ideo dico: quia ſi marinæ ſpecies extra nare generantur ſaxeæ: nihilo ſecius arenas procul ab llo concreari poſſe fateamur. Nam quemadmodum licebamus, integri montes arenarum ſunt in Vaſconia paſſim: quos ſi tandiu texit mare, quoad ſabulum igneretur: neceſſe fuit, univerſam penè Galliam totis illis ſæculis ſub mari latuiſſe. Quod verò videre velim, quò ſeſe receperit, poſtquam hinc deceſſiſſet. Concludent igitur emunctiora judicia contra noſtrum hunc ſic pote: Fluvij arenoſi, qui non ſalſi. Arenoſa terra ſicca, humore nullo. Arena ſub pingui terra. Arena ſine limo. Ergo neq; ſalſitas autor eſt arenæ, neq; humor, neq; Sol, neq; limus. A ſale proinde petas argumentum. Ab Sole concretum in magnos grumos, ſub Sole poſitum haud unquam arenaſcere. Nota mirificam vocem. Εἰσί τε μεμακρυσμένα ἀπὸ ὕδατος γλυκεροῦ, & mox μακρυσμός: quaſi factum ſit à natura id. μακρύνει enim autorem notat actionis, quam ſignificat. Facetè dixit, διατειβὴ τῆς κινήσεως & ἡλίου: mora motus. Ab arenæ effectore mari fertur, deinde ad effectum effectoris: ſalſuginem, inquam, cujus autorem Solem facit. Verùm laxè nimis dicit, κατὰ τὸν τεῖπον τὸν λεχθέντα.

λεχθέντα. Neq; enim sic sit salsum, quod salsum sit
sicut arenam dicebat arenā fieri. Nam salsilago crea-
tur ademptione partium dulciorum. Arena verò te-
„ tius humoris. Feratur tamen intra τῶν ἀκειβολογίαν
„ Tum astruit multum ineptiarum. Propterea quòd
„ ambiat aqua terram: iccirco potiore prærogativa de-
„ beri aquæ nomen elementi, quàm ipsi terræ. De ratio-
ne vel puer judicet. De re ipsa nō nisi sapientibus, qui
sit statuendum, constare puto. Vel à magnitudine su-
matur argumentum, vel à censu rerum naturaliu-
compositarum. Nam quæcunq; sunt hîc apud nos, et
iam pisces ipsi plus terræ quàm aquæ habent. Nam
quod piscium recentia cadavera quædam fluitent: i-
efficit aer, qui in illorum vacuis continetur. Sicut ἐωλα
cadavera terrestrium. Ea postquam sub aquis compu-
truerunt, multo concepto aere de putredinis calore
sursum enatant. Cæterum piscis frustum in aqua in-
ditum fundum petet. Non igitur aquæ plus habet
Tanto minus, quæ seorsum creantur exortes aquei lo-
ci. A mole verò si evocemur ad hujusce rei disquisitio-
nem: ut Græcum est proverbium, secemus medium
Aquæ facies ergo, quæ comparet, terræ tractu tota fu-
sior est: etiam si demantur appendices fluviorum. At
ipsa corpora si conferantur inter se, vix, exempli gra-
tia, semuncia est aqua totius ad assem terræ. De more
suo ῥίζαν hîc appellat principium. Arabes ita loqui so-
liti sunt. Rerum principium radicem vocant. Plantæ
principium non radicem, sed venas. Et odiosa senten-
tia: ἡ ῥίζα πάντων τῶν ὑδάτων γλυκεῖα. Aqua enim
suis

ſuis primordiis inſipida. Siquidem dulcedinis opifex eſt moderatus calor. At is in aqua nullus. Omnium philoſophorum conſenſu eſt in natura frigidiſſimum. Non ergo conſtabit ex atomis aqua Democriti. Corpuſcula nanq; illa omnia figurata ad guſtus omnem ſpeciem. At inſipidum privatio eſt: non enim ſenſum afficit, ac ne tentat quidem. Erit ergo corpus ſine figura quippiã, ridiculè. Nam ex vacuo totã efficere nequeat aquam. At ſolum vacuum figura carebat. Hic autem veterum fovet ſententiam: quorum fuit princeps Thales: Aquã ſolam eſſe primum rerum elementum. A qua tantum abfuit Ariſtoteles, ut in ſecundo Meteoron ne fluminũ quidem principium conceſſerit haberi. Hinc ex propoſitis conſtruit demonſtrationem. Aqua levior eſt quàm terra: ergo aqua dulcis, quàm ſalſa. Nimirum quia ſalſa terrea eſt. Ovi confirmat exemplo jam pervulgato. Dulcem aquam ſubiturum, idem in ſalſa nataturum. Ariſtoteles in propoſitis quæſtionibus, oneratas naves extare plus in mari, quàm in fluviis. Haud plenam tamen hîc addit rationẽ. Dulcem propter partiũ tenuitatem ſuſtinere non poſſe: ſalſam propter craſſas poſſe. Mihi aliter videtur. Non propter partium tenuitatem craſſitudinémve, quicquam eſſe aptum vel ineptum ad ſuſtinendum: ſed ex earum cohæſione. Quapropter in oleo defæcatiſſimo plus extat lignum, quàm in aqua. Olei tamen partes tenuiores: aerei nanq; plurimum obtinet, aquæ multũ, terræ exempta fæce minimũ. Itaq; gutta pannis aſperſa latè ſubit, ac diffunditur: aqua nõ item. Quæ cauſa eſt, ut ſtilus duapondo

mucrone

mucrone demissus in aquam citius descendat, quà lamina decempondo eandem in aquam secundum s perficiem imposita. Scilicet separat stilus partes: lam na non separat. Sic quod aqua non sustinebit, sustin bit aquæ glacies ejusdem: non ob partium differe tiam, quandoquidem substantia est eadem, sed ob pa tium differentem posituram. Conjunctiores eni sunt. Ovi posuit exemplum: ut efficeret, quod præcip Philosophus in secundo Metaphysices: Non posse qu busdam, nisi exemplis, persuaderi. Quippe rationes e iam verissimas, si vulgares eæ non sint, ac passim rec ptæ, non admittere. Hoc genus hominum vocat ide mancipia sensuum, atq; intellectu mancos ait, in duo deviceſima sectione. Ecce verò appendicem. In ma mortuo nullum animal mergi: nihil propter siccita tem gigni. Ajunt tamen ex Aristotele Cypriis in fo nacibus Pyraustam generari, quam etiam Pyralin vo cat Plinius. Tametsi mavult Hermolaus, Pyroton. Py ralis avis apud Aristotelem. Dixit, animalia non me gi. Sic Plinius, Cameli, inquit, ac Tauri impunè flui tant. Inde fama nihil in eo mergi. Quasi de cæter nullo dum facto periculo. At Solinus certo quicquam mergi negat. An de eo Strabo quicquam scripserit nunc non memini. Genesareticum tantùm nomina De bitumine quoq; Babylonio solo. Ad hæc in eode mari nihil quicquam gigni. Ratio. ὅτι κωλύει ἡ ξηρό της ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν παντὶ, ὅσπερ ὅτι πλησίον ἐστὶ θήματος τῆς γῆς. Quæ verba non parvæ indigent consideratio nis. Nempe in ipsa terra multa oriuntur Aselli, Lum bric

rici, Talpæ. Nihil autem propius terræ naturã, quam
erra ipſa. Non igitur eſt ſiccitas in eo mari, quatenus «
iccitas eſt, ſed ſiccitas inepta ad generationem. Quæ «
iccitas ſubſcriptorem, atq; etiam collegam ſuæ habet
neptitudinis amarorem. Sed & peßimè dixit, χύμα-
Θ: quod accederet ad figuram terræ. Verùm neq; fi-
uram eſſe ullam elementis in tertio de Cœlo diſputat
riſtoteles: & in quarto, ne ad motum quidem quic-
uam facere ἁπλῶς τὸ χῦμα πρὸς τὸ κάτω, ἢ ἄνω,
μὰ δ' ὅλον: tantum abeſt, ut quicquam præſtet ad
eneration em. Tum ſi quis terræ globum ſpectet, æquè
ntelligat aliis quoq; communem elementis eſſe figu-
am illam. Proſequitur ab his rationem ſalis generan-
li, poſtquam de maris ſalſitate verba fecit: eamq; ſu-
lori comparat, atq; apponit, ut retur, cauſam. Fit, in- «
ruit, ſal in ſtagnãtibus aquis: in quibus quod erat dul- «
e, ſalſeſcit. Superat verò terræ ſalſugo (alſuginem illã. «
n illa enim remanet incluſus aer, in hac no remanet. «
Ac propterea non eſt illud terræ corpus particeps ſecun- «
lum omnem modum cuiuſpiam dulcedinis. Siquidem «
quæ genus id eſt, quod exit ex ipſa terra, ſicut ſudor. «
Quæſiverunt aliqui: Sal quare non niſi dulcis aquæ
ommiſtione fiat, cùm ſit calidum & ſiccum. At iſti
upponunt falſum. Nam & ſine dulci fit. Contentio-
is autem reſpondebimus: Aqua dulci cohæſionem
emperari. In cautibus tamen exeſis Aegeo mari, ad
Nauplium, & Epidaurium, ſcio lectum ſal à militi-
us ex aſſultu fluctuum relictis ibi, mox à Sole concre-
is aquis. Aqua verò dulcis id præſtat, ut de pinguitu-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 386 sur 521

dine ſua deponat aliquid mare. Quod enim tale eſt minus commodè concreſcit. Iccirco glacies ex aqua fi ex oleo non fit. Spiſſeſcit oleum, non glaciatur. Sic o aër. Quod & à Philoſopho edocti ſumus. Id etiam v rumne ſit, conſiderandum. Quod erat dulce ſalſeſcer Nam ſanè ex aqua ſalſa fit ſal. Neq; dulcis illa pri ſaleſcit, quàm ſalſeſcat. Adhuc dubitabo, an terræ ſa ſitas ſalis ſuperet ſalſilaginem. Non enim videtur. ctu nanq; ſal ſalſum eſt: terra verò potentia tantùm Neq; affectio terræ propria eſt ſalſitas: & ſalis propr eſt. Sed ſalem ſub terra fieri, ſicut & ſulfur, & igne quónam autore alio, quàm cœlo? Salem verò terræ ſi dorē cùm vocat: ſanè facetus eſt. Hoc idem cùm de m ri dixiſſent antiqui, riſit Philoſophus in Meteoris. Illi attentius in memoria habeamus: Terram ſine humo nunquam vel ſaleſcere vel ſalſeſcere. Quare cum Sol efficiēs: aqua materia: terra potius eſſe videbitur (pa cite auribus viri elegantiſſimi) commateria. Nam eff cientis rationem ſibi nullo modo vindicare poteſt. Pl to in Timæo ab aqua ſalſa, & terra: ut ſalſuginem aqua trahat, à terra concretionem. Nitro quoq; ob principium attribuit quoddam. Plutarchus Cervi l crymam dulcem, apri ſalſam ſcribit. Apponit cauſam frigus in Cervo, calorem in Apro. In calidis animal bus, atq; animoſis excrementa omnia calida, amar ſalſa. In 23. ſectione, ſtans aqua ſaleſcit: ex mobili ſ nullum fit. Exigit enim concretio quietem. Et ibiden Maris aquam quò plus coquitur, eò plus acquirere ſa ſedinis. At calidior eſt prope litus: ut eſt in quinto h

ſtoriarum

toriarum: ſanè ex reflexione radiorum à propinquitate ſundi. Et apriciora omnia litora concaleſcentibus facilius arenis. Quonam igitur modo litoralis aqua dulcior ibi dicitur ab eodem? Contrà nanq; videri deberet: ſi ſaleſcit à calore. Quò enim coctior, eò calidior. Reſpondeo. Motu aquam caleſieri, atq; aereſcere: dulceſcere igitur. Spumeſcit enim. Non ergo parum concipit aëris. Plutarchus, alios humores agitatos frigeſcere: mare incaleſcere. Fortaſſe. Nempe omnis aqua calorem concipit agitatione: aëris enim haurit multum. Ex æſtivis extractam puteis cum jumentis potui damus: ne frigore ſuo noceat, aut torminibus, aut angina, vexatam prius baculo exhibemus. Hæc cùm dixiſſet, reſpirabat. Percontanti Minutio quid eſſet negoti: Vota, inquit, ſolvamus Neptuno, ut ait ille, ſalſipotenti. Jam verò tandem vix enavimus: ac terram attigimus, in qua ſtirpes intermiſſas reſalutemus: atq; utinam melioribus auſpiciis. Nam quaſi rem arcanam ex Jacchi, ut ajunt, vanno myſtica notandum monet. Quocirca novum hinc inchoare caput licet.

Scire, inquit, debemus, plantas eſſe non ex ſimplici materia, ſed compoſitas. Quaſi verò hic ſit locus. Nam per initia libri hujus poſuit jam δυνάμεις illas. Et in libro de miſtorum affectibus, jam illa verba ſuut: αὐτὰ μὲν οὖν τοῖς τε φυτοῖς ὑπάρχουσι, καὶ ζώοις: Loquitur de qualitatibus: at qualitates in elementis. Ibi quoq; in ejuſdem libri extremo, ad animalium atq; plantarum hiſtoriam tranſiturus ait, hæc ex condiſſimilibus eſſe compoſita partibus. At nullum ſimplex

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 388 sur 521

corpus constare posse partibus inter se dissimilibus, i
secundo libro de Cœlo jam declaratum fuit. Jam est
secundo de generatione, quod suprà dicebamus, c
quatuor omnia constare. Prioris sententiæ verba m
mini: ὁμοίως τὰ ὁμοιομερῆ θεωρητέον, καὶ τέλος τὰ ἐ
τούτων συνεστῶτα, οἷον ἄνθρωπον, φυτὸν, καὶ τ' ἄλλα τ
τοιαῦτα. Alterius hæc: ἅπαντα δὲ τὰ μικτὰ σώματα
ὅσα περὶ τὸν μέσον τόπον ἐστὶν, ἐξ ἁπάντων σύγκει
ται τῶν ἁπλῶν. Illud durum: αἱ βοτάναι, καὶ τὰ εἴδη
Herbæ, & species. Adjungit porrò haud satis commo
dam comparationem. Sunt, inquit, compositæ plan
tæ, sicut salsedo ex aqua maris, & arenarum substan
tia. Esset igitur circulus in natura. Sic efficiens caus
suum haberet effectum pro causa efficiente: aut form
formatum à seipsa pro forma sua: aut materia mate
riatum pro materia. Nam si, quemadmodum supr
dicebat, ex aqua maris sit arena: propterea quòd aqua
salsa est: & ex arena sit salsugo: profectò ἔσται κύκλος
ἀποδεικνῦσαι. Quod tamen esse ἀδύνατον in resoluto-
riis declaratum est. Præterea non est ex aqua & terra
composita salsugo: nam quæ, quota salsuginis pars a-
qua est? Nusquam substantia pars est accidentis. Ete-
nim pars & totum sunt ejusdem prædicamenti. Alio-
qui non esset unum per se. Mirifica deinde verba fun-
dit, cum vult causam reddere, quare planta composi-
ta sit. Exhalationes, inquit, ubi concreverunt, possunt
comprehendere causam, qua fit, ut sint plantæ. Jam
illud excussum oportuit, quomodo concrescat. Non
enim à seipsa hoc obtinebit exhalatio, sed à calore gi-
gnitivo.

nitivo. Cujuſmodi motum Democritus appellabat
ων: ut Philoſophus in quarto de Cœlo ſcriptum reli-
uit. Verbum quoq; συμπεριλαβεῖν, Ariſtotelicũ ſanè,
gnificat agendi poteſtatem. Itaq; dixit, δωάντω.
æterùm exhalatio, quæ ſit materia, neutiquam po-
rit formam comprehendere, qua fiat planta. Quin
otius comprehendi. Occupatur enim, atq; vindicatur
b alterius formæ prehenſione. Quippe affectam ma-
riam paratis qualitatibus forma facit eſſe ſecum
oc, aut hoc. Quid autem ſit illud, quo afficiat (hoc ſa-
è eſt συμπαγῶσι) magna fuit controverſia. Hac
uoq; propoſitione videmus non probari, quod inten-
ebat, quatuor ex elementis eſſe plantam compoſi-
am. Nempe ἀναδυμίασις ſuapte natura poteſt unico
antùm elemento conſtare. Quæ verò ſequuntur ver-
a, ſunt ſanè quàm incommoda. Decidit, inquit, aër "
nde, atq; irrorat locum. Atq; ex eo ſeminum prove- "
iunt ſpecies ex vi ſiderum. Nam quid confert aëris "
aſus ad probandum, quod exhalationes, ubi aſcendê-
e, concreſcunt? Neq; intelligo, quid ſit ἐντεῦθεν. Un-
le nanq; cadit aër? An vult, ex eo aere? Ut ſit aer ef-
iciens plantarum cauſa. Irrorare nanq; effectio eſt.
An, ex eo: id eſt congreſſio aeris, & materiæ, quæ eſt in
oco? Cadere verò voluit: opinor, ad terram ſe demit-
ere. A terra tamen abſcedit aer nunquam. Profectò
lium intelligat igitur aerem, ſcilicet ſuperiorem. At
ie ſic quidem poſſit. Aſcendit enim aer omnis, non au-
em καταπίπτει. Sanè duo ſimul hæc eſſe nequeunt,
ier, & deſcenſio: tantò minus aer, & caſus. Cadit

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 390 sur 521

enim, quod deorsum fertur natura sua, posteaquam subductum est id, quo violenter sustinebatur. Omitto
„ διὰ της ὑωάμεως: malim, διὰ τὼ ὑώαμιν. Rursus
„ verò ineptit, ubi dicit: Aquam esse plantæ materiam
„ necessariam. At, bone Deus, cuinam misto nō est aqua
necessaria? Ipsa metalla, quæ rerum omnium durissima sunt, ex aqua concreta constant. Cùm ex Galen diligenti observatione: tum ex Pragensibus fodinis i compertum est: opere intermisso, superficie per initi madore oblita, tandem Chalcitidis evasisse crustam Jam ipse suprà testam dicebat è luto constitutam: cujus luti pars haud parva esset aqua. Cur ergo ἀναγκαία ὕλη? Non enim est vel plantæ propria, vel alii mistis non necessaria. In libro de affectibus mistorum terram & aquam statuit Philosophus, quasi pro materia: aërem, & ignē, quasi pro forma. Propterea quòd illa passiva sunt, hæc activa: eaq; tanquam prævia formæ instrumenta. Theophrastus in secundo de causis quo in libro recenset aquarum differentias, è quarum vi plantarū generi maleficia beneficiáve queant proficisci, aqua frigida rigatos hortos melius proficere prodidit. Verùm aliter à nostratibus fieri meministis. Solum ocymum sub Sole calefactis aquis, atq; per panni transmissis, perenni gaudet irroratione. Cætera frigida aquè pereunt omnia, sicut & calida. Ea de causa per æstatis tempus, è puteis haustam manè permittimus sub vesperum insolari: qua rigaturi sumus in sere diei, cum deferbuit: postquam diurnum cœlum passa est, ut mitesceret, ac deponeret cruditatem. Ideo peri

Oryza.

Oryza, si propter fontes existant elices: unde frigidior exeat aqua. Prata non minus degenerant ob eandem causam. Aquilonias verò, atq; austrinas pluvias, nocturnas diurnásve reducemus ad similem rationem: ita ut citra teporem aqua sit, non frigida tamen. Urit enim quemadmodum & austrina. De his apud Theophrastum satis. Post hæc dividit aquarum genera. Non cujuscunq; modi aquam venire ad generationem. Non enim salsam, sed dulcem. Probat, Salsa gravior. Concludit inde. Iccirco pari nisu non quit ascendere cum dulci. Probatio pendet ex problematibus, & quarto libro de Cœlo. Attexit deinde corollam, quo mercis augeat commendationem. Hinc, inquit, fontes, & fluvij. Verùm periit muneris gratia per repetitionem. Ut posſimus perurbanè παραφθεῖν, δυσχεράμενοι διὰ θάνατος. Addit odiosa verba de cursu fluviorum: καὶ εἰς πολὺ διατέχουσι. Cæterùm à cauda, quæ nos pupugit, incipiamus. Quis inde fluvios fontesq; deducat, quòd aqua salsa cum dulci nequeat ad plantam subire? Contrà potius usu venit. Fontes esse debere salsos: propterea quòd hæc à plantis aqua relicta sit, attracta scilicet, atq; epota dulci. Legimus enim in historiis, aquarum scatebras extitisse repentè succisis sylvis. Neq; melius hîc dictum est, aquam ascendere, quàm suprà, aërem descendere. De salsa verò quid senserit Plutarchus, jam suprà satis. Nam quis adimat ab aquis ascensionem propter salsitatem: terræ concedat, à qua sit ipsa salsitas? Ascendere, accipio laxè nunc cũ hoc autore nostro, pro eo, quod est in superiora loca trahi.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 392 sur 521

trahi. Quis igitur arborum cacumina multa esse terra neget constitutos? eamq; terram ipsam, ab imis petitam, attractamq; radicibus. Hujus ascensionis argumentum posse capi vel à pituita, vel à sanguine, vel ab atra bili: quæ sæpenumero crassa admodum, atq; etiam salsa subeant cerebrum. Sed & sudor etiam capitis ipsius salsus est. Non enim est pura descensio in corporibus propter gravitatem, purus ascensus propter levitatem: sed utroq; attractio de ventriculo, & jecore, quæ sunt vice puncti medij. Hactenus anfractibus καὶ ματαίαις ἐκτροπαῖς studuit, quibus errationem suam ostentaret. Iis valdè vexatos nos hactenus, reficere animum induxit hac gelidissima tempestate vaporariis: è quibus exemplum petit. In cameris receptam ad fornices exhalationem in guttas concrescere, quæ postea descendant. Dixit, καταπίέζεται ὀροφῶν. Verbum vulgare sub sarcinis: verùm hîc minus aptè positum. Non potest intelligi, quomodo contignatio aut camera prematur guttis, quæ pendeant. Deorsum vergat Bautia Vasconica suffixa ferreis clavis, & gravior quidem fiat: non premetur tamen. Egressi verò tandem omnibus ex aquis, ad terras revertamur. Qua in egressione, primùm aquaticas herbas occurrere par est. Negat eas herbas augescere posse justa magnitudine, quæ salsis proveniunt locis. Addit causam. Ob humoris, inquit, siccitatem. Intelligit siccitatem potentialem. Omnis siquidem humor humidus actu est. Sed qualis hæc sit sententia, videamus. πλησμὸν appellat plenam magnitudinem. Attamen ita censeo: Suum

cujusq;

ujusq; generis esse πολυσμόν: ita ut etiam maritimis arboribus sua sit justa magnitudo. Nemo it infimias, Apuas, & Squillas, & Asillos, & Asellos, atq; alia minuta, quæ vocat Aristoteles ἔνυδρα, Gari confectores ὀφάεια, suam consequi magnitudinem, haud secus atq; Crocodilum, Pristin, Physeterem. Nam marimæ plantæ maris, uti dicebamus, fruuntur alimento: neq; in terram translatæ vivunt. Hæc ut concilientur, tandem plantã conferemus, quæ in terra, quæ in mari nascitur. Nanq; ad Oceanicum Germaniæ litus arbusculæ quædã sunt infelicibus natalibus, nõ contemnendis tamẽ: quippe saxis hærent, radice vel nulla, vel obscura adeò, vix ut sui specimen præbeat. Cæterùm contra pertinaces instent. Prason marinum, quod est sub aquis admodum prolixum, si transferatur in arvum, longè brevius futurum. Idq; adeò, ut evadat nullum: quod multò minus est, quàm esse parvum. Et Pepones in Venetis litoribus audivi grandissimos esse, atq; etiam nitidissimos, suavissimosq;. Frustra verò auferunt alendi vim, atq; crementa ipsa à salsedinis natura, si meminerint Orcarum & Balænarum. Sed & illud demus, Salso non ali plantas: at non continuo sequetur in salso non ali. Nam si non subibit, ut hic vult, aqua salsa: non oberit igitur. Deinde sic agam: In aqua salsa plus aquæ dulcis est, quàm in terra sine aqua: cujusmodi sunt hæ terræ nostræ, in quibus arbores visuntur. Paululum humoris deprehendas: aquæ non item. In salsa dulcem contineri, persuadet ratio: docet Aristoteles: exprimit experientia confessionem:

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 394 sur 521

oſtentat natura. Piſces enim dulces ſunt. Alligatis a
navigiorum latera lanis exprimitur ad bibendum
dulcis exhalatio. Quamobrem ut piſces in mari, (dul
ci nanq; ſcribit ali Philoſophus) non ex mari: ſic et
iam ſtirpes in ſalſa, non è ſalſa. Iſte verò ludit, cum a
ſicco prohiberi, ne creſcant, ſcribit. Quippe tum, ut di
xi, maxima capiunt incrementa piſces, qui ſunt alio
qui terreſtribus animalibus molliores, tum Palmarũ
quod & alibi dictum repetere cogimur, cultui ſal ad
hiberi prodidit Theophraſtus. Poſtremò ſi è quercus ci
nere fit ſal, (fit enim) haud quaquam ejus aliment
repugnare videtur, quod in ejus eſt ſubſtantia. Ex iiſ
dem aluntur, quibus conſtant animantes. Illa etiam
„ quæ ſubdit, ſunt diſpicienda. Opus, inquit, habent &
„ materia, & loco: quæ duo principia conveniunt inte
„ ſe. Exiſtimavit, arbori mare non eſſe locum idoneum
Non omni quidem arbori locus ille aptus eſt. At mari
næ arbori non ineptus, & naturalis. Repetendo cogo
ineptire, dum repetentem ineptum ſequor. Evenit er
go mihi, quod & judici. Is ut cædem expiet, cædem ju
bet. Falſus autem eſt, cùm apponit locum ſimplicite
ἐκρεᾶν. Quædam profectò plantæ uſq; adeò læduntu
hoc, ut etiam intereant. Capparis, Artemiſia tenuifo
lia, Cunilæ omnes, aliæ multæ. Perſuaſum, receptumq
eſt, Iridem cultum aſpernari, fieriq; deteriorem. A
cultus habet cum eucraſia proportionem. Neq; mon
ticolis, neq; iis, quæ aquis ſunt populares, mediocrita
ulla convenit. Non igitur aſſignandum τὸ ἐκρεᾶς pr
loco plantis, ſed ſuum cuiq;. Et eſt demonſtratio: No
omn

omnes plantæ sunt ἀκρατεῖς: non igitur opus habent locis temperatè temperatis. Et reclamat historia instituta. Nam primùm hic agnovit in aqua salsa: mox à nive: tum redibit ad salsas: inde ad alia loca, quæ sint calida: post hæc ad arenosa: ab iis eas ad plantas, quæ in aquarum visuntur superficie: porrò ad aquas calidas, loca edita, loca ima, saxosa, sicca humida. Quibus expeditis plantarum aggreditur constitutionem. Ubi videbitis, quot quoties retractet: quem ordinem non pudeat obturbare. De his igitur agamus sigillatim. Non ferè, inquit, inveniemus in nive plantam. Dicit ferè, κοινῶς. Propterea subdit: à se visas in nive plantas, sicut & vermes. Ac de vermibus quidem Philosophus quoq; prodit historiarum quinto. Assignat rationem: quid ita non gignantur in nive. Caloris, inquit, penuria. At quare gignantur, est causa crassities, atq; incluſus aër. Nix enim spumæ obtinet modum, atq; proportionem. Itaq; solutæ nives etiam lutum creant, in quo herbulas nasci translatitium est. In potestate nivis igitur herbillæ fuerant eæ, perinde atq; lutum. In secundo libro de generatione, demonstratur hæc sententia magno ambitu propositionis. ὅτι, inquit, εἰσὶν ὑπερβολαὶ ἡ πῆξις & ψυχροῦ, ἡ ζέσις & θερμοῦ. ὥστε οὐκ χρυσάλλιδ, ὥστε οὐκ πυρὸς γίγνεταί τι. Alibi tamen de ignigena volucella dictum est. Nam Salamandram vel impunè pati, vel etiam flammas extinguere, non ex illis progigni fabulantur. Olympiodorus ait in papyretis inveniri. Iccirco fasces à vitrariis excuti, ne labem fornacibus afferat. Tradit autem hic, mutilas, mancasq;

mancasq; plantas illas esse, quæ de nivibus oriuntur.
„ Quippe foliis carere: quemadmodum aliis quoq; locis
„ maletemperatis nequeunt flores edere plantæ quæ-
„ dam. Scythæ, qui tum maximè bella gerunt, cùm ma-
ximè glacie rigescit tellus, equos habent adeò sibi alie-
na tempestate consulentes, ut ungulis rumpant cru-
„ stas, atq; apertis vescantur herbis. Addit, omnes her-
„ bas, quæ in nive oriuntur, amaras esse. At neq; nix a-
mara est, neq; quod fit ex ea, lutum. Et aër, qui conti-
netur in nive, multus debuit intus dominari: solitus in
mistorum concretione dulcedinem comparare. Ac sa-
nè gelidissima nix admittere nequeat amarorem, si
ejus vel causa, vel comes perpetuus calor est: ut voluit
Galenus. Qui Opium amarum putant, huic opinioni
minus adversabuntur. Empedocles etiam, qui canit
igneam piscium naturam, delatam ad humoris domi-
cilium, quo temperarentur, non ausit huic repugnare
sententiæ. Hic subiit Minutius: quia videbare progres-
surus ad alia, nec amaroris causam dare nobis velle:
accipias, si probaris. Obsessus sub nive calor, ubi sese in
humidum tabescentis nivis insinuarit, creat aliquid,
quod sit amarum: quia decesserint amabiliores par-
tes, sicut à mari. Sic sub inclinationibus cœli clemen-
tioris acquirunt à nivibus arva fœcunditatem. Nivi-
bus operto agro, non exhalat calor genitalis. Iccirco
effœtescunt terræ continuatis sationibus: quoniam &
abit in segetem materia, & cum ea spiritus vivifica-
tores. Augentur autem magis post nivem sata, quòd
radices majora ceperunt incrementa. Ita penu fit opu-
lentius

entius in parsimonia, quo lætiores epulæ postea comparentur. Hunc ad modum his in campis vagandum est. Quòd si Georgius Valla feciſſet, non id obiiceretur ei quod commiſit in commentario quintæ Satyræ Juvenalis: ubi Squillam piſcem cum Squilla Cepacei generis confudit, ſumptis hoc ex libro verbis ad ſuæ ſententiæ confirmationem. Sed jam deduc nos ad alia loca. Faciam, inquit ille, poſteaquam tam ſtudiosè nos ex illis nivibus eduxiſti. In ſalſis, & ſiccis, inquit, haud ferè videtur planta: procul enim ſunt à bono temperamento. Sanè pertinent hæc ad ſuperiora: propterea non immorabimur. Quam addit cauſam, neq; accipio, & vix percipio. ἐλαττονεῖται, inquit, ἡ γῆ. At quemadmodum decreſcit terra, cùm à terra, & ex terra ſalſum fieri prædicarit? Siccum quoq; ad terram pertinet. Tum ſi minuitur terra: fieri videatur id, propterea quòd in plantas abeat ſolùm. Haud diſſimilia quæ ſequuntur: ἐξ ἧς μακρὸν εἶσιν ὑγρότης, καὶ θερμότης, ἅπερ εἰσὶν διὰ γλυκέος ὕδατος. Quoniam procul abeſt humiditas & caliditas, quæ per aquam dulcem comparantur. Quibus verbis nihil eſſe poteſt abſurdius. Nemo unquam dixit, aquæ beneficio parari calorem. His expeditis de ſalſæ proportione tranſilit ad plantarum generationem: declaraturus ea, quæ affici queant ab eventu, qui poſtremus omnium dulcibus terris evenire poteſt. Fit interdum, inquit, ut terra dulcis emoriatur. Itaq; minus celeriter in ea procreantur herbæ. Hoc peccat: quòd de cæteris omnibus affectibus prius erat ei dicendum, quàm de pernicie terræ.

Eſt

Est hic omnium ultimus profectò. Quippe à formæ pri-
vatione. Alij à forma ipsa: ut fertilitas, celeritas gene-
rationis, cultus facilitas, æquabilitas ad diversa pro-
gignenda, bonitatis diuturnitas. Hi affectus habitudi-
nis terræ sunt: ille privationis. At est negatione prio-
affirmatio. Scilicet simplicior, & æquiparatur enti:
negatio verò, privatioq;, non enti. Post habitudinis af-
fectus per gradus certos deventum oportuit ad interi-
tum. Inciperet igitur à substantia. Veluti cùm assidui
operibus exhauritur. ἀσάις enim partes abeunt. Deind
procederet per alia prædicamenta: qualitatem, cùm
frigescit ventis, aut arescit æstibus: quantitatem, cùm
in clivis per imbres gleba detergitur: tenuisq; crust
relinquitur radicibus defraudatis. Item à situ partiū
Quemadmodum si perpetuis densescat imbribus. Tum
ex pavita superficie nequeunt fata caput exerere: s
qua prodeunt, adolescendi potestas nulla. Non enim
cedit indurata crusta. Quamobrem cuneata stipula
strangulatur. Poëticè admodum dixit, νεκρόν. Ut e
terra mori dicatur, in qua nihil vivere valeat. Urba-
nè admodum Philosophus in primo Meteoron, non a
officium generationis, sed πρὸς τὸν διαμονὴν, καὶ τ
παρεμπίπτειν dixit, terræ partes habere ἀκμήν τε, κ
γῆρας. Quapropter ea, quæ fuerunt ἔνυδρα ξηραίνεσθ
καὶ γηράσκειν: & festivè subdit, ἕτεροι δὲ τόποι βιώσ-
κονται, καὶ ἔνυδροι γίνονται κατὰ μέρος. Itaq; de locis iti
loquens haud multo pòst utitur auspicato verbo, ὑγι-
νεῖ. Hoc enim animalium est, cum fruuntur commo-
da valetudine, quod & ὑγιαίνει dicit idem in historiis
Cæterùm

Cæterùm hic non conſtat ipſe ſibi. Quid enim ſibi
vult ὀξέως? Nam neq; celeriter, neq; tardè mortua in
terra quicquam ullum facere proceſſum poteſt. Poſt
mortem agit de vita. Dulcia loca propter humorem «
& calorem eſſe commoda. Verùm prudentius tractat «
hoc, quàm ſuprà faciebat: cùm traheret ab aquis dul- «
cibus calorem. Nunc ab aquis humorem, ab aëre calo- «
rem: aëris calorem ab Sole. Tum duo concludit: Ma- «
turari coctiones fructuum his in locis. Et, in montibus «
plurimum humoris attrahi per aeris calorem. Non eſt «
modica diſceptatio in ejuſmodi comparatione, quæ ſit
montium, & camporum, ut pernoſcatur uter ſit cali-
dior locus. Nam ſanè vel ventis, vel nivibus montes,
quàm campos, quibus in locis utriq; ſunt, & celerius,
& gravius, & diutius occupatos videmus. Id ſi præ-
tulis habeamus, ſolvetur controverſia. Montanas her-
bas montibus, planis campeſtres felicius provenire. In
alſioſis Alſinem, in opacis Bætonicam, in apricis Meon,
in aquaticis Sium, in ſabuletis Pulicariam, in parie-
tinis Capparim, in litoribus Batin, in ripis Botryn.
Habemus & parietes, & macerias, & ſaxa, & reſic-
tata loca, velut ad Xanthium. Si quis verò nectareis
Platonis condimentis aveat herbulas haſce facere
commendabiliores, poſſit. Locum quidem non eſſe
principium, ſed principiorum ſtationem. Formã verò
principium, quæ affinem nacta materiam eatenus per-
ficiat, quoad aptum ſibi atq; idoneum domicilium
ſua opera comparatum induat. Epicurus verò cùm
præficiebat rebus generandis litem, & amicitiam,
nomini-

nominibus integebat qualitates. Unde constet illius error, si præponat accidentia substantiis. Substantiis sanè contrarium nihil est. Nequit igitur inter eas esse lis. Item formæ non conveniunt ad mistiones. Una enim unius tantùm est. Ergo non est amicitia. Actiones igitur qualitatum, & frustrà, & temerè principia statuebat. Quod si quis subtilius contempletur, non ex amicitia potius, quàm è lite fieri putet generationem. Est enim generatio, non quidem nunc nostra illa momentanea præscriptis Aristotelis introductio formæ, sed antiquis recepta, atq; habita propter hanc præparatio: est inquam in hoc temporis tractu nihil aliud, quàm conflictus pugnantium, quoad unum fiant. Itaq; in Platonicis legimus mysteriis, quod & ipse docet Aristoteles: Belli finem esse justitiam: ut sibi quisq; possideat, quantum satis putet. Tum verò sequitur pax. Nihil enim præterea vel lacessit, vel lacessitur. Hunc ad modum perfecta generatione justitia consistit in misto. Ex duobus nanq; conciliatis fit in unum coitio: quemadmodum ex maris fœmellæq; semine conflatur fœtus. Ea duo non pugnant, ut alterum ab alterius injuria sese vindicet, nisi motu, agitatione, subitione: deniq; tacito consensu mutuo naturali: vult hoc perfici, vult hoc perficere: atq; ita demū quatenus inter se conveniat. Alterius generis si interveniat semen: tum verò pugna fiat ex impacabili dissidio, quo nulla sequatur generatio. Abeamus hinc alias ad terras jam, in quibus non oriantur plantæ. Inter quas, terras arenosas nominat. Causas addit:

Quòd

Quòd in ſabulo & ſalſedo inſit, & Sol haud ſatis ha- «
eat virium ad continuandum pabuli partes diſsitas, «
uas in plantam deinde transformet. Ideo vel non na- «
i herbas ibi, vel infrequentes. Natas verò non eſſe pro «
atione propriarum ſpecierum, atq; differentiarum, «
ed ex proportione tantum ſimiles. Hæc niſi veſtra le- «
itate condiantur, non bellè cedat autori. Non enim
editas à natura ſabuletis herbas accipiemus, ſed alias,
uæ proba in terra naſci conſuevere. Eas è ſabulo non
rodire, quis neſcit? Si quo caſu peregrinæ gignantur
bi, vel minus benè, vel haud ita diu poſſe frui credamus
lieno beneficio. Nihilo ſanè melius, quàm ſi Lituanus
emigret Genuam, vel tabeſcat fame, vel nunquam
enitus abeat in eorum mores. In omni verò ſabulo ſal-
uginem dominari, non niſi demens auſit dicere. Are-
arias verò herbas plus, uti jam tangebamus, triginta
neliore ſolo fieri deteriores ſcio. Inter quas partim re-
etam, partim addam, Agriorhaphanon, Pulicarias
res, Polygonon, Botryn, Artemiſiam leptophyllon,
Criſpulam, Crethmon, Eryngium, alias innumeras.
An verò verum ſit, locis mutari ſpecies, fortaſſe quærat
aliquis. Quippe ne mutatis quidem illis, eas mutari
declaravimus ex Theophraſto. Dixit autem τὰ διά-
φορα, pro eo, quod nos τὰς διαφορὰς. Ariſtoteles poſuiſ-
ſet: εἰ δ' ἐγένοντο, ἀλλ' ὃ κατὰ τὸ εἶδος: ſententia verò
ſemiplena eſt. Non enim ſit id, quia Sol continuare
partes nequeat, ut ſit ultima cauſa: ſed ultima cauſa
defectus humoris eſt. Nam ſi Sol continuat ſcapi par-
tes dodrantales: quare non addit duplum aliis ſuper

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 402 sur 521

alias continuatis? Non igitur Solis vis causa vera: sed forma fines quosdam præscribens sibi certa in materia quæ ubi desit, species confici nequeat. Nunc ad alia. Quæ in aquæ nascuntur superficie, eas herbas ex aqua concreta fieri. Radice carere: propterea quòd radix ad terram pertinet natura sua, distincta quoq; partes habeat. Ibi verò terram esse nullam. Foliis carere: quia careant æqualitatis temperamento. Intelligit eam, quam Lenticulam aquæ nominant. Interpres ἐπίπλεον transtulit. Nomen hoc hac in re hactenus ignotum mihi: quodq; cum figura minimè conveniat: & cujus vestigia sint alius plantæ nomini cognita. Postremò qua ratione sit ἐπίπλεον, si foliis careret? Quocirca scire pervelim, quid ταμίας iste tuus habeat in suo penu, Ferreri. Nihil, inquit ille. Quid nihil istud est? ait Bajulius. Quid aliud, inquit ille, quàm nihil: siquidem totum hoc omisit orationis, quæ de nomine statuit? Prudenter, inquit Bajulius. Silentio verò, dissimulationéve, diluátne potius, an augeat dubitationem? Nam in tribus diversis exemplaribus eleguntur. Videbimus igitur mox, in simili negotio an sibi futurus sit in ære suo. Nunc ad alia. Nam quòd ait folio carere: mihi quidem contrà videtur, nihil aliud quàm folium esse Lens palustris ipsa. Sed Græcorum mendacia si patiamur pro veris circunferri, quale Folium Indum est? Quantum verò est? Aiunt hoc absq; radice super aquarum superficie concrescere. At longè aliter scriptum est in Indicis navigationibus. Arbusculam esse ἀνθόκαυλον, ut alibi dicebamus ea

nus ex Theophrasto, cujus stipites flaccidi aut vieti per se stare nequeunt, ridicarum, aut aliarum beneficio surrigunt sese. Verba verò quædã superioribus contradicunt. Priore libro negabat, esse plantis partes διηρημένας. At hic. ἡ ῥίζα ἐν τοῖς μέρεσιν ἑδράζεται τῆς γῆς χυσα μέρη διηρημένα. Quod etiã plus est, quàm quod alibi dicebat διωρισμένα. Jam de illarum generatione, quæ proveniunt in terra. Qui volet capita distingere, licebit, ubi libuerit. In terræ partibus impactas esse. Earumq; partes existere tales necessariò. Leviculam sanè sententiam. Plantas, quæ terræ infixæ sunt, esse tales necessariò. Omne enim, quodcunq; est aliquid per specificam formam, tale est necessariò. τοιονδί, inquam, non ἁπλῶς τοῖον. Competit enim per se definito definitio, sine ullo medio. Unum enim sunt re ipsa, sola differunt ratione. Profectò natura est omnibus rebus naturalibus principium per se, ut hoc ipsum sint, quod sunt. Quapropter aquaticæ quoq; tales sunt necessariò. Quid sit ἀναγκαῖον, κατὰ παντὸς, καθ' ὅλου: quo conveniant, quibus inter se differant, in primo posteriorum satis declaratum est. Natura enim vis ordinaria Dei est: idq; adeò, ut Peripatetici non distinxerint τὸ εἱμαρμένον ἀπὸ τῆς φύσεως. Quomodo igitur aliter sese habeat quicquam in natura, si natura Fatum est in Lyceo. Fatum est necessitas sub illa Zenonis religiosissima porticu? Quod si natura constant omnes plantæ, necessitate quoq; constabunt tales. Tales, inquam, perpetuò: velut eæ, quæ non mutantur. Tales non perpetuò: sicut illæ, quæ mutantur, vel

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 404 sur 521

ſemine, quod patitur Triticum: vel poſt ſationem, quemadmodum de Menta dicebamus. Quippe hoc ipſum principium, quod eſt eſſe mutabilem, immutabile eſt. Ergo natura vis eſt ordinaria Dei: Fortuna verò voluntas Dei. Quibus nutibus atq; gubernaculis totus orbis & conſtat & variatur: & multa eſt in uno, & unum ad multa. Notabimus verbum συμπεπηγότα: *unde noſtra, pango, palus. Plato in octavo de Repub.* ἔγγεια *vocat* τὰ φυτὰ, τὰ δὲ ζῶα ὀπήγεια. *Quo nomine & ab Anaxagora, & à Pythagora dicta ſcribit Plutarchus in cauſis naturalibus. Melius dixiſſet* τῷ φύσιν τούτων τοιαύτῳ εἶ), *quàm* τὰ μέρη. *Nec tam placet* συμπεπωγότα, *quàm* ἐμπεπηγότα. *Ea* συμπήγνυται, *quæ mutuo contactu confixa hærent.* ἐμπήγνυται, *quod ſubit in ſolidum corpus, vi partibus diductis. Procedit deinde ad generationis modum ſic:*

„ *Hæ fiunt ex putrefactionibus in humido loco, & fu-*
„ *moſo. Nanq; putredines aërem continent. Largioribus*
„ *ergo vel imbribus, vel ventis Sol efficit ut extent. Eas*
„ *enim cogit areſcere, & concreſcere. Ac terræ quidem*
„ *ſiccitas earum radices facit: unde naſcuntur plantæ,*
„ *fungi, tubera, atq; alia talia. Fiunt omnia hæc in lo-*
„ *cis, quæ certo caloris modo prædita ſunt. Nam coquit*
„ *aquam calor in terræ partibus interioribus. Quam*
„ *terram comprehendit Sol. Excitatur hinc exhalatio,*
„ *atq; ita tranſit in alteram naturam, ſcilicet plantæ.*
„ *Simili ratione omnibus in locis maxima ex parte ſic-*
„ *cis completur plantæ perfectio. Non ſolùm mala mul-*
ta hîc, ſed etiam malè bona. Non enim plantæ omnes,

quæ

quæ in terra naſcuntur, ex materia putrefacta fiunt: ſed quæ αὐτόματα ſunt tantùm. Quanquam ne ex putrefacta quidem omnes. Aliud enim putrefieri, aliud corrumpi, ut fiat aliud. Hoc enim illius genus eſt. Non putrefit ſemen, ex quo planta fiat: putrefit mus, ut ex eo vermes generentur. De his etiam ſuprà. Temerè verò nugaces quidam, aquè hominem de limo prodire poſſe, atq; ſoricem, putarunt. Nam & impium eſt in ſacris myſteriis noſtris, & deſciſcit ab Ariſtotelica veritate. In ſecundo libro de generatione, per lineam in ſe recurrentem fieri dicit πᾶν ἐκ παντός. Eam mutationem reciprocam ſolis aſſignat elementis. Altera non recurrit, ſed recta tendit. Non enim ex homine fit limus, ex quo fieri poſſit homo. Ex vitulo concreantur apes; nunquam retrò redit in vitulum apiculæ natura. Iccirco ſic dicit ille: ἄνθρωποι δὲ καὶ ζῶα οὐκ ἀνακάμπτουσι. Duæ verò duorum modorum generandi voces δύνασις καὶ κάμψις declaratæ ſunt in libro de miſtorum affectibus. Atq; hæc hunc ad modum hactenus recepta ſunt. Vulgo tamen jactatum eſt, è Cimicibus contritis Cimices item exoriri. Quod mihi quidem non ſit veriſimile. Sed quibus primordiis illis in locis concreabantur olim ij, qui fuerunt ibi contriti, ſubnaſci alios. Ligna enim quædam, ut abiegna, & paleas habere illiuſce ſpeciei ſecum rudimenta naturalia, manifeſtum eſt. Qua natura ſuperſtite atq; incolumi permanente, non tam redintegretur in contritorum tabo, quàm nova ex veteribus principiis ſubſtituatur generatio. Ita fiet igitur, ut quæ ſint perfectio-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 406 sur 521

res plantæ, solo queant seminio prodire. Cupressum tamen in Creta insula, vel emoto solo tantùm exilire produnt. Non omnes igitur è putredine. Accuratius quoq; diceret ἐκ σεσημμένων, quàm ἐκ σήψεων. Et illa est ἀτμὶς, non καπνὸς: non enim sic Aristoteles. Quippe fumus ex aëre nullus apud illum, sed ex igni & terrea materia. Et satis durè loquitur: κατεπείγει ὁ ἥλιος ξηραίνεσθαι. Urget Sol desiccari. Imò exuggit ipse. Et ὁμωνύμως συμπήγνυσθαι. Suprà impactã esse: hic concrescere. Et quid est? ἡ ξηρότης τῆς γῆς τὰς ῥίζας αὐτῶν ποιεῖ. Nang; verbum ποιεῖ, principiorum interest: pertinetq; ad solam causam efficientem: si fidelius loquamur. Radix autem per formam est, non per siccitatem. Ad hæc, nemo dixerit, siccitate fieri corpus ullũ. Quin Aristoteles cum amoverit actionem ab humiditate, & siccitate, in libro de affectibus mistorum: & Galenus in commentario de curandi ratione per venæ sectionem, humiditatem cum calore ac frigore tanquam activã connumerasset, nõ apposuit siccitatem. Tantum abest, ut ei posßit opus attribui, quo plantæ pars instrumentaria constituatur. Sic in tertio quoq; libro de Cœlo cognoscitur pro passiva. Neq; bene discluſit à plantis fungos, cùm dixit per distributionem, φυτὰ, μύκητες. οἴδημα pro tubere scriptum est, hoc enim tumorem significat: aliis ὕδνα dicuntur. οἴδνα in codicibus Galeni scriptum à quibusdam prodit Hermolaus. Non enim semper imbribus proveniunt, à quibus ὕδνα sanè dicta sunt: hoc enim est ὗσν. In Africa nang; sine pluviis & plurima, & maxima. Eo consilio Latini Tubera. Ne

quis

quis ὕλην putet à Suibus jocosa excogitatione nominata: quorum opera pastores vestigent ipsa. Quoniámve mirificè sit eorum appetens id animal. Iccirco revinctis rostris sequuntur eos. Atq; hac de causa puto panem porcinum à quibusdam vocitari. Quanquam Cyclaminum sic appellare malint alij. De eorum natura, generibus, natalibus, non pauca Theophrastus, Plinius, Plutarchus, Athenæus. Multa omisere tamen, quæ nobis nota scripsimus alibi. Plato in quinto de Republica, Tubera, Spongiasq; esse, nec esse plantas. Itaq; ἐπαμφοτερίζειν. Videmus hic naturæ scenam. Ut plantæ sint perfectæ quædam: nonnullæ careant stipite: ramis deficiantur aliæ: fructus aliquæ non ferunt: aliis flos deest: sunt quæ florem sine fructu fundant: quibusdam neutrum: videmus aliquot nihil aliud quàm folium esse: tubera verò sunt radices meræ. Tum Minutius. In prætura mea, itemq; sub Pyrenæis minutuli nascuntur fungi, moschum halantes: unde etiam moscherons eos nominant. Nihil è terra prodire suavius arbitror. Hos vereor simul cum multis aliis ignotos fuisse priscis. Quemadmodũ id quoq; quod habeo de Tubere compertum. Allatum est è Vasconia mihi tuber cum stipite, ac folio, quod exemit suspicionem de Cyclamino. Salicinum enim fuit. Præterea dissectũ à me nullam præ se tulit faciẽ novam, nullum gustum peregrinum. Et erat cum multis aliis lectum, donoq; datum à cliente, quæ tum sunt à nobis esitata. Nec mihi quàm rarum, tam mirum fuit, qui legissem apud Theophrastum, quæ in vicesimoprimo recensentur à

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 408 sur 521

Plinio. De Arachidna diximus alibi. Anthalio quoq
Cyperi folium gerit. Caſtigandus vel Plinius, vel eju
codex eſt, ubi hæc de Arachidna: neq; ſtipitem, neq; fo
lium, neq; aliud quicquam extare ſupra terram. A
Theophraſtus ab radice primaria, quæ demittitur, ra-
diculas aliàs efferre ſeſe per ſumma ceſpitum, è quibu
exeat, quod uſui ſit in cibum. Tum Bajulius. Hæc in-
nuebat autor fortaſſe, cum dixit, καὶ τὰ ὅμοια. Mali
verò loquutus eſt: κατέχει τε ταύτῃ ὁ ἥλιος. Nam
quemadmodum terram continet Sol? ἄκυρον ſanè τὸ
κατέχει: ſicut & illud, ἀνόμοιωσις εἰς φυτόν. Tametſi τὸ
ἀνὸ ſubſtantiæ eſt: tamen ἀνόμοιωσις apud Græcos eſt
qualitatis: ſubſtantiæ verò μεταβολή. Si tamen origi-
ni verborum conſulamus, erit loci tantum μεταβολή.
Eſt enim verè jaculi, vel lapidis, vel ejuſmodi, cum ja-
citur: unde Vallum militare jaci dicitur βάλλειν. Et
in ſumma id quod Ariſtoteles & Plato ῥίψιν vocant,
ἀνόμοιωσις autem rectius de ſubſtantia: hoc enim eſt
ἀνὸ. ἑτερότης, ſive ἑτέρωσις in qualitate: ſcilicet
ἕτερος ὁ σωκεράτης ὁ γέρων ἑαυτῷ παιδὸς, ἀλλ' οὐκ ἀνὸ.
Cæterùm tyrannus uſus eſt, ſæpe bonorum extortor
» judiciorum. Poſt hæc ubi oſtendit, calidis in locis æquè
» omnibus plantam perfici, deducit orationem ſuam ad
» contrariæ qualitatis loca. In frigidis naſci, ſed contra-
» ria ratione. Aëre ſiquidem frigido calorem deorſum
» premi: ejuſq; partes cogi. Evenire propterea, locus ut
» afficiatur coctione ſimul cum humore ſibi ſocio. Igitur
humore ſuperfluo reſiccato finditur locus, atq; ex eo
plantæ prodeunt. Rectè videantur hæc dicta omnia: ſi
fiat,

fiat, quam vocat Philosophus ἀντιπερίστασιν. Accipias tamen τὸ ὅμοιον de generatione, non de modo. Non enim sunt omnia τὰ ἐναντίως κείμενα, sed est genericum ὅμοιον. Aristoteles dixisset, ἀλλὰ, non autem θερμὸν. θερμὸν, ut distinguit Galenus, pro corpore calido, non pro qualitate tantùm. Dixi ego, συμπήγνυσι, cogit, quomodo Varro putat à cogendo caseum. Perpendenda illa: καὶ ὁ τόπος ἕψησιν πάσχει μὴ τῆς παρούσης ὑγρότητος αὐτῷ. Est enim ἕψησις ὡς ἀχυρώτατα de loco. Si enim coqueretur locus, fieret hoc ipsum, quod generatur. Haud tamen spernendus sensus est. Si quidem similes oportet esse qualitates in conservante, & conservato: tametsi, quod ex Aristotelis praeceptionibus docetur, non semper: sed aliquando contrariae pro mediocris temperamenti constitutione. Etiam videndum, an τὸ ἥζεται proficiscatur ἀπὸ τοῦ ἕψεσθαι. Nam deducit affectiones hasce, quasi per ἀποδείξεως gradus. Hanc verò sententiam, de frigore circunstante, penes alios autores item inveniamus. Sic Theophrastus de causis quinto, Arborem, quae gelu passa fuerit, celerius germinare. Nos quoq; videmus uberiore proventu latas esse vineas anno postero, si priore gelascunt: idq; non sine miraculo sapientum. Quasi verò prioris anni succus servetur inelaboratus ad conjunctionem, societatemq; cognati successoris succi. Ut contrà rebus eveniat materialibus, atq; iis, quae materia carent. Illae nanq; fiunt opulentiores atq; valentiores ad operam futuram: immateriales opere non delassantur: Quin anima nostra torpescit otio: frequentio-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 410 sur 521

quentioribus officiis functionum crebritate multò vegetior evadit. Concipit enim ex divinitate sua in seipsa: parit præclaras illas soboles, quæ sunt affines cælestium operationum: itaq; decedit nihil. Explicat autem in secundo de causis, comparationem Theophrastus. Calorē per se concoquere: frigus per accidens. Meminerimus etiam Vitis genus quoddam, quod plus appetat frigoris, neq; ignotum Plinio. Regressum veri caloris super frigus vocat idem Philosophus in primo καρκίνωσιν, à Cancri flexu, reflexuq;, cùm ingreditur. Theodorus Carcinationem maluit, quàm Cancritionem. At in hoc etiam latebat itio, quæ non erat in illo. A præceptore Theophrastus accepit illam comparationem frigoris & caloris ad eandem effectionem. Est enim in libro illo de affectibus scriptum sic: λέγεται δὲ καὶ θερμαίνειν τὸ ψυχρὸν, ἐκ ὡς τὸ θερμὸν, ἀλλὰ τῷ συνάγειν, ἢ ἀντιπερίστασιν τὸ θερμόν. Prosequamur deinceps, quæ loquitur de partibus aquaticis. Atq; sicuti dicebam, qui volet, ubi volet, secet in capita: multis
» enim potest locis. In dulcibus, inquit, locis, in quibus
» fit, ut non admodum alienetur aqua, cùm aer incluſus
» terra fuerit adeptus siccitatem: & aquæ compactus
» humor: idemq; aër manserit intra aquā: tunc exeunt
» plantæ. Quemadmodum Nymphæa medicamentaria,
» speciesq; aliæ multarum herbarum, etiam minutarū:
» quæ hunc ad modum generantur. Cæterùm extensæ
» non sunt: propterea quòd earum radices aguntur in
» terræ superficie. Dixit, γλυκερρίζους, ad differentiam τῶν ἁλμυρῶν, ἐν οἷς μὴ συμβαίνει μὴ χωρίζεσθαι. Alius fortasse

asse vertisset, perennibus: perpetuis etiam transferre
ossis. Perannare verbum vetus in sacris. Aristotelis
ox est, διετίζειν, quam etiam usurpavit Theophra-
us. Interpretatus sum ξηραυθῆναι, siccitatem adeptus
uerit. Sic enim loquar modestius, quàm si dixerim,
ërem siccatum, aut arefactum. Non enim siccus aër
llus. Quanquam ne sic quidem mollior sententia sit.
cilicet in planta, quàm extra plantam siccior aër est.
ed planta per ignis terræq; accessionem siccior, quàm
ër, aërem nihilosecius humidum tanquam sui par-
em continet. Tanto aptius, cùm illum aërẽ, qui prius
rat intra terram, dicit exiccatum: neq; tamen vere-
ur eum in humidi elementi partibus intimis, id est
erræ ponere. Ostendit autem interpres, quantum pro-
ecerit in Græcis libris, qui Nymphæam Nusar appel-
arit. Nenusar vocant Arabes, Itali nomen à discis
nensariis indiderunt. Hispani Græca voce corrupta,
ropter natales aquas, Golsano. Negat autem frustrà
imul, ac temerè pusillas herbas iccirco crescere, quia
adices minus profundas agant: tanta, quod sine ob-
rectationis suspicione dictũ sit, inscitia plantariæ rei:
ut nesciat Meon haud magnum fruticulum demittere
longissimam radicem. Eryngion longè breviore scapo
tantum producere radicis, ut herbariorum turbæ opi-
nionem fecerit infiniti. Contrà, Pinum, Cupressumq;
vastissimas arbores superficiaria penè radice niti.
Nymphæa quoq; fusissimas & crassissimas in cratis
modum complicatas spargit. Apium aquaticum legi-
mus nostriũ cubitorũ, radice minima, eaq; capillacea.

Credo

Credo, quòd humoris copia nequeat excoqui. Quo
miraculo vobis sit, vidimus in ea planta. Rivulus est
qui ubi restagnat ad latera, ejus aquæ regressum no
habent. Ibi carecta densissima. In sinu laxiore plant
fuit illa, pollicari scapo, intus cavo, fœniculaceis inter
nodiis: à quibus ramuli, quantum conjectura possun
capere, prodierant: tum in iis foliorum nihil: sed vi
minilla ramulorum undequaq; pullulantium in stell
modum cingentium matricem suam sub aquis flui
tabant. Quæ fibrarum speciem primo quoq; obtut
præ se ferebant. Id quod & tunc putavi: & nunc a
non putem, dubito. Nam & Nymphææ radix pluri
ma per aquas fluitat, inter earum & terræ imæ super
ficiem. Folia verò & sapor omninò fuit, cujusmod
hortensis Apij minoris, quod falsò vocant Petroseli
num. Illud quoq; non omittendum, ἐκτεταμένα a
longitudinem potius reduci. τάσις Aristoteli, cùm d
nervis loquitur, sonat hoc: ita ut simul etiam designe
potestatem extensionis. Scilicet quanquam extensum
tamen extendi porrò possit. Neq; id propter vocabul
flexum, veluti ἐλατὸν, τηκτὸν, χυτὸν apud eundem ali
bi, sic ταπικὸν: sed simplici voce, τάσιν ἔχει. Utitur a
solam prolixitatem in libris poëtices eo participio
Dioscorides tamen sparsam fusamq; materiam pas
sim describit eo verbo. Atq; hæc quidem de frigidis a
» quis: nunc de calidis. In locis, inquit, in quibus aqua
» currit calida, sæpenumerò plantæ gignuntur: propte
» rea quòd aquæ recentes exhalationes super terram
» trahit calor. Humiditatis aquea natura frigida subtu
manet,

manet, ac concreſcit aër in eo humido. Etiam cum a- «
miſſus fuerit aëris calor planta, rurſus in eo genera- «
tur, non alio modo, quàm multo tempore. Omnia «
ſatis patent. Calor nanq; trahit. Quod quemadmo- «
dum fiat, alibi diſputatum eſt. Manere ſubtus aquam
frigidam, ſicuti ſuprà declarabamus, per contrariam
naturam. Iccirco dixit, loca, in quibus currit aqua,
non in quibus naſcitur. Peſſimè tamen conſuluit ve-
ritati, qui non putarit, gigni poſſe plantam, niſi refri-
gerato aere. Sic enim ſcribit: ὅταν περιφθῇ ἡ θερμό-
της τὸ ἀέρος: cùm abierit. At ille ποιπικωτέρως, cùm
miſſa fuerit. Et jam dixit: συμπίγνυται ὁ ἀὴρ ἐν ὑγρῷ.
Suprà volebat exiccari, nunc refrigerari. Diuturna
verò interpolationis ad generationem egere plantam,
rectè ſenſit. Propterea quòd calor nimius aquæ curren-
tis eſt: cujus exceſſu quæſitum ad vitæ domicilia tem-
peramentum prohibetur, aut corrumpitur. Nam te-
por comes aut apparitor vitæ eſt. Quapropter ad Ju-
liam Carnicam piſces in calidis aquis vivunt, in qui-
bus orti ſunt. Hæc de locis affectis ſimplici qualitate.
Nunc de iis, quæ prædita ſunt pluribus compoſitis:
quales à ſulfure, atq; ejuſmodi. In ſulfureis puſillas «
herbas naſci: idq; ventis flantibus contrariis, atq; in- «
ter ſe confligentibus. Aere nanq; citato caleſieri loca. «
Sic ignem generari. Atq; in fundo, inquit, gignitur «
Arſenicium: quod ex aeris limo deſcendit, attrahitq; «
ſecum ignem, ac putredinem. Minus autem foliorum «
ea fundere, propter ſupradictam mali temperamenti «
rationem. Quibus ego non aſſentior. Non enim ven- «
tis opus

tis opus est ad ignem excitandum. Actu igitur igne quærit hic. At plantæ animam non esse ignem, patet universali disputatione, secundo de anima. Satis ver caloris obtinet sulfur, ne dicam nimis. Tantum abes ut ignis accessio sit necessaria. Θεαφώδη vocat sulfuro loca. Nam quod veteres θεῖον, vulgus θεάφιον. Arsen cum esse Auripigmentum docuit Hermolaus observa tione multa. De aqua sulfurata Plinius in 31. cum scr bit, in ea nihil herbarum nasci prodit. Hic autem Ar senici definitionem formula describit quadam. Cu ignem attribuit, efficientem declarat causam. Mate rialem verò, cùm dicit, aëris limum. Finem verò, illi verbis: τότε γὰρ γίνεται ἐκ τούτων φυτά. Ut hoc ipsum Ar senicum sit plantæ futurũ materia. Summa est. Vent agitatas aquas, in sulfure conceptis ignibus, aëris lim commistas Auripigmentum fore tandem, quod evada planta. Profectò insanæ cucurbitæ Chymistarũ citiu effecerint aurum potabile, quàm ex Auripigmento na tura stirpem. Quemadmodum verò descendat ex aëre limus, non minore negotio quærendum est. Raras autẽ plantas, aut nullas ejusmodi nasci locis, docet Aristote les in 24. sectione. Fervidas aquas salsum saporem ma xima ex parte referre, propter alumen, aut sulfur, aut nitrum. Salsum amaro valde affinem esse. Id quod pa tet in aqua maris, ut prius dicitur in 23. Utrunq; ve rò minus aptum ad generationem, disputatum postea in 32. Sic aurium sordes, & salsas, & amaras in ex crementorum censu nulli usui naturæ pro animalis a limento, propterea repudiari, atq; exigi. Jam verò diversæ

diverſo capite videamus, quæ deinceps à locis calidis
frigidísve polliceatur. Quæ planta ferat aliquid eſcu- «
lentum, locis gigni calidis, levibus, excelſis: tertio præ- «
ſertim, aut quarto climate. Quæ verò arbor accede- «
bat ad hujuſcemodi naturam, altis & frigidis oriri: «
in quibus frequentes ſunt, ob humoris attractionem, «
ac mediocre temperamentum ex calore Solis, in die- «
bus hybernis. Cum perobſcurè, tum minus conſtanti «
ſibi ſcribit hæc ſententia. Obſcurum illud, ποιεῖτο
ἐγγὺς & τροφίμων. Quid enim illud, quod prope eſcam
eſt? An in eo eſt, ut propemodum ſit eſca? Quaſi di-
cat, penè cibum eſſe. Ut intelligamus eas arbores, quæ
glandem ferunt, aut corna, bacásve agreſtes alias.
Iſtud ita concinnetur. At illa inconſtantia quî poſſit
ſibiipſi conciliari? Cum dixit, ἐν τόποις ψυχροῖς: &
poſtea, ἀνεφόας: Illud enim ex extremis unum, hoc
inter extrema. Et quis neſcit, vel frigida, vel calida,
vel temperata loca, alta eſſe, non neceſſe eſſe? Et ne-
ceſſe eſſe, ut ne ſint frigida, quæ ſunt alta: ſi ita dicat,
quemadmodum ſuprà dicebatur, frequentiores plan-
tis montes quàm campos eſſe. Loca verò κοῦφα quæ
ſint, nondum mihi divinare licuit: niſi velit, ſolum
leve, & ſolutile. An alius ita ſit loquutus, videndum
erit. Illud veritas haud poteſt pati, ἐν ἡμέρῃς χειμε-
ριναῖς. Quis nō putet, frigidis locis æſtate potius, quàm
hyeme produci plantas? Quippe tunc ex contrariis af-
fectibus temperationem aſſequuntur ad generandum
aptiorem. Et illius ſententiæ frangetis audaciam:
fructiferas arbores locis calidis provenire, alias frigidis.

In Indiis, Arabiis, Aegypto venena præsentißima. Belgio, Germania maliferas frequentißimas. In Aethiopia sub Aegypto sylvas immensas steriles. Habet & Brasileta, & Sandaleta, nulla ad vescendum utilitate. Addit frustrà, ὑφηλοῖς. Cyrenaicis campis nihil felicius. Et Damasceni colles sunt potius, quàm mon-
» tes. Contradicit & ibi. Inquit: peculiare suis locis lu-
» tum fert pinguiores plantas. Non enim leve solum lu-
to sum est. At hoc supra beatum faciebat. Huic nos ac-
cedimus sententiæ, non superiori. Vulgo commenda-
tur uliginosa, gravisq; gleba. Laudata Virgilio Cam-
pana fœcunditas: nos Beaussam habemus nostram. Talis circumpadanus ager, & quem noster interflu-
Garumna. Tametsi ne hoc quidem cesserit ex senten-
tia. Scilicet humidiores fructus eveniunt udis locis non pinguiores. Manifestò deprehenditur id in uvis atq; ficis. Siccioribus pinguiores: porrò enim excoqui-
tur aqueus succus, atq; aerescit. Postquam de pingu-
» solo dixit, de aridißimo verba facit. In saxis, inquit
» solidis quæ planta nascitur, multum sumit tempo-
» ad proveniendum. Aer nanq; in iis comprehensus co-
» gitur ascendere. Cum verò propter lapidis robur exi-
» tum non reperiat, reciprocat, ac seipsum calefacit. A-
» humor, qui reliquus est in lapidibus, sursum trahitur
» atq; egreditur exhalatio cum humore & resolution-
» partium minimarũ, quæ in lapidibus insunt. Is enim
» lapidibus frequens mos, eis ut auxilio sit Sol ob pecu-
» liarem maturitatem. Atq; hunc ad modum gignitu-
» ex ipsis planta. Ea non surgit, nisi sit propter terram

at

ut humorem. Ut enim planta subsidat, opus habet «
aqua, terra, aëre. Intelligatur ergo planta, si prope So- «
em sit, celeriter nasci: si sit Sol ad occasum, serius. Quæ «
erba magnopere vereor, ne sint ipsis erroribus paucio-
a. Audiatur primùm contradictio. Suprà negabat è
olida re nasci plantam. E lapide nanq; non prodire
adorem: quod ejus partes essent compactiores. At hic
trinq; contrarias fundit sententias. Illud perridicu-
um: Aërem, qui sua natura tenuissimus sit, obsessum
non habere qua exeat, sed reciprocare: humorem, qui
it alioqui crassior, exitum invenire. Aërem, cujus na-
ura sit ascendere, demitti: humorem, cujus interest
naturaliter descendere, sursum proferri. Nam quod
pponit: Aërem seipsum calefacere, vel Aristotelica
erula dignum est. Neq; declaravit, quid esset τὸ βιά-
ζον. ἀὴρ, inquit, βιάζεται ἀναδῆναι. Quin ejus natu-
a sursum fert, non suspellit vis. An voluit dicere, co-
natur? Ut interpretis culpa sit: cui multò commodio-
ra non pauca præsto verba fuerint, ὁπιχειρεῖ, μηχανᾶ-
ται, ὁρμᾷ, & metaphoræ plurimæ: nam verbo θέλει,
βούλεται frequenter utitur Aristoteles περὶ τῶν ἀψύ-
χων. Et illudit nos illa balbutiente loquutione. πολλά-
κις ἔθος ὂν τοῖς λίθοις, ἵνα βοηθῇ αὐτοῖς ὁ ἥλιος διὰ
τῆς ἰδίας πέψεως. Potius sit, ἔθος ἥλιῳ. Sic suprà, ἔθος
ὕδατος, ἔθος ἀέρος: quod nos, solet. Verbum quidem
favet, εἴωθε: reclamat usus. Neq; prætereunda vici-
niæ prærogativa. E lapide negat provenire plantam,
nisi prope terram sit. At quid aget vicina, si non attin-
gat? Nónne huic accommodare possis proverbium,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 418 sur 521

μεταξὺ χείλεος, καὶ κύλικος. Perseverat enim sitis, ad
moto calice, nisi hauriatur. Ab illa terra stirps ipsa ni
hil sugget per eas radices, quæ terræ affixæ nō sunt. E
jam desisterem fatigatus evincendo veritatem, si no
etiamnum prorsus iste provocaret. Quid? Si prope Sc
lem sit, celerius adolescere? Securè nimis, laxeq;, c
otiosè. In aridissimo lapide Solis vicinitate juva
plantas. Cum contrà, super lapidibus in opacis insi
herbulæ: nec nisi prius obducto musco: qui locis exi
ctis Sole nullus fit. Neq; tum ex lapidis exhalatione
quàm aëris concretione, roris incubatu, nebularu
insessu. Tum ex iis, quæ addit, verbis nihilo meliore
intelligamus esse mathematicum, quàm philosophu
cognovistis: nisi quis vestrum inducat animum ei fe
re suppetias. Occidente Sole minus maturari gener
tionem: quasi verò tum plus distet ille. Sed succurre
dum est binis copiis. Quippe non ex longinquitate, q
non longè major est, sed ex radiorum differentia. V
lidiores πρὸς τὸν κάθετον, ἐγκάρσιοι minus. Perpe
diculo fiunt anguli recti: ex transverso vel nulli, v
obtusi. Hoc est primum antipharmacum. Alterum
à mora. Si enim cœperit generatio sub crepusculu
abit cum Sole tum dies, tum calor ille quæsitus ad v
tam plantæ. Cæterum, si quod dicebam, verum est: S
le potius offici, quàm afferri lapidigenis plantis adj
mentum: Solis discessu temperatius foveantur. Q
loco habeo, quibus vos excitem, si obrepat somn
Enimvero dicente Minutio, se potius dormitation
simulaturum, quàm ut quicquam vel solo nutu co
mitter

mitteret, quo ille ſibi deſiſtendum putaret: ignoſcite, inquit, ſi ne id quidem, quod in ſecundo libro de generatione ſcriptum eſt, placet mihi. Nam ibi materiam & formam cum rectè pro principiis ſtatuiſſet: cœliq; notum perpetuæ mutationis cauſam faceret: negavit notum primi mobilis eſſe cauſam generationis: ſed hoc nunus aſcripſit Soli, cujus motus cũ ſit perpetuus, perpetuã fuiſſe, eſſe, fore mutationem. Cum ſibi conſtans, quoad nos attinet, ſit diverſus: diverſas efficere mutationes: accedendo generationẽ, recedendo corruptionẽ. Hoc, inquam, minus explet animum nobis, aliquot de cauſis. Principio non illum ſolùm putamus eſſe cauſam: non parvam juris hujus partem ſibi cætera quoq; ſidera vindicare. Non enim fruſtra cœleſtes alios ignes affixos cœlo cenſendum eſt. Quin eorum nonnullis Chaldæi Sapientes longè majores attribuunt poteſtates, quam Planetis ipſis. Deinde quis non videt, non de quacunq; generatione dici poſſe, quod ibi dicitur? Nam homo, qui penè ſolus, aut finis, aut ambitus eſt totius generationis (hoc enim ſentit ipſe quoq;) toto nihilo-ſecius anno generatur. Præterea non potius hyeme corrumpitur, quod vere generatum eſt, quàm æſtate. Uruntur enim non pauca. Quin omnium ſtirpium principes primariæq; fruges autumno, recedente nimirum Sole generantur. Creſcunt media verò bruma. In Angot Aethiopiæ provincia Nili accolæ, toto ſeritur anno, metitur, convehitur. Nullus menſis à tritura vacuus. Pars operarum in area eſt, alij ſementẽ faciunt, alij ſarculo purgant ſegetes adoleſcentes. Habemus

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 420 sur 521

& hyemales flores, & autumnales. Fructus aliquos a
Novembrem. Quare cum assentior, Solem generatio
nis autorem esse, sicut arbitratur ille: sic ejus comit
ejusdem officij populares facio. Item faculas alias
quas tum ad hoc, tum ad alia, de octavo Cælo suos i
gnes arbitror in nos nostraq; non temerè jaculari. A
nimalium quoq; generationem quorundam in illi
recessu fieri. Legamus historias piscium, & habeam
in memoria nobilissimam, post hominem, anima
tem. Equum dico. Ejus fœmina semper concipit po
Solstitium. Eodem verò modo corruptionem quoq
Excessum nanq; unius activi contrarij dissidium cu
adversario suo nullis statis temporibus exercere: qu
solvantur corpora nostra. Cùm autem duo sint con
traria, calor, & frigus: atq; hoc hyeme, ille soleat æsti
bus excedere modum, tam æstatem quàm hyemẽ co
ruptionis causas afferre posse. Sed de hoc satis. Audit
hunc de Solis beneficio commoda prædicantem: ut no
sine causa prisci, contra Aethiopum morem, illius ac
ventum execrantium, adorarent Orientem. Picta e
hujus religionis facies apud Socratem Platonis: & in a
pophthegmate & in epigrammate, cujus meminit ip
quoq; Cicero. Jam pars maxima templorum nostro
rum sic sita est, ut precantes spectemus Orientem. A
sapientissimo Trimegisto placuit aliter Asclepium do
cere. Ad Orientem matutinas precationes, ad Occi
dentem vespertinas converti debere. Quasi verò Deu
vel motu transferatur, vel capiatur angustiis locorum
Maluit tamen Plato Pythagoræ pigmentis capi, quàm
de suc

de suo, si quid habebat, promere veritatem. Nam in sexto de legibus ita scripsit de ritu venerationis: τὰ δ' ὑπὸ δεξιὰ γιγνέσθω τὸ πρὸς ἑώ. Idem in Epinomide. Quare ut sibi constet, Deos quoq; Olympios in iisdem partibus agnoscat, necesse est. In quarto nanq; de legibus, Diis terrenis τὰ ἄρρα, καὶ τὰ δεύτερα, καὶ τὰ ἀειγενέα tribuit. Olympiis autem τὰ πρεσβύτατα. Necessariò igitur τὰ δεξιὰ, atq; adeò ipsam unitatem. Immutabilis, indivisibilis, aliorum principium, meritò superis assignabitur. Supera nanq; principij loco sunt inferis. Sunt enim quasi forma: ut in quarto tum Physicorum, tum de cœlo declaratum est. Sic unitas nullius eget alimenti: sed cæterorum parens ipsa est. Quamobrem hæc perfectio: numerus autem omnis inchoatus. Hæc ab se, & in se rursus. In eam enim desinit omnis numerus. Hic ab illa, & in illam. Præterea motus omnis ab uno ad duo. Nam tametsi finis unum est, tamen est aliud à principio, & semper σύνδυο. Cum ergo fiat à dextro in sinistrum: sinistrum reducetur ad rationem paritatis. Ut intelligamus illud maximi poëtæ: Numina læva sinunt. Quem ad scopulum fecere naufragium literatores omnes. Dextrum verò & sinistrum in Cælo nusquam esse, satis est abs te Cæsar in Exotericis disputatum. Cæterùm præter illa tot argumenta, fortasse non invitis auribus hoc accipies. Nam si in dextra parte sunt Dij Olympij, quavis in parte Cœli sunt iidem. Nulla nanq; cœli pars, quin oriens sit. Tum iidem sint nusquam: siquidem nulla pars item, quæ non semper occidat. Est enim pars ea-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 422 sur 521

dem ubiq; ſimul & oriens, & occidens. Dextrum igi
tur & ſiniſtrum idem. Hic Minutius: Etſi nihil a
haſce ſubtilitates addi poſſe videatur, tamen hau
tanquam judex, ſed perinde ac dubitator audiendu
ſim fortaſſe. Nam ſi oriens dextrum eſt, & nobilius
atq; ab eo ſit motus in ſiniſtrum: finis erit ignobilius
Nam quare moveatur Cœlum à dextro nobili, ut ſi
in ſiniſtro non nobili? Quis erit ille tandem appeti
tus? Ad hæc quale judicium, quod imum & ſummu
faciat in ambitu cœli: quod & Plato negat in Timæo
& ipſemet Ariſtoteles. At hoc evenire neceſſarium eſt
ſi dextrum ſit oriens, occidens ſiniſtrum: ut polorum
alter ſi ſummum cœli tanquam caput: alter, tanqu
pedes, imum. Itaq; non erit recta ſphæra iis, qui ſub æ
quinoctiali degunt, ſed iis, qui ſub polis. Quin quo
eſt abſurdius, alter ille polus, qui huic noſtro eſt obver
ſus, erit vice capitis: noſter hic, pro pedibus. Cùm ta
men maxima terræ pars ſub hoc noſtro ſit hemiſphæ
rio: cujus ratione cœli ſummum ſit potius hoc, quo no
tegimur: ſi alterutrum ſit eligendum. Qui polus cun
à vertendo vertex dictus ſit: factum eſt, ut ſuprem
cujusq; rei pars eodem vocabulo deſignaretur, illiu
proportione, qui de excelſo cœli loco nobis immineret
Poteras autem ſapientum diſputationem tangere: qu
dubitatur, morane Solis an radiorum perpendicul
difficiles ſint æſtus ſub torrido cingulo, an utroq;. Qu
quæſtionem antecedit illa: ſit ne difficilis ibi manſio
Et ante hanc illa: ſit ne illis in terris habitatio. Verùm
hæc apud Ariſtotelem, & Aboali controverſa, nobi
mani-

manifesta, sustulerunt τὸ ζήτημα, εἰ ὅτι: solam reliquere disquisitionem τοῦ διὰ τί: quæ versatur in primâ propositione. Nam sanè compertum est ex Hispanicis navigationibus, totâ penè partem illam habitari: sed tot, tantisq; vel commoditatibus æquè penè vel incommodis, vix ut à Sole causa duci posse videatur. Verum de his alibi, ne te nunc sub torrida remorer. Tum Bajulius: Haud importunè hæc. Pertinent enim vel maximè ad plantarum generationem. De vario discrimine locorum sanè valde mirum. Nam & memini Javæ insulæ majoris rerum omnium opulentiam: & Aethiopum quorundam rerum omnium inopiam. Et multis locis aërem moderatum. Alibi sub eodem cœlo soluta pice, Lusitanæ classi fuisse periculum ab exustione. Hic autem error est superioribus par: cùm tria tantùm nominavit elementa, subticuit ignem. Libri hujus initio totidem statuebat: aërem prætiribat. ὑπόστασιν plantæ constitutionem vocavit malè. Est enim vox significans aut locum, aut situm, aut rem quidem, locum verò sitúmve consignificans. Nunc plantas aggreditur, in quibus humor nimius, nimiáve siccitas dominatur. Neutro enim affectu posse tales adolescere. Quippe aërem, qui in ipsis sit, ab aqua prohibitum ascendere nequire. Siccitas ubi sit, calorem naturalem verti ad extrema: & obstruere plantæ vias, per quas commeandi facultas sit. Ac propterea non ali plantam. Rectè illud: ubi exuperet humor nimius, non posse capere incrementum. Nempe non excoqui. At non rectè causam. Aqua dicit aeris

aſcenſum prohiberi. Non potius impedit humor aë-
rem, quàm uterq; impeditur. Nihiloſecius aſcendun-
in plantis aqueæ partes. Alioqui non alerentur. Tun-
aqua ſi prohibet aërem, quominus ſubeat cacumen
non impediet, quin occupet latera. Igitur in latum
ſaltem potuit promovere. Quod exemplo Jecoraria
confirmare licet. Minus id quoq; benè. Ubi ſiccitas ſit,
ad extrema converti calorem. Nunquam verò perci-
pere quivi, qua, cujus naturæ lege calor obſtruere va-
leat plantæ vias: ejus enim eſt aperire. Deinde ſi pro-
currit ad extrema, ſola ſtipabit extrema: quæ viæ du-
cunt ad extrema, non obſtruet eas. Tum locis perhu-
midis plantæ ſunt, quarum ignea ſunt extrema. Poſſit
quiſpiam tueri ſic: Ex calore ſiccitateq; coangustari
meatus. Sanè. Non uniuntur tamen. Quare ſucci
potius penuria fit. Nam quamobrem quæ partes in-
terſunt inter folij peciolum, & oras, non interea tur-
gent, ſi extrema tantum connivent? Quo verbo com-
modiore uſus eſſet: non autem obſtruendi. Hoc enim
materiæ proprium βύειν: unde noſtrum, imbuere.
Quin ſiccior planta, non continuò denſior, aut obſtru-
ctamagis, ſed rarior maxima ex parte: ut Arundi-
num genera, Calamus odoratus, Acorus, Ferula, Jun-
cus Africanus. Ratio ſimpliciſſima, quare non creſcat:
ſucci penuria, ſicuti dicebamus. Præterea plantæ quæ-
dam ſiccæ admodum, proceræ admodum ſunt: Cupreſ-
ſus, Gajacum. Acacia non valdè parva. Quædam hu-
midioribus majores: Abſynthium quàm Portulaca.
Sicut etiam temperatioribus humidarum nonnullæ
gran-

randiores, quanquam frigidiores quoq3: ut Lactucæ, uàm Borrago. Eadem fructibus item ratio. Strobili nagni: Solani pusillæ bacæ. A partibus argumentum aud minus validum: si quis Juglandem spectet. Nam uæ pars ambit nucleum, siccissima est: fusius tamen revit. Neq3 calorem vel extimum, vel intimum pro ausa prodas, à quo non sit exactus humor, quominus um putamen citimũ, tum nucleus ultimus, utrunq3, nquam, minus quàm testa media siccum sit. Forma, viri optimi, forma est cum mero mistoq3 imperio tum reandi, tum sistendi limites accretionum. Ea jussu rimi, summi unius opificis normalem dirigit lineam: cujus ad directionem metatur omnia. Ei calor & humor pro instrumentis, frigus & siccitas ad instrumentorum temperationem, comparata sunt ab artifice cunctiscio, cunctipotente. Iis illa utitur: jura dat: non ab ipsis accipit. Certas habet à conditore leges, suas cuiq3 speciei destinatas. In eadem specie si loca, si cœli segmenta vel inclinationes obtundant, obstrepant, adversentur: pro modo materiæ suas vires periclitatur, atq3 efficit, quantum satis pro copia, proq3 inopia. Hæc ubi dixit, triaq3 digessit elementa, non eodem, quo suprà, censu: nunc novo capite diversam init rationem principiorum.

Opus, inquit, habet planta rerum quatuor, uni- "
versali ratione: certo semine, convenienti loco, aquæ "
modo, aëre simili. Hæc omnia cùm certo convenerint "
fine, planta gignitur, & augetur. Cùm illa recessere, "
recedit item planta præ imbecillitate. Omiserat aë- "

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 426 sur 521

rem suprà: nunc apponit locum: infrà verò etiam φ
τείαν. Excluſam ab aere loci rationem uni aſcrib
terræ: cùm tamen pars major ab aeris, quàm à ter
complexu ambiatur: cum tamen ab aere terra patia
tur. Melius Democritus: δεῖ δὲ πρὸς τῷ τῶν τόπο
ἁρμόζεσθαι φύσιν ἀεί. ἐὰν γὰρ ὁ τόπος ᾖ, τὰ πρὸς ἄκρ
νάοντα φυτάσομεν. Intelligit enim tam aerem, quà
terram. Explicabimus ſic acutius. Erit aqua plan
principium, pro materia: aer, pro loco: item terra. S
men autem non tam ſit plantæ principiũ, quàm pla
ta ipſa tota in potentia. In ſemine forma ſibiipſi, qu
commodum ſit, exædificans domicilium. Hoc multi
locis à Philoſopho potuit accipere Themiſtius, qu
planiſsimè ſcripſit: Locus eſt concauſa, reducitur q
efficientem ſicut & inſtrumentum. Sunt enim extr
rem. Nam Galenus cum Platonem ſequutus, inſtru
mentum pro quinto genere cauſæ ſtatuit, inæqua
abutitur diviſione. Quod imprimis eſt vitandum ſa
pienti. Etenim cæteræ quatuor cauſæ primæ æq
ſunt: neq; quicquam prius habent. Inſtrumentu
autem habet: non enim movet, niſi motum. Videm
etiam membra hæc hujuſce diviſionis apud noſtru
philoſophũ inter ſe non reſpondere. Sic fortaſſe dixiſſ
Ariſtoteles: Quatuor ex elementis confieri plantã, p
materia. Certa forma, quæ in ſemine ſit, conſtitui. L
gere cælo, ut educatur: loco, ut conſervetur: aliment
quia corpus eſt vivens, ergo creſcens, ergo ſolubile, er
reparabile. Præterea cauſæ cauſam omiſit. Non eni
ſatis aer eſt, ſed præcentorem habet Solem, Lunam
cæte

etera ſidera. Ille longè omnium maximus error eſt, um ait, ſolam aquam eſſe plantarum alimentũ. Quæ anq; conſtet quatuor elementis, alimentis totidem efici par eſt. Itaq; in ſecundo de generatione philoſophus lacteis verbis illis, quæ hodie à me recitata, nunc urſum me cogunt propter ſingularem ſuavitatem ſe- pronunciare, ἅπαντα δὲ πλείοσι τρέφεται. καὶ γὰρ ὅσαπερ ἂν δόξειεν μάλιστα μόνῳ ἐνὶ τρέφεσθαι τῷ ὕδατι τὰ φυτὰ, πλείοσι τρέφεται. μέμικται γὰρ τῷ ὕδατι γῆ. Cujus orationis nectar video vos libenter, non ſine maximo ſenſu voluptatis haurire. Non enim ille hominis potius, quàm naturæ videtur ore loqui. Tanta cum ſimplicitate tantum numerorum conjungit, ut vetuſtas nativa, non ambitiosè quæſitus cultus, expleat animum paucorum, ſed Atticum illum, atq; αὐτόχθονα. Sic in hiſtoriis cum pleraq; omnia ſcribat: Theodorus additis calamiſtris ſuſam, laxam, atq; etiam turgidam interdum trahat orationem: viſus eſt barbaris quibuſdam, qui temerè tumultum verborum quæritant, etiam (ſi Deo placet) Ariſtotelem ipſum dicendo ſuperaſſe. Qui tamen hominibus Romanis haud paucis locis Latinæ dictionis puritatem ægrè tueri poſſe videatur. Auxerit Gaza literas Latinas, illuſtrarit, denig; genuerit: damus, agnoſcimus, laudamus, admiramur optimi atq; innocentiſſimi viri ſtudium, merita: non obtrectamus, amamus, ſequimur. At enimvero dicatur, melius quàm ſit Ariſtoteles loquutus, loqui: ſuſcitabitur animus eruditiorum ad judicandum. Obſervabunt impuras loquutiones, anxias, peregri-

peregrinas: καὶ ὡς καλλωπίζειν, Atticam illam Pall
dem ausus sit. Quantò melius Callimachus? Is ubi pi
xisset Venerem: Palladi non purpurissum afferre, s
verum nativumq; colorem ex cursu maluit educer
ἃ δὲ δὶς ἑξήκοντα διαθρέξασα διαύλως. Quare opo
tet ascisc ere genuinam puritatem, non è pyxide vena
lem fucum quærere. Sic enim ait: χείματα ἰδίας ἔχ
να φυταλιᾶς: non autem appendere Stalagmia, Spin
theres, cincinnos meretricios. Matrona est Aristote
oratio, quæ ad suum decorem nihil sibi petat præsid
Sed ad nostra. Quod ait hic: universali ratione plan
tas egere semine, falsum est, nisi ex bono & æquo ju
dicetur. Scilicet ut semen sit etiam ἀνάλογον. Nam
stirpes quæ semen ferunt nullum, nullo item semin
suam possunt speciem propagare. Analogum intellig
quod non plenè directóve suscipit cum specie primari
prædicationem. Non enim simus, ex quo Mus nasci
tur, est ejusdem naturæ specificæ cum semine maris &
fœminæ Murium. Auxit errorem, cum excluſit excu
sationem: addit enim διωρισμένῳ: semine certo, atq
à natura præscripto. Quin confusa quorundam prin
cipia sunt in seminibus ipsis, uti dicebamus, Rapi &
Brassicæ, & aliorum. Ut quintam omittamus cau
sam, τῷ φυτείαν. Nam neq; plantatio, neq; cultus
neq; cura ulla humana maximæ plantarum parti de
sideratur. Videamus quota, quantilla pars sit uni
versæ naturæ stirpium labor vel agricolæ, vel olitori
Aerem verò similem cum requirit, quam exigat simi
litudinem, comminisci nequeo. Nam si calidis cali
dum

um præscribit, profectò naturæ ignarus est. Etenim
ontica sive Scythica planta, quam dicebamus cum
ulgo falsò Calamum aromaticum, in gelidissimis lo-
s admodum calida nascitur: sicut contrà, Lactuca,
apaver, Cucumis in Africa, & in Aegypto. In plaga
orrida Cacao, tam gelida humiditate, ut ibi solum
uovis precio permutetur ad refrigerationem. Sin id
μοιον accepit pro latente quapiam proprietate, næ ille
obis illuserit. Latius enim patet ejus ambitus signifi-
ati, quàm ut vel præsentis operæ, vel etiam intellectus
ostri angustiis capi possit. Dixit, συντελεσθῶσι: ut
ræpositio, σὺν, indicaret societatem: verbum autem
psam, finem. Quasi quorum finis sit coitio hæc ad
lantæ generationem. ἀποχωρήσουσι verò festivè, ab-
cedunt ab eo modo temperationis. Absistunt, ut Vir-
gilius loquitur. Absunt, simplicissimè. Quippe non in
motu res ipsa posita est, sed in concretione. Erudito-
rum vulgus dixisset, distant. Et ἀδενεῖ, si respicia-
mus ad perfectam temperationem: ad cujus respectum
sit morbus. Sibi quidem sana planta: sed ægra, si ad
medium referatur. Interpretatus sum σύμμετρον
ὕδατος, aquæ modum: sicut agri modum Horatius. Non
quòd metuam, quod vel minatur, vel exprobrat, vel
monet Plinius: carere nos voce, qua Græcam explice-
mus. Vitruvius enim antiquior illo, commensum vo-
cat. Simplicissimè sic posim, quantum satis. Verùm
jam nos ad montes ducet, fortasse non recusantes: te
Cæsar, ut reor, invitum. Non enim jam superabis
ἐν παγκρατίῳ cursu clivum, quo teipso perniciores in
campo

campo ψιλοὺς provocabas. At tu si nolis ascendere, spe
ctato saltem montanas herbas, quas iste præstantissi
„ mas prædicat ad medicamenta. Propensiores enim
„ propria natura dicit, atq; præstantiores ad medici
nam. Ad usum verò cibi fructus ipsos duriores, si co
ctionem spectemus. Tum autem minoris operæ ad a
lendum. At verbum unum admiscuit, quod plus tar
dat meum cursum, quàm montes isti, quos ipse dici
ὑψηλούς. Inquit enim: οὐ ἔχω εἶδος. Arbitror id innue
re: non omnes species ad medicinam facere. Si usus ve
nerit, ut cujuspiam forma comparetur ad id operis: eju
Ideæ individua montium beneficio fieri generosiora
Hoc quoq; sensit Avenrois ille magnus. Tam miser
falsus hac in parte, quàm anxiè fuit acutus. Nimirum
haud omnes herbæ petuntur ob calorem, quem à mon
tibus comparent: neq; propter siccitatem, quæ indiden
quæri posit. E lacubus excipiuntur quædam: à litori
bus aliæ. Dant & paludes, & opacæ valles, locaq; So
libus invisa. Quemadmodum cibi quoq; non uno ex
loco petuntur omnes. In 20. sectione Philosophi verba
memini: οἱ σίκυοι πέπονες ἄριστοι ἐν τοῖς ἑλώδεσι. Po
lium igitur è montanis eruam: Rha mihi campi mit
tent. At dicent: ejusdem speciei quæ ferunt montes me
dicamenta potiora campestribus periclitati sumus.
Hoc fefellit illos. Nam cujus plantæ humidum obtun
det efficaciam, de montibus effodiam. Cujus expetetur
siccior acrimonia, desumetur inde. Ubi contrà quid a
liud usus flagitaverit, id contrariis in locis inventum
erutumq; curabo. Illud est Avenrois argumentum,

Montes

lontes esse cælo propiores. Hoc alterutra potest intel-
ctione capi: scilicet ad qualitates aut elementares,
ut cœlestes. Si de elementaribus sentit: hoc jam refu-
tum est. Si de cœlestibus: stultè putaverim, cœli vi-
s illas immateriales, pusillo clivi tractu vel profliga-
, vel fatigari posse. Aequè valens puto cœli robur in
mis terræ visceribus ad metallum, & in summa Te-
erife, aut Casio ad Buphthalmum. Quippe nec ullo
emporis ævo, neq; spatii fathiscit longinquitate. De-
epti nanq; sunt illi philosophi, atq; in iis Conciliator,
ui naturā effœtescere putabat. Mutatur illa quidem
ine sui mutatione: scilicet in officiis, functionibus, ef-
ectionibus aliā atq; aliam ostendit sese: tamen eadem
nihilo secius, velut ille Discobolos, ubi seipsum erexerit.
Nam si materia, quæ fuit olim, nunc est eadem: si ni-
hil ei decessit quantitatis: si formæ non patiuntur τὸ
μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον: si, quemadmodum dicebamus ali-
bi, Natura Dei potestas est: quî fieri possit, ut se minor
ipsa sit? Oportet enim, quod patitur, à fortiori pati.
Quid obicis est formæ hominis, quo præpediatur ejus
vis ad materiam sibi nunc, sicuti prius, conforman-
dam, conformata utendum? Nam si fluunt à formis
accidentia, neq; mutantur formæ, non erunt acci-
dentium mutationes aliæ, quàm quæ intersunt au-
toris sui. A terra tollatur reflectio radiorum, ac quæ-
dam alia talia (nam hinc haud negarim virium acci-
dentalem variationem) at immaterialem illam vim,
qua dantur formæ rebus, in quibus nulla vehemens
qualitas dominatur, puta gemmis, auro, videmus
nullo

nullo distantiæ situ defatigari. His cum videretur al
quid addere velle, suscepit Ferrerius sermonem. Maju
inquit, opus, Bajuli, motum est à te, quàm ut ca
queat angustiis hujusce disputationis. Brevissimè ta
men in perplexissimo judicio quid sentiam, non pre
teribo. Ut rectè abs te dictum est, non fatigari Natu
ram, ita non minus rectè dici possit, ejus actiones adu
varias esse, ut nobis illa (tametsi non deficit) defice
videatur. Itaq; sic illa sententia condienda est: Ne
Dei vim delassari: non seipsa fieri minorem, aut dete
riorem, sed manente robore illo, consiliis illis inconcu
sis, invictis, infinitis, opus esse minus interdum. Velu
cum haud semper hominem creat. In Muris opifici
virtus eadem, Deus idem. Non in hoc inferior seipso
sed in opere inæquali, tamen æqualis ipse sibi. Non ab
simili ratione, si consideres in eadem specie, quæ ne
appellamus individua diversa. In unaquaq; specie cer
tus ambitus præscriptus est, quantitatis, qualitatum
figuræ, numeri partium, situs, finium, officiorum. I
ius quasi spatia facit natura deambulans in eodem sæ
culo sæpè: quemadmodum Samogethios accipimu
nanos natos ex gigantibus, & gigantum patres postea
Quanto majore commodo liceat ei diversis atatum
tractibus operari simili ludo? Neq; verò sine ration
vagatur hæc oratio mea. Non enim vestrum quen
quam latet vetus, ab Aristotele sæpius usurpatum
proverbium: πῦρ ἐπὶ πῦρ. Hoc eò spectat: ut si ma
gnas intueamur conjunctiones: quoties similes coie
rint naturæ siderum, similibus signis, domibus, gau
diis

ſitu, exaltationibus, faciebus, terminis: efficaciora quoq; ſint eventa. Hæc vulgo quoq; nota ſunt. At illa ſolis doctis: abductum caput Arietis à ſuperioris cœli capite, non amiſiſſe vires ſuas: qua in re tecum ſentiamus: ſed ſocius copiis amiſsis, ejus operam minoris facilam, non poteſtatem. Quamobrem & quod tu profiere, profiteamur: & quod illi prædicant, hunc ad modum cenſeo prædicandum. Cum ab his conticuiſſet, ait Majulius: Bone Deus, quanti fuit mihi deerraſſe, ut am nobili, tantis differto commoditatibus exciperer diverticulo. Redibo igitur in viam. Quod de coctione ſcribit hic, attentius eſt obſervandum. Generoſius eſt collibus triticum, quàm è campis. Plus alit: minus corrumpitur: citius concoquitur. Poma quoq; montana maxima ex parte, pro cibis, ſucco ſunt aptiora: campeſtria dilutiore: minus ſapiunt, celerius corrumpuntur: minus alunt, propter æqueæ materiæ ineptitudinem: ſicuti montana propter terreſtrem ſiccitatem. Et quæ diximus alibi de ſententia Theophraſti, ſuper Mali, Fraxiniq; natura campeſtrium, prohibent nos huic accedere ſententiæ. Attendamus etiam plantarum cum animalibus comparationem, meo quidem judicio, non injucundam. Quippe tum plantæ, tum animantes montium indigenæ, ſuo quæq; in genere diutius vivunt, quàm campeſtres. Hoc obſervatum eſt in 14. ſectione. Cauſæ duo ſubſunt: calor in humido: cujus non tam quæritur multitudo, quàm affectiones duæ: μήτε εὔπηκτον, μήτε εὐξήεφτον. Igitur montanorum humor cùm ſit minor, minusq;

obnoxius τῇ πύξῃ, καὶ τῇ ξηρόνοσι: haud quidem tanta moles est, at vitæ diuturnitas & fœcunditas major. Hoc excipere licet ex libro περὶ μακροβιότητος, & ex decima sectione. Gallinæ quoq; minusculæ sunt fœcundiores. Et in secundo de causis Theophrastus, excelsas arbores fructum pusillum ferre prodidit. Multo scilicet opus habere alimento. Infœcundas vivere diutius ob eandem rationem. Nam cum ille ibi, tum præceptor optimus antè dixerat, τὰ ὀχλώδη βραχυβιώτερα. Quare putarunt quidam, passerum nullum excedere bimatum: sanè haud contemnenda opinione. Ex illis parum captatur, minimū capitur: fœcundissimi sunt: frequentia non magna. Est & proportio quædam secundum quasi gradus, sanitatis, roboris, vitæ. Igitur si salaces morbosi, etiam brevioris vitæ. In Hercule, qui Veneri fuit imprimis obnoxius, neq; indicium, neq; judicium vitæ fieri potuit. Igni nanq; vitæ finem antevertit. At memoria prodita sunt athletarum nomina, qui, ut valentiores essent, victoriarum spem in libidinis abstinentia collocarunt. Plato quidem in octavo de legibus, Astylum, Diopompum, Crissonem commemorat: sed ante omnes Iccum Tarentinum. Ne verò putet quispiam subesse contradictionem. Montanæ minores. Montanæ fœcundiores. Montanæ longæviores. Fœcundæ minus vivunt. Comparantur enim eodem in genere cum campestribus, quæ sunt majores. Tum autem si æquè fœcundæ sunt, minus vivunt. Quod autem sequitur, facile intellectu est: Loca Sole viduata infœcunda esse. Verbum quod suprà ponebatur,

tur, hîc repetit, ἀπομεμαχρυσμένοι, id est, οἱ ἄποθεν τόποι. In quodam codice legebatur ἀπομεμακαεισμένοι, voce translata. Infelicia sanè sunt illa loca. Excipitur idem sensus è quinto de Republica: πόλις, inquit, κακὰς, καὶ ἡμαρτημένας. Inde transit ad contrarium, videlicet ubi nimius est Sol. Verùm phrasin uti probetis, Græcè pronunciabo: ἐὰν ὁ ἥλιος μακρότητα τῇ ἡμέρᾳ προσάγῃ ἐν τῇ κινήσει αὐτοῦ, καὶ καταχωεΐδιν τῆς ὑγρότητος, ἃ κεῖται τὸ φυτὸν δυνάμις φύλλα, καὶ καρποὺς προάγειν. Perpensa suprà fuit hæc sententia de mora Solis. Utroq; opus est, & ipsa, & directo radio. Solem verò suo motu non producere diem, dicet aptius Ferrerius: nisi quatenus promovet in orientẽ contra diurnũ motum. At hoc quotidie facit. Et fortasse nõ tunc animadvertebat noster hic. Ad aquas deinde redit: ut hoc etiam loco videamus, quanto cum periculo possimus in capita discursus hos sistere. Sed quasi rem inducat novam, usurpavit interrogationem. Quid autẽ de plantis, inquit, oportet intelligere, quæ nascuntur in aquosis locis? In iis ubi quiescit aqua, fit quasi limus. Neq; vis est in aëre, qua fiat, ut aquæ subsistant partes. Continetur aër ipse in terræ partibus interioribus: prohibetq; aquæ crassitudinem ascendere. Illis igitur in locis fluctuante vento, coarctata terra, seipsum si cõprimat involutus aër, & compingat humorem ventus: plantæ prodibunt ex humore hoc, haud ita multo differentes inter se specie, figuraq; propter aquæ stationem, atq; crassitudinem, & calorem Solis de superiore loco. Atq; hæc quidem brevissimè potuit: si animum appulisset

ad Aristotelicam dicendi rationem. Nunc infelicite
divagatus incidit in aquaticam hanc quietem. Si, in
quit, quiescat aqua, limus fit. At etiam non quiescen
te. Nam quot fluviorum fundi limosi sunt? Non enu
merabo, qui nullo nobis noto numero continentur. Se
quanam modò videte. Multi sunt in Taurini Nilo ipso
non infeliciores. Grana diluviis hybernis quantum
glebæ detersit à vicinis pratis, tantum reponit paucu
lis vernis diebus, etiam cum fœnore nonnunquam
Neq; hoc inferior Duria. Beneficium par: cursus pro
ductior: alveus major: uberiores aquæ. Ex alpibus u
terq;: hic ab iis, quas altrinsecus accolunt Centrones
ille in prætura Sutriorum. Deinde curiosius addit o
peram venterum, quasi ad fundi subversionem, u
admisceatur aquæ. Quin citius quietiores aquas li
mosiores ipsemet intelligit. Et profectò Solis vim exci
pit acriorem, atq; intrassescit, etiam contactu terræ
nullo. Id quod vel in lapideis alveis, vel in vasis vitrei
compertum est. Sequuntur illa verba: οὐκ δεῖ δυώαμι
ἐν τῷ ἀέρι, ἵνα ὑποσήσῃ τὰ μέρη τοῦ ὕδατος. Nequi
aër superare partes aquæ. Sanè ita sit. Obducta enim
quasi cute quadam, nequit efferre aër sese. At cùm
ait: καὶ κωλύῃ τῶν παχύτητα τοῦ ὕδατος ἀναβαίνειν
profectò ludit nos. Quis enim dicat, aërem depressum
loco inferiore ab aquæ crassitudine, atq; cohibitum e
loco, efficere, ne aquæ crassities ascendat? Quin inter
duas illas crassities intersitus, eam dico, quæ ab ime
vult ascendere: quod ait hic: & eam, quæ involutum
cohibet: potius hanc urgeat impetu suo naturali
pro

roſcindatq; adeò, ut erumpat. Tanto, quæ ſubdit fœliora: Agitatu ventorum compingi terram. Nam "
ſanè tunc aër ille compreſſus à ſuperiore limo, dirumpet, uti dicebamus, ipſum facilius propter agitationẽ. Quò fiat, ut & decedat ipſe, & aquæ ſubeunti cedat. Tantum abeſt, ut illa vera ſint: συμπίεση ἑαυτὸν ὁ ὑπειλημμένος ἀήρ. Qua vi, quóve inſtrumento ſeſe comprimat aër? Nónne aëris forma ſurſum levat aëris materiam in ſeptimo & octavo phyſicorum. Aquæ verò quietem ſtatuit pro cauſa temerè: quare non multum differant inter ſe plantarum ſpecies. Nam in terra quæ longè quietior eſt, diſſimiliores ſunt plantæ. Et longè ſunt inter ſe diſſimiles Nymphæa, Sium, Lenticula. In mari, Coralium, Alga, Bryon. Aggreditur eam nunc, quam Jecorariam vocamus. Cujus hiſtoriam ac generationem ſuprà decuit cum Lenticula contexi. Rurſus, inquit, de plantis, quæ ſunt humidis "
locis, quarũq; ſuperficies apparet in ſumma tellure vireſcens, hæc dico: In eo loco parvam eſſe raritatem. Cujus humorẽ loci cùm Sol ingruens moverit: atq; ejuſmodi motus eventu caloreq; terræ partibus interioribus involuto calefecerit locum: id quod nunquam contingit, in quibus planta non habet, unde creſcat: tunc "
humore ſuapte diffuſo extenſione, fit ſumus in terræ ſuperficie, quaſi textura quadã vireſcens. Atq; inde planta gignitur carens foliis, ex eo genere plantæ, quod extat in aquæ ſuperficie. Sed hoc illo majus eſt, propterea "
quòd terræ propius. Tametſi neq; in altum tolli, neq; extendi poteſt. Hæc, inquam, ſi ſuperioribus attexuiſ- "

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 438 sur 521

ſet, quibus aquaticæ Lenticulæ narrabat hiſtoriam:
unico verbo poterat explicare ſic: Par Epaticæ ratio
ſed amplior magnitudo, propterea quòd terræ propior
eſt. Quanquam hæc cauſa manca eſt admodum. Bre-
viores enim plantæ folio eſſent grandiore, quia prop
terram ſunt magis. At enimverò etiam procul à fun-
do Nymphæa fundit ſolium grandiſſimum. Aequal
verò tractu Hydroſelinum tenuiſſimum. Sic in ter-
reſtribus: latum Platanus, Hippuris capillaceum.
Neq; verò putetis hanc potius calumniam, quàm ani-
madverſionem. Nam aquaticæ folia craſſa, ut Nym-
phææ, terreſtri tenuiſſima ut Chærephyllo. Aquatica
tenuia, ut Hydroſelino: terreſtri craſſiſſima, ut Ver-
miculari. Loquendi modus ſacris libris peculiares: ſu-
per facie terræ. Sic hoc loco: ἐν τῇ ὄψει τῆς γῆς. Sal-
luſtius ad pugnæ tranſtulit aſpectum, non nimis, u
quibuſdam duris videtur, durè. Faciunt enim pugnan
milites. Sed ne Ovidius quidem temerè vultum unun
rerum Chaos videtur appellaſſe. Tetigit enim litem
& amicitiam veterum philoſophorum, quas duas cau
ſas efficientes illi ſtatuebant. Erant ſiquidē ipſis Mun-
di conditores hi. Neceſsitatem faciebant primum, &
maximum, & valentiſſimum. Alterum, Mentem vo-
luntati obſequentem, atq; ejus præſcripto formarum
diſcretionum, conſtitutionum architectam, claſſium
ordinatricem. Quod apud veritatis ſtudioſos maxim
impium eſt. Ridiculum etiam, neceſsitatem ſtatuer
priorem conditore. Quin neceſsitatis nomen ipſum ex
terminant à Deo Sapientes, idq; optimo conſilio. Ter-
tio po-

tio ponebant loco naturam: vim, uti dicebam, ordinariam, conflatam ex assensu mutuo Mentis, ac Necessitatis. Hæc erat illorum picta Trinitas. Usq; adeò veritatis lux etiam in tenebrarum cæcitate sui speciem præbuit, antequam de Cœlo coràm fulgeret nobis. Sic naturam istam, Spiritum Virgilius appellavit, agnovitq; cunctis partibus integrum ubiq; insinuatum. Quartum principium addiderunt, Materiam. Iccirco in ea materia, dum adhuc essent omnia confusa, fuerat vultus unus: id est, principiorum consensus absq; motu. μικρὰ, inquit, ἀφαύσης. Quia si multa raritas esset, exhalarent illa: neq; retinerentur intus ad plantæ materiam. ἐμπεσὼν ὁ ἥλιος. Festiva loquutio. ἐνσκήψων alibi dixit Aristoteles: vel, ut alio codice legitur, ἐνσκίμψων. Nos commodè, ut opinor, ingruens: ut de imbre Poëta dixit. Cæterum addidit, de quo addubitemus. Sol, inquit, calefecerit locum motu. Non enim Solis motus calefacit. Quin contrà, quies potius id facere videatur. Propertio manifesta est in arcus majoris transmißione. Aequiparatur enim quieti mora motus. Quanquam id, ut alibi dicebamus, non est causa, sed Solis calor. Tempus enim nihil facere, satis ostendimus suo loco: sicut &, quemadmodũ motus calefaciat. Etiam præter Aristotelis morem loquutus est, ubi dixit: καπνὸς γίνεται. Nam fumus est exhalatio sicca. Et suaviter accipienda verba illa: μὴ ἔχον φύλλα. Non habet folia: sed ita tamen, ut potius tota planta folium unicum, laciniatum, atq; in se involutum esse videatur. Quod de Jasionis flore prodit Theophrastus.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 440 sur 521

Explicatius est ad truncos roborum vetustorum: cætera natura similibus foliorum rudimentis, nomine medicorum vulgò, Pulmonariæ. Explicatioris in hoc figuræ ratio certa sub forma siccitas. Evenit aliquando, ut aquaticæ ipsius facies expressior sit, & foliorum illa diuturna meditatio exeat in veram conformationẽ. Quamobrem ligulas quoq; erigit, & flores. Interdum humore destituta, nihil aliud est quàm coriacea lapidis obductio. ἀναβαίνειν, unam intellexit modò dimensionem: in altum scilicet, tum rectè, tum verè. ἐκτείνεσθαι, eandem dimensionem, neq; rectè, neq; verè. ἔκτασις enim etiam in longum est. Iccirco dixi, non verè. Dico, non rectè, propterea quòd applicat malè sententiam ad id, cui non competit. Negat enim ἐκτείνεσθαι. At productio tam in latum, quàm in longum, quàm in altum, ex libro de mistorum affectibus. Hoc enim πλατὺν. Sed jam de plantis iis, quæ in aliis generantur plantis, quid sentiat, videamus. Quo loco si

» *quis voluerit novum secare caput, liceat. Sæpe verò,*
» *inquit, aliis etiam in plantis plantæ progignuntur*
» *quædam, non ejusdem vel speciei, vel similitudinis:*
» *idq; sine radice. Moventur autem hæc sic: Planta, quæ*
» *spinis prædita sit, ubi in aqua pingui sita movetur, a-*
» *periuntur ejus partes. Tum verò Sol educit per vapo-*
» *rem, quæ in ea sunt, putredines: eisq; affert coctionem.*
» *Propriaq; natura in locum putrefactum præstat opem*
» *calore temperato: atq; inde plantam auget. Quasi fi-*
» *lamenta videatur in seipsum totam producere. Hoc*
» *plantarum proprium est, quæ nullis præditæ sunt*

spinis.

inis. Tum igitur ea generatur, quam Linozoſtin vo- «
ant: aliaq; ſimiles ei. Hanc ſententiam capias ex hi- «
oriarum libro quinto Philoſophi. Cùm animalium
uorundam natura ſit, ut in aliis animalibus, neq; a-
bi, neq; aliter oriantur. Dixit, ἀηὸ φυτὸν: ſicut
heophraſtus ἀηόκωλον, hunc herbarum modum. Et
ubdit: ὑ ἓ αὐτῆ εἴδους. Quoniam τὸ ἀηὸ multipliciter
icitur: ſicut & τὸ αὐτὸ; quemadmodum alibi dice-
amus. Et addidit, τῆς αὐτῆς ὁμοιώσεως: quaſi dicat,
neq; genere eadem, neq; τῷ ἀνάλογον. Non enim Viſco
& Quercui quicquam ſimilitudinis. Sic enim loqua-
us fuiſſet Ariſtoteles. Dixit, ἀνὰ ῥίζης: Iccirco quia
lantæ aliæ cum radice oriuntur: ut Muſcus, Polypo-
ium: quæ perinde naſcuntur in plantis, atq; Viſcum,
& Epithymum. Sed ambitiosè admodum, κινεῖ δὲ
τὸ οὕτως, Movetur, pro eo, quod eſt, gignitur. Et ob-
cura eſt oratio: ὁπόταν κινήσει φυτὸν πολλῶν ἀκαν-
θῶν ἐν πίονι ὕδατι. Nam quid eſt, quod plantam mo-
et. Accipit hic motum pro eo, quod eſt διάθεσις.
Pinguem aquam voluit eſſe materiam, propter lento-
em, qui in illis eſt capillamentis, & in Viſco. Verùm
alam eſt, Thymum ſicciſſimis gaudere locis: tum illud
Thymi genus Epithymum ferre, quod durius eſt, &
Thymbræ naturæ propius, ac propterea minus pingue:
quod ſanè tenui admodum ſolo provenit. Neq; verum
ſt, quod ait: aculeatarum eſſe proprium hoc: niſi for-
tè Quercus & Thymum ſua vidit hic in patria ſpinis
horrida. Ex Paliuris autem quæ planta prodit? Itaq;
ſi neq; ſoli generi competit aculeatarum, neq; toti:

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 442 sur 521

non erit proprium. Illud verò non tam ex usu, quàm ex Etymo: cùm vocavit Cuscutam Linozostin. Na[m] & Apothecæ Lini podagram scitissimo vocabulo d[e]cunt. At veteres Mercurialem dixere Linozostin, t[e]merè sanè. Nihil enim ei cum cinctura Lini. Quan[quam] quam illud quoq; animadvertendum est: Cuscutam sive Cassytam, non è lino prodire, sed è solo macro (ma[g]cescit enim lini satu) natam Lini stipulis advolvi: si[c] ut & Vitias, cæteraq; plantarum impedimenta: quo[rum] rum meminit Theophrastus, Plinius, Galenus. In pra[e]tis quoq; glareosis sorsum ab adminiculis oritur Cu[s]scuta: quod & aliàs diximus: è quibus evulsa, at[que] inchoatis uvis obvoluta, tum adhæresit, tum vivi[t] adeò verò crescit, ut mirandam in magnitudinem d[e]mittatur. Divisio sic scitè admodum statuetur. Ej[us] generis plantas, alias foliatas, alias non: ut Epith[y]mum. Quasdam sementigeras: ut Cuscutam, & V[i]scum: quasdam non. Quod autem attribuit id of[fi]cium Soli, non tam malè, quàm mutilè. Informatri[x] enim est. Illud enim prudentius accipiendum. Auge[t] inquit, plantam. Equo si enascantur cornua: bene co[r]datus philosophus nequaquam crevisse dicet equum siquidem non fuerit naturalis equi pars. Ita non cr[e]scere terra dicitur, à qua prodit planta. Tota eni[m] specie diversa sunt: stirps, & terra: Equus, & co[r]nua: Quercus, & viscum. μαθηματικῶς ergo sint a[u]cta quantitate, non univoca substantia. Et accurati[us] id interpretandum: ἀνιχμᾶται ὁ ἥλιος τὰς ἐν αὐτῷ σ[τ]υφὶς: πέψιν ποιεῖ τούτῳ. In priore parte fortasse l[a]tet erro[r]

et error. Non enim ex Thymi putredine fieri Epithymum arbitror: sed ex bono succo elaboratiore: sicut in animali pilum. Quod ipse fateri cogatur, qui plantam scribit crescere. Non enim crescat ex putredine. In altera parte similis negligentia. Cui τούτῳ? Non enim plantam coquit Sol, à qua succos educit: sed quas edidit, putredines excoquit. Negligentius etiam vocavit putredines, locum: dixit enim εἰς τόπον τὸν σεσηπότα. Plato potuerit: Aristoteles sibi licere noluerit. Ille enim πρώτην ὕλην χώραν appellavit. Mutilè quoq; narrat, cùm filamenta nominat. Viscum quidem hujus naturæ est, ut non hujus figuræ. Et minus rectè: εἰς ὅλον ἑαυτὸ. Quando non tota planta tegitur capillamentis. Alludit tamen ad illud Plinianum palliolum, de quo alibi. Hæc cùm enarravit, jam bis ter dictam sententiam repetit novo capite, nova recensione principiorum. Plura enim, quàm suprà, statuit, & inconstanti sententia. Omnes, inquit, herbæ, & si quid super terra crescit, " atq; in terra, proveniunt ex aliquo horum quinq;: se- " mine, humore aqueo, loco accommodato, aëre, planta- " tione. Atq; hæc quinq; sunt, ut ita dicam, plantarum " radices. Audacter sanè, cùm herbas nominavit, adde- " re instituit, καὶ ἔτι αὐξάνεται ὑπὸ τῆς γῆς: ut plantas omnes amplecteretur. Audacter, inquam: propterea quòd animalia quoq; super terra crescunt: itemq; ea, quæ non crescunt, horum aliquo opus habent. Quin cœlum ipsum in loco est idoneo sibi. Nam quod hactenus persuasum fuit multis, primum cœlum in loco non esse: falsum ostendimus alibi. Omnino verò aquanimitate

mitate quadam excipienda sententia est. Non enim ex iis omnibus unum conflavit omnibus principium: sed aliud alij necessarium statuit. Quanquam & locus, & aër, aqueus humor, omnibus. Semen, æquivocè: sicuti dicebamus. Plantatio solis plantis, sed non omnibus. Et verbum φυόμενον, quod proveniunt, interpretatus sum, plus quàm æquivocè: aut illa præpositio, ἐκ. Nam quæ proventus similitudo ex loco, & ex semine, & ex materia, & ex plantatione? Materia ἐξ οὗ. Locus, ἀφ' οὗ. Plantator, ὑφ' οὗ. Semen ἐξ οὗ καὶ ὑφ' οὗ. Si quis locum malit, ἐν ᾧ: nihil mutat. Hic sicut & priore libro, ἀντὶ τῆς ἀρχῆς ῥίζα: sed pejore consilio. Nam radix propria plantæ pars. Confusè igitur promiscueq; usus est & partis, & causarum significato. At ῥίζα pars inest: ῥίζα principium extra est. φυτείαν dicere malui plantationem, quàm satum: ne cum semine confunderem. Locus verò perfectionis principium unum est. Propterea nanq; tum motus, tum quies fit naturalis. Iccirco pro Entelechia posuit sæpe Philosophus. Postquam plantarum causas recensuit & generationes, ὡς ἔχουσι: nunc aggreditur dicere ὡς τῶν μερῶν. Tripliciter, inquit, ferunt arbores fructus suos: aut ante frondes, aut cum frondibus, aut post frondes. Ponit hic ejusmodi partitionem, cujus mox causam reddat. Rectius tamen præposuisset, quàm distulit divisionem, τῶν ἀφόρων, καὶ τῶν ἀφίρων. Atque inde τῶν φυλλορροούντων, καὶ τῶν μή. Tametsi non sunt statim contraria, τὰ εὔφορα, καὶ τὰ ἄφορα: sed τὰ εὔφορα, καὶ τὰ μή. τῶν δὲ μὴ ἀφόρων, τὰ μὲν πολύφορα, τὰ δὲ ὀλιγό-

ὀλιγόφορα, τὰ δὲ μετειόφορα. *Item alia differentia*
arum, quæ alternis ferunt: πολύφορα *quidem, si con-*
rtum ſpectes proventum: ὀλιγόφορα, *ſi continua-*
ionem interceptam: quando quod ſemel tulerint uno
xtu, ad duos annos partiendum ſit. Notabimus et-
um verbum ἀκολουθεῖ. *Videtur pro eo poſitum, quod*
ſt συμβαίνει. *Sic enim Ariſtoteles. Nam ſi* προάρουσι,
on ἀκολουθεῖ. *Illud an verum ſit, attendendum: Fru-*
tum ferre prius quàm folia. Florem quæ fundant an-
e folia, ſcimus: at fructum quæ ferant, equidē in me-
noria nunc non habeo. Talem diviſionem condiamus
tiam lepidiore conatu. Plantas alias ferre, alias non.
Quæ ferunt, ad ſterilitatem mutari, loco, ætate, ne-
gligentia. Secundum ſationum tempora nonnullas
eſpondere fœtura ſtata. Veluti ſi poſt brumam triti-
um terræ mandes. Alias accelerare. Braſſicam & la-
ucam ſi quis ſerat, quo tempore ſementeſcunt adul-
æ, ſemen ſecum ferunt ex humo prodeuntes. Quædam
enè toto anni tractu fœcundæ ſunt, alium alio ſub-
unte fructu. Nonnullæ biferæ ſunt. In quibuſdam no-
elli fructus veteres pellunt. Sunt etiam, ſicuti dicebā-
nus, quæ nullis anni tempeſtatibus obnoxiæ, circui-
iones à ſatu ſuas ſervent. Cinara ſi telluri per autu-
nnum committatur, vere magna ex parte Pineam
reddet pro opera: ſi per hyemem, æſtate: per ver, au-
umno. Hæc igitur illis anteponenda: aut ſic dixiſſet:
ἔστι γὰρ φυτόν. *At interpres omnem vim corrupit ora-*
ionis, cùm ait: ἔστι τοίνυν φυτόν. *Non enim ex illo po-*
eſt hoc inferri. Quanquam & hic repetit, & mutila.

Eſt

„ Est igitur, inquit, planta, quæ radicē non habet: null
„ gerit folia. Est etiam, quæ caulem sine fructu fert, &
„ foliis: cujusmodi Chrysocome, sive Chrysitis. Sic divi
„ debamus nos. Quædam partes habet omnes: quædan
non. Harum quædam unicam, quædam plures. Tuber
enim tota radix mera sunt. Contrà, quæ radice ca
rent, duo sunt generum. Aut enim radicē habent nul
lam necessario, ut Viscum. Aliena enim radice tum ni
titur, tum alitur. Hæc est necessitas naturalis. Detra
cta nanq; Visci planta, atq; humo pacta non vivet
Parasiticas hasce stirpes appellare consuevi: quasi qua
victitent aliena quadra. Aliæ sunt, quæ non caren
quidem radice, sed carere tamen possunt: ut Sedum
atq; alia, quæ avulsa vivunt. Quæ verò sit ista mirifi
ca Chrysocome, non equidem scio. Nam quid eam non
existimem propiorem miraculo, cui sit in nomine au
rea coma, in re coma nulla? Tum alias ad partes de
ducamus divisionem. Sine ramis Juncus. Sine folio
Cuscuta. Sine flore Ficus. Sine fructu flos Iridis. Sine
utroq; Adiantum. Jam verò propositæ sententiæ cau
„ sas perpendamus. Sic scribit: Plantæ, quæ fructum
„ prius edunt quàm folia, multum pinguis obtinent
„ Igitur extenso calore, qui naturaliter inest plantæ, &
„ ejus maturitas acceleratur, & corroboratur in rami
„ plantæ fervendo. Tum prohibet, quin ab ea succus a
„ scendat. Atq; inde tum fructus, tum folia prodeunt
Tamen mihi videtur huc nullam esse allatam ratio
nem, propter quā fructus frondibus antevertant. Nam
si κωλύῃ τὸν χυμὸν ἀναβαίνειν: aut ne fructus quidem
prodi

rodibunt, aut fructus non erunt ἐκ τοῦ χυμοῦ. Neq; possumus interpolare tam duram orationem, ut dicamus, tenuiores prodire partes, quæ fructibus debeantur. Nunquam concedam, quasvis fructuum partes, quibusvis frondium partibus tenuiores. Membranas sive cutes, coria, putamina, testas contemplamini: maximam hæc auferent partem Juglandis, Corni, Ziziphi: ut Pinum taceam. In ipso quoq; vel Pruno, vel Persico est corium, & testa. At eæ prius edunt fructum, quàm frondes. Florem, inquam, prius: qui fructus inchoatus est. Tum qui fructus exeunt, quàm folia, posteriores: eorum non omnium partes omnes crassiores sunt frondibus. Palmulæ caro tenuis. Medulla Balani Myrepsicæ tenuior. Nuclei strobilorum. Quid Mora? Ergo si sumamus argumentum à tenuitate: prævenerint fructuum portiunculæ tenues partes alias crassiores. At enimvero Punicæ coriũ prodit primum longè crassius tum frondibus matricis suæ, tum acinulorum succo. Et Persicus neutiquam pinguis arbor est: antegreditur tamen fructus rudimentum frondes. Non amplius immorabor. Vos deducetis animos vestros per ipsas species ad veritatem. Inter herbas quoq; ratio constare nequit. Necesse est enim, folia prodire primũ. Hæc enim erat herbæ definitio. Et in eis tamen pingues multæ. Neq; bonus philosophus sic loquatur: Calor, aut maturitas in ramis corroboratur, inq; iis fervet. Quis dicat, τῷ θερμότητα, quis τῷ πέψιν fervere? Sed sit interpretis durius scribentis. Illud condonari nequit: Calore prohiberi succũ, quominus prodeat.

Aperit

Aperit enim calor. Deinde tot locis declaratum es
rarefacta plus occupare loci. Atq; hic posuit, &c. Qu
te testes adhibeamus bellicis tormentis: quæ tu, Min
ti, jocosè fulminalia vocitare solitus es. Ubi conce
ignem pulvis ille sulfure nitroq; constans, occupat in
mensa spatia: ut vel ferream propellat molem, vel t
bum dirumpat ipsum: interdum etiam disjiciat. V
deamus alterum partitionis membrum. Ait sic:
plantis, quæ celerius folia producunt, quid intellige
dum est? Humidorum multæ sunt effectiones. Cu
igitur Solis calor cœperit aquæ partes dispergere, su
sum trahit eas Sol, & maturitas serius evenit: pr
pterea quòd fructus maturitas non est nisi in comp
ctione. Et antecedunt folia fructus ipsos, propter a
ceßionem multæ humiditatis. Sequitur nihilosecius
sententiam suam, quam explosimus. Crassiores e
partes, quibus constant frondes. Major quoq; propositio
falsa est. Celerius in planta produci, quod tenuius es
Hoc enim tum dudum, tum alia disputatione refell
bamus. Quippe radix omnium partium maximè te
restris est: atq; ea longè omnium prima generatur. S
in animali arteriarum prius tunicæ, quàm caro, con
formantur. Finis enim primarius motor est vel artif
cis, vel naturæ. At crassiorum partium quarundam f
nis nobilior, quàm aliarum aliquot minus crassarum
Multa sunt exempla. Sed manifesta natura tum ca
nis, tum nervorum comparetur. Cordis quoq; concre
tio crassior est: cujus tamen ortus primus ac princep
partium tenuitate superatur ab adipe, parte perquà
ignav

gnava ſanè, atq; etiam ignavorum. Intueamur illud «
xactius: Moto, inquit, humore trahit ejus partes Sol «
ùrſum. Differtur itaq; maturitas. At maturitas ad «
ructum pertinet. Quæ verba vexabunt ingenia vege- «
iora. Nam ſi partes trahit, trahet tenuiores. Partes
rgo fructuum, non frondium. Præterea dicit, antece-
ere folia, τῇ προσαγωγῇ τῆς πολλῆς ὑγρότητος. Ergo
ultus educitur humor. Terræ igitur multum relin-
uetur. Quamobrem hæc futura fuerit fructuum ma-
eria. Id quod ab eo longè diverſum eſt, quod intendit.
Quinetiam, ut hoc omittamus, illud eſt animadver-
endum. Non poſſe, quod ait, evenire, maturitas ut ſit
ν τῇ συμπήξει. Nam ille terreſtris humor ſecandus
tq; coquendus erit à Sole, quo fructus exeat: & ta-
ien tunc, cũ inchoatur educente Sole, terrea ſunt illa
μπεπηγμένα. Notabimus verbum διαπείρειν: unde
oſtrum diſpergere. Poſt hæc eorum rationem reddit,
i quibus frondes ſimul, fructuſq; proveniunt: Humo- «
em illum, ſive lentorem eſſe pinguem: cujus è tenuio- «
ibus partibus edatur fructus: è craſſioribus folia. «
Quam ſententiam redarguat multarũ natura plan-
arum. Exemplum ſumatur à Roſa, ſi quis ejus par-
es mentis vi ſeparatas dijudicet. Nam ut quæq; ma-
imè terreſtris pars eſt, ita primo quoq; tempore pro-
ucitur: pediculus, alæ, turbinatus tumor ille, qui tan-
em excreſcit in capitis & nomen, & proportionem.
oſius quoq; floris folia (ſicut & alij fructus omnes)
rreſtria primùm, aërea poſtea fiunt. Ut non tam ſit
ν συμπήξει, quàm ἐν μανώσει maturitas. Hoc autem

ex Aristotelis principiis à Conciliatore & aliis dispu-
tatum est: Concoctio sitné per inspissationem, an per
rarefactionem. De hoc alibi. Tantum illud hîc: Non
esse tutum illis perfugium, qui ventriculi operam ne-
gant esse coctionem: præparationem ajunt ad coctio-
nem. Hoc gladio putarunt se posse solvere Gordianum
illum nodum, quo captiva teneri Philosophi sententi-
videbatur. Nam in ventriculo nemo nō videt succum
quàm prius erat in cibo, liquidiorem. Nec judicium
Conciliatoris satisfacit. Quemadmodum sit id acci-
piendum, diximus suo loco. Falsitatem hujusce nov-
sententiæ videamus. Omnis motus quæq; pars cui
parti univoca est. Omnis pars alterationis alterat
est: augmenti augmentum: τῆς κατὰ τόπον φορᾶς
φορά. Actio caloris naturalis in cibum, ut fiat succus
in succum, ut fiat sanguis: in sanguinem, ut fiat ros
in rorem, ut fiant aliæ tres illæ θρυλλούμεναι humid-
tates: in hasce, ut fiant corpus: hæ, inquam, omn
actiones alterationes sunt. Eadem materia, idem
gens: idem finis: idem motus igitur genere, subin
procedens per species aduſq; ultimam. Scilicet alter-
tio una per hanc specialē, & hanc, & hanc perfectib
lis alterationem. Non enim fit in ventriculo, sicut
cacabo præparatio. Sed idem calor, sui similis, uno t
nore, dissimilis tantùm instrumentis. Ut ad rem r
deam: noster hic arbitratus est, rerum summam in c
lore, tenuitate, tū aliis ejusmodi qualitatibus versa
At quantò melius Peripatetici, & Proclus ipse, que
equidem Platonis & Aristotelis glutinum appella
solit

solitus sum. Is enim in Alcibiade tria ponit. Primum, οὐσίαν, quam vocant ἐντελέχειαν Peripatetici. Secundum, potentiam, quam δύναμιν nominat. Tertium, ἐνέργειαν, sive actionem. Essentia dominatrix est. Ab ea fluit potentia. Ab hac actio. Essentia consensu omnium est in prædicamento substantiæ. Potentia, sive potestas, sive facultas, seu vis aptitudóve posterior est natura: etiamsi, ut vult Duns, in eodem sit prædicamento, atq; idem re cum essentia. Tanto posterior sit tarditas, & tenuitas, in obsequio, atq; adeò nexu ipsius essentiæ, cujus est proles, etiam si sit alumna. Nefas enim est, ut ex Platone & Aristotele scribit Plotinus, effectibus causas superari: ut ego addo, vel etiam æquari. Ambitus quidem par esse possit: vis non possit. Sic etiam Galenus χρείαν & ἐνέργειαν distinguit opportunè. Pendet enim actio ab ea natura, quæ in usum atq; utilitatem constituta est. Tametsi χρεία partium omnium esse quit: ἐνέργεια earum tantùm, quæ valent aliquid efficere: quam ob causam dictæ quoq; sunt officiales. Hinc scire licet, an rectè Galeni περὶ χρείας de usu partium interpretemur. Et sanè rectè: si caro ulli est usui ad fines à natura destinatos. Uti nanq; videtur ea pro partium supplemento. Scilicet ὄγκον facit, officium nullum facit. Quod si χρεία capiatur ad animalis functiones, ut quidā videntur interpretari: nulla sit carnis χρεία. Non enim utitur animal ea. Verùm ad alia. Vocant enim nos antiqui. His enim scribit iste, morē fuisse, folia quoq; fructus appellatione designare. Quos hîc antiquos innuat, non liquet. Nec malè fecit

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 452 sur 521

usus posteritatis, quæ tam ineptam sustulit ambiguitatem. Utinam verò ne scripsisset, quæ sequuntur. Ponentur ergo, ne fallant, si quid est castigandum.

„ *Cum, inquit, humor tantus est, ut concoqui compin-*
„ *giq; non possit, propter aëris ἀνάπνοξιν, & studium at-*
„ *tractionis, quæ desuper à Sole fit: tum ejusmodi hu-*
„ *mor, in quem non est excitata concoctio, alteratur in*
„ *folia, quæ nullo alio fine diriguntur, quàm humidita-*
„ *tis attractione: atq; ut sint fructuum operimenta*
„ *quæ Solis vehementiam defendant. Non igitur neces-*
„ *se est, ut eadem ratio sit & frondium, & fructuum.*
„ *Nanq; succus ascendens, ubi alteratus fuerit, in folio-*
„ *rum naturam transit.* Non me latet, quod Aristotele de vite luxuriante scripsit: quodq; dicebat Theophrastus, nimis læto solo bonas arbores degenerare, quòd succus ille nequeat concoqui: quapropter abire in deteriorem partem: opusq; naturæ quasi stare citra fines suos. Hæc ita capienda sunt: Oppressam nimio succo vim generativam subsidere, accedere oneri: non autem gradus esse concoctionis ejusdem operæ in generatione dimidiata foliorum, & perfecta fructuum. Nam tametsi succus idem est: eadem vis universalis generandi & informandi: tamen priva vis privis operibus destinata est: ut hæc flores gignat, illa folia. Nihil, inquam, fortuitum ibi, sed certis præscriptum terminis ac principiis. Diversus verò abit sæpenumerò ad materiæ copiam, vel inopiam. Cùm tamen & corpore minimo Scincus, & maximo Crocodilus in eodem humore, sub eadem figura, sub eodem genere constituti sint

sint: ut ex largissima copia materiæ semper increscentem, ut ajunt, molem sibi vindicarit altera species: ex eodem altera thesauro tantilla fuerit unciola contenta. Adianti quoq; tres illæ notæ species ex humore prognatæ, atq; in humoris vi educatæ, siccæ adeò sunt, ut omne sui ortus, hoc est humoris, commerciū respuant, ac societatem. Noster verò plantarius philosophus admodum materialis est. Proinde quasi ludat tesseris, si non cadit Senio, patiatur jaci Canem. Nihil magis ridiculum, quàm putare, totam naturæ molitionē comparatam ad fructus creationem. Id si patrare nequeat, convertat ad frondes operam: ac tanquam in diverticulo merendam capiat: quia non licuerit ad hospitem cœnare. At enimvero natura eadem quam ob causam non omnes fructuum partes esculentas fecit? sanè propterea quòd alium finem cutis habet, alium putamen, alium nucleus, alium alia: stipes, radix, cortex, rami, deniq; frondes ipsæ. Quid, quod & alibi sæpè, hac item parte sibi contradicit? Constitutas enim frondes ait fructuum præsidio. Id igitur agit consulto natura, non autem frustrata spe operis atq; officij prioris. Et quædam profectò plantæ succisiva opera, neq; ex proposito, sed per accidens generatæ viderentur: nimirum quæ nullum ferunt fructum. At quotus quisq; vel è plebe philosophorum putet, naturæ condenti Scolopendrium ad fructum defuisse materiam? Aut, ut acutius dicā, superfuisse: quæ iccirco permanens incocta pòst abierit in folia? Sed formæ ipsi, pro modo rationeq; virium, quantum materiæ deposcitur à fine, naturæ consiliis

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 454 sur 521

atq; opibus est attributum. Satis est hoc à philosopho-
rum principe tum in libris universalibus, tum in pri-
vata historia declaratum. Nam in quarto de Cœlo,
formam dicit esse ducem perfectionemq; materiæ. τὸ
μὲν περιέχον εἶδος, τὸ δὲ περιεχόμενον τῆς ὕλης. Sic
in secundo Physicorum, τῶν πρός τι esse materiam,
propterea quòd ἐν ἄλλῳ εἴδει ἄλλη ὕλη. Non alio modo
alia, nisi quia recipit à forma, ut sit hoc aliquid. Va-
riatio igitur & alietas est fundamentum τοῦ πρός τι:
ut materia sit hujus materia. Est siquidem alia: quia
aliud. Sic etiam in eodem libro de Cœlo divinitus:
καὶ ὅτι μὲν ἡ αὐτὴ, τῷ δ' εἶδει ἑτέρα. Ut secundum es-
sentiam sit in prædicamento substantiæ: secundum esse
dicatur ad aliquid. Est enim hujus materia. Quare o-
ptimè dixerat, τὸ περιεχόμενον. Ubi ne τὸ ἔχειν ex usu
vulgi pro eo capiamus, quod est, occupare tantum, sed
pro potestate ipsa efficiendi, atq; gubernandi. Quem-
admodum Plato in Cratylo τὸν ἄνακτα, καὶ τὸν ἕκτορα,
pro eodem jubet accipi: ὅτι κρατεῖτε, καὶ κέκτηται. Qua-
re serva est materia: forma verò princeps. Cum igitur
à fructu folium forma differat: etiam materia diversa
erit. Non autem κατὰ τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον τῆς πρό-
ψεως. Videmus enim post inchoatum fructum multas
arbores magnam vim fundere frondium. Esset alioqui
folium fructus incoctus: & fructus folium coctum.
Sicuti de pituita & sanguine Galenus ἀντιστρέφει. Aut
folium esset παρέβασις naturæ: sicuti vocat idem
Philosophus. Et natura cogeretur à materia: dictatore
à plebe: vel sibi illa adversaretur. At Platonis in quar-
to de

to de repub. ſcita ſententia eſt: ὑφαμὲν τῶγε αὐτῷ τὸ αὐτὸ ἑαυτῷ περὶ τὸ αὐτὸ πάντα πράτ]ειν. Hæc ſunto ex præceptionibus univerſalibus. Reliqua deinceps è privatis narrationibus, atq; diſputationibus. Nam in 20. ſectione propoſitarum quæſtionum, Myrtos nigras cultu mutari poſſe negat. Quo fit, ut agnoſcamus, formam conſtare, nec cedere materiæ, aut accidenti. In libro ſecundo hiſtoriarum priſcos philoſophos caſtigatos, qui putarint, ſuperiorum dentium ordines in cornuum abſumi materiam. Quippe ſi ita ſit: vitulo cornibus avulſis, aut exuſtis, dentes ſuperiores emerſuros. Homo, cui maximum ſit cerebrum, unde tum dentes, tum cornua confieri queant, eſto corniger. Balænæ quoq; huic Cantabricæ, cui dentes nulli, vaſtiſſima ſunto cornua. Non deſit enim materia. Igitur Ariſoteles cum τὰ ἀμφιόδοντα carere cornibus, quia dentes haberent ſuperiores, ex veterum ſententia prodidiſſet, emendavit addita hiſtoria: Nonnulla eſſe, quæ dentibus careant ſuperioribus, quibus tamen nulla ſint cornua. Ibi nominat Camelum. Non eſt igitur, quod ajunt recentiores, taxari à Plinio Philoſophum: ſed ab utroq; veteres, qui ſic ſenſerint. Sequitur enim Plinius illum in undecimo, tota ſententia. Neq; prudenter iidem Plinium reprehendunt, qui Cervarum attulerit exemplum. Sic autem inquiunt: Non eſſe in Cervis naturæ defectum, ſed occaſione ſexus evenire, careat ut Cerva cornibus. Tentaſſe nanq; naturam in iis quoq;, ſicut in maribus, quod erat proprium ſpeciei: verùm materia defectam. Hæc illorum opinio. Quaſi

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 456 sur 521

verò natura ſit alia, quæ materiam ſuppeditet: alia, quæ materiam depoſcat ſibi: tanquam Aeneas ab armigero Achate, cum oppreſſus hoſtium vi dicit: Suggere tela mihi. At enimverò exiſtimandum eſt: materiam facilius ac parabilius præſto eſſe, quàm imponi formam. Operoſior enim hæc. In Cerva igitur ſi vis ineſt informatrix, unde ſumat, quod, quantum opus habet, nihil ei defuturũ puto, modò ſit ab infinita illa poteſtate certus præſtitutus finis. Cornua verò non debentur Cervinæ ſpeciei, ut Cervi ſpecies eſt: ſed ſpeciei in mari tantùm: ſicut mammæ, matrix, in fœmina tantum: omninò verò membra, ſeminaq́3 genitalia, altera in alterutro. Profundius hæc ita conſiderabuntur: Haſce differentias duobus eſſe modis. Unus modus, ſecundum habitum utrinq3 poſitum: ut membra virilia, & muliebria. Alter modus, ſecundum habitum, & privationem: cornua, non cornua. Rurſus digeramus ad hunc modum: Differentiarum aliquas eſſe formales: eæ ſpecies conſtituunt, neq3 variantur: ut ſpirare, ſentire, moveri, intelligere. Quaſdam materiales, quæ in ſpeciei principiis poſitæ, non in iis conſiſtunt, ſed partim in alterutram, ut membra generationis: partim in alteram præcisè partem demittunt ſeſe, nec quærunt alteram: ut Leonum jubæ, Cervorum cornua. Quid? Videamus quot luſerit natura modis. Dentata in anteriore mandibulæ ſuperioris parte, non cornuta: Leo. Cornuta, non dentata: Bos. Neq3 cornuta, neq3 dentata: Camelus. Cornuta & dentata: Indicus Aſinus. In utroq3 ſexu cornuta: Bos.

los. In mari tantum: Arietes noſtrates. In fœmella antum: Arietes Africani. Non ſunt igitur vel jubæ, el cornua ſpecierum differentiæ: ſed ſicut par & im- ar in numero. Omnium verò ſtultiſſimum, quod pro- tentur: Naturam materia carere ſolo Cervæ ſexu. Jam quotidianum naturæ opus queat ab aliis operi- us ejuſdem mutari, differri, intercipi, impediri: At um primordiis Mundi ſpeciem inſtitutam, quare in naſculo integram, in fœmella ſemper mutilam dicas b inopiam? Non habuit in penu ſua Deus materiã, um Cervam fabricabat, unde depromeret ad cornua. unt verò conjunctiones atq; neceſſitudines ſuperioris aturæ cum inferiori cohærentes adeò, ut una tantùm it Sapientibus, non duæ: ſed intellectionis imbecilli- ate duæ, non una, cenſeantur. His iiſdem de cauſis nalè eſt à philoſophis pronunciatum: qui naturæ pro- poſitum dicerent, ſemper marem generaturire. Quod id opus perficiundum cum impediatur, quod eſſet reli- quum, fœminam, quaſi hoſtiam ſuccidaneam ſuppo- nere. Haud negamus, eſſe marem, quàm fœmellam, majoris operæ. At Hominem quoq; perfectioribus eſſe conſtitutum principiis, quàm Leonem. Ad Leonem ta- men non divertere: quaſi cum ſit hominis fruſtratæ creatione. Sic in Timæo Plato fœminæ virum cùm an- tepoſuit, agnovit ex comparatione ſtatum conditio- nis: non autem conſtituit operæ gradum in officiis na- turæ. Ibi, inquit ille, viros, qui à fortitudine degenera- rint, ſequente ſæculo mutatos in mulieres. Quin ſimul utrunq; dicit aliquando creatos ita, ut unum fuerint

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 458 sur 521

corpus. Disjunctos postea, quo more nunc sit à natur
Ubi voluit ille sub iis ambagibus æqualem finem pro
positum consiliis illius. Hanc disputationem colligi
mus ex summis Metaphysicæ principiis. Quæ Sapien
tia cùm Deum rerum omnium autorem censeat, eun
demq; omnium item rerum formam quodammod
dicat: necesse est, ut quantum formæ aliæ distant a
illa prima forma nobilitate, tantũ à formis hisce ma
teria. Quod verò pertinet ad præsentem contemplati
nem de fructuum ac frondium generatione, ne nos mo
veat, quod in vigesima sectione scriptum est. Rhapha
no, inquit, hybernis temporibus si adimantur folia, sc
lumq; desuper paviatur, ne descendat aqua, grandi
sima radix æstate fiet. Nam tametsi videntur verb
hæc eandem radici foliisq; materiam constituere: hau
tamen ita est. Sanè succus à terra materia longinqu
& communis esto. Negatis foliis foliorum creatrix v
in otio est. Succus, qui non ascendit, virtuti radic
auctrici transmissione frustratum reservatur: atq; it
crescit. Nunquam tamen dixerim, succum illum, e
quo radix continuò futura fuerat, porrò coctum,
maturatum, sese in folia daturum, si permittatur. Se
communem massam rudem atq; inchoatam edu
statim, atq; alterari ad transmutationem, fieriq; ma
teriam secundam, aliam pro radice, atq; in radicem
aliam in alia. De foliis quoq; minus bene loquutus es
„ ἃ δὴ οὐκ ἔχουσιν ἄλλον σκοπὸν, εἰ μὴ ἐφέλκωσιν τῆς ὑγρ
„ τητος. Nam si folia nullum sibi proponunt alium f
nem, prater humoris attractionem: igitur folia sun
excr

xcrementa. Excrementa nanq; nullum habent ſinem
ſa, niſi humoris attractionem: ut pili quidam. Qui
on alia de cauſa ſunt: niſi ut ne ſint. Pili muſtacei
reſcunt, ut tondeantur. Facti ſunt à natura, non ut
liquid facerent, ſed ut aliquid fierent. Longè ſanè no-
ilior eſt eorum conſtitutio, quàm fumus, quo ex con-
reantur. Quanquam ne id quidem, tametſi tum A-
xandri, tum eſt Theophraſti jactatum autoritate,
robatur mihi. Folia præſidij nomine condita: quibus
ſſet munimentum fructibus ab incommodis. Omitto,
uæ ſuprà commemorabam, argumenta multa. Com-
lures ſunt plantæ, quæ nullum fructum ferunt, folia
erunt. Ergo non propter fructum. Enati flores ſinu fo-
iorum tutela plerisq; in arboribus, longè ſanè imbe-
illiores, quàm fructus ipſi: quantò verò propiores in-
uriæ? pruinis extremæ brumæ, veris imbribus ineun-
is. Non igitur folia fructuum cauſa. Hoc unum ſit:
illud alterum. Si per ſe, ſi primò, fructus ad propaga-
tionem, foliis prohibetur, quin matureſcat: propaga-
tio fieri nequit ſine maturitate: folia non ſolùm non
afferent ullum juvamentum, ſed etiam impedimento
erunt. Sin ſecundo loco, naturæq; inſtitutis iidem fru-
ctus ſunt ad animalium cibum deſtinati: jam hoc
quoq; frondium frequentia corrumpitur beneficium.
Quocirca ſtringuntur vites, propterea quòd obſunt
frondes. Quo in rerum genere mihi quidem videtur
naturæ conſilium multo callidiſſimum: quæ ultrò au-
xerit hominis ſtudium, non tam neglecta, quàm reli-
cta parte operis ei, cui theſaurum apparârat. Ad hæc,

uen

non omnes fructus ſub foliis. Poſtremò fructuum o
mnium maximè utile ac neceſſarium nullo ejuſmod
munimento tectum eſt: Triticum, inquam: ſicuti n
frugum quidem alia genera: quæ tam curioſa judici
non mediocriter hoc in negotio vexare poſſunt. Hin
ex olearum hiſtoria diligentius proſequitur ſenten-
„ *tiam ſuam. Nam, inquit, quod humor hic ſit folia*
„ *maturitas autem flos: ex olea patet. Aliquando nanq*
„ *contingit certis annis, ut ſterileſcant. Suffecta deind*
„ *materia fructum ferant, ſolito proventu. Hoc nos tan-*
tum abeſt, ut negemus, ut etiam pro nobis facere con-
tendamus. Putantur ſanè vites: nempe quo ſucc
quantitas uvis ſufficiat, neq; vel in brachia, vel in
frondes diſtrahatur. Cæterùm haud ita eſt: ut quo
anno ſterileſcunt oleæ, non fiat ſuccus idoneus ad fru-
ctus confectionem: propterea quòd ulteriore opera
quàm pro foliis illum percoquere nequeant. Sed vi
ipſa fructificans prioris anni ſedulitate fatigata, ſe-
quenti effœta conquieſcit. Eſt enim, quod & alibi di-
cebamus, hoc omnibus materialibus commune rebus,
ut agendo fatiſcant. Sic intelligenda ſententia eſt
Theophraſti, hæc eadem prædicantis in primo de cau-
ſis: Frondibus luxuriantem minus ferre fructuum. Et
in quinto: Paucas extare frondes Amygdalo, quæ fru-
ctus ediderit uberiores. Concludetur ex illis contradi-
ctio deprehenſa. Fructibus exiſtunt præſidio frondes:
Ubi nullus fructus, frondium plus. Pro inſuavibus illa
„ *verba notanda ſunt:* ὅταν ἡ φύσις πέψιν ποιήσῃ, ἀνα-
„ *καύσῃ πρώτως ἐκ τῆς λεπτότητος, ὅπερ ἔκπαυσιν ἐκ*
τῆς θερ-

ῆς θερμότητος. *Asperitas ea sic lenietur: Educi fru-*
um de tenuioribus partibus, quas non absumpserit
ilor. Dixerim, ἐπαύθη: *factum est, ut deficeret.*
Iam κίνησις *suprà ponebatur pro generatione. Iccirco*
uotus privatio, pausa, dicta est hic: qua voce veteres
tebantur. Id si quis aliter interpretetur: more nostro
itis habeamus, & acquiescamus: sequamurq; liben-
issimè doctiorem. Neq; enim vel ego moror hæc, vel
sa me morantur, in quibus divinatio, quàm judi-
um, potior est. Oratione scabiosa semper ungues no-
stri fiunt fœdiores.

Enarrat deinceps alias partes certarum specierum: «
pinas scilicet: quas esse ait è genere plantarum, eodem «
inè, sed non ex eadem natura. Ita φύσιν *capit hîc pro* «
becie: ut sit minor, quàm genus: non admodum scito «
onsilio. Et ait: in ejusmodi plantis raritatem inesse «
uandam, per quam ascendat humiditas frigida, quæ «
olis concrescat vi. Quorum verborum partim inepta, «
partim falsa sunt. Ineptum: quando tanquam rem
nysticam profitetur: humoris commeatum per cor-
poris spatia. Deinde contrà, quàm statuit, intelliga-
nus. Profectò densiores sunt arbores spinosæ, quàm
quæ spinis carent in eodem genere. Exemplo est Pyrus
ipsa manifestò. Ex feris translata locis, adhibito cul-
tu deponit agrestem illum habitum simul cum acu-
leis, quos adulta tulisset: simul laxatur illa densitas,
quæ videtur in ejus popularibus, unde transportata
fuit ad naturam meliorem. Neq; assentiendum super
illo humore, quem frigidum profitetur. Quin stirpes

qua-

quædam, quoad frigidiuscula sunt, nullam spinam ge
runt: ubi per ætatem provectiorem tum anni, tu
suam concaluere, ibi verò tandem aculeascunt. A La
ctuca petatur hoc: quæ per id tempus calorem prodit e
amaritudine. Cinara quoq; satis est calida. Nec Eryn
gium testatur aliud: nec tacet Aloe: tum Urticæ mor
sus pertinacias omnes expugnabunt. Et opinionem
hanc sub triumpho sensus captivam ducent. Verb
verò illa, καὶ μετ' αὐτῆς βεβηχώα διάκειται, satis ob
scura sunt, nisi sic accipiantur. Humoris haud multi
prodire: sicut fit in ramorum generatione. Rationem
simul reddit, quam ob causam sit aculeis figura pyra
midalis. A crasso nanq; prodeuntes attenuantur i
„ mucronem. Propterea quòd aër, inquit, paulatim
„ plantæ circunfusus, ejus auget partes cum intensione
„ materiali. Id quod plantis item ipsis evenit: Tenuior
„ nanq; cacumine sunt. Cæterum minus plenè hujus ex
plicasse rei causam visus est. Neq; verum arbitror, au
geri plantas aëre circunfuso: sed animæ vim auctri
cem id efficere Sole adjutam. Figuræ verò causa vide
tur in spina esse: quòd basis alimento propior est, atq
iccirco latior. Sic & racemorum facies, & Strobilo
rum. Deniq; omnis stipes talis est. Quanquam Pyri
& Cucurbitis contraria ratio. Excrescunt enim in ex
tremum magis: at neq; Cucumis, neq; Pepo. Nam
Ovi lex alia. Posterior enim pars minus ampla, quia
premitur inter exeundum. Jam hinc verò transeun
dum nobis est ad affectiones, à coloribus initio sum
pto. Ut ab his quoq; privatim nova materia, nova
capitis

apitis inſcriptione deſignanda ſit. Plantis omnibus «
eberi viriditatem natura ſua, quaſi rem commu- «
em. Videamus, inquit, interior albedo quemadmo- «
um communis eſt, ita foris viriditas. Hujus rei cau- «
a: Quod utuntur materia propiore, magisq; cocta. «
Quò igitur viriditas omnibus in plantis inſit, oportet, «
t materiæ trahant, & : refaciant arboris lignum. «
arvam tum efficit calidit. coctionem: & humoris «
liquid remanet, qui foris apparet. Atq; hæc eſt vi- «
iditas, quæ in plantis invenitur: niſi major fiat co- «
tio. Mediocris autem in folius eſſe debet, & in lignis «
oteſtate. Hæc autem viriditas non corrumpitur, ſi «
humor exiſtat in ea, qui ſit è genere terræ. Fit igitur «
ex utrisq; his color ille viridis. Argumento ſunt arbo- «
ris cortices, qui nigreſcunt areſcente illa. Intus autem «
atri ſunt. In arboribus igitur inter duos colores viridis «
color ſit in earum ſuperficie. Sententiæ ſummæ eſt hæc: «
Omnium affectionum communem eſſe maximè plan-
tis viriditatem. Ejus autem modū ponit ſic: Inter can-
dorem, & nigrorem. Ab humore verò cauſam. Ejus af-
fectionis eventa ponit. Interire in quibuſdam: in alis
perpetuari. Idem à partibus. Propterea quòd aliuſmo-
di ſit in cute arborum: aliter in foliis. Et à loco. Quip-
pe non interior, ſed exterior. At hoc ſubtilius perpen-
damus. Pallent enim quædam moritura. Alia contrà,
pallor occupat ineunte ætate: porrò adulta virent. Ta-
lis Buxus. Præterea ne credamus, intus omnes albeſce-
re. Sandali rubri ſunt, & Braſilum. Fuſago, & Sco-
tanum, lutea. Varium Agalochum. Niger Ebenus.

Tere-

Terebinthus, Sorbus, Larix, Juglans, Pyrus, aliæ multæ non albæ. Nunc propositiones ipsas contemplemur. Ut communis, inquit, intus albedo: sic foris viriditas. Ergo non est κοινότατον viriditas: si respondet albedo. Quin albedo major. Superficies enim non æquatur interiori toti corpulentiæ. Ratio, quam dicit, ut intus albedo sit, foris viriditas, hæc est: Quia, inquit, interior natura propior est, ut coquatur. Ergo viriditatem retur à defectu coctionis. Nihil hoc alienius à veritate. Nam folia suum finem coctionis hunc habent. Alioqu semper essent imperfectum ens. At videmus nullum alium præterea colorem assequi. Contrà potius appetente alio colore corrumpi. Sic moribundæ Vitium, Ruborum, Malorum frondes rutilant. Adhæc, extima sunt aut æquè cocta, aut si differunt ab intimis, coctiora sunt necessariò. Aëre nanq; juvantur, & Sole. Tamen æquè cocta putandum est. Plantæ nanq; vix coctrix æqualis est pro partium ratione: sibi quidem similis, subjecto dissimilis. Tum autem durior extima pars: Ergo cocta magis. Item aridior. At ab humore molle fit, qui calore nequeat expugnari. Etenim exteriora omnia sicciora. Pro munimento nanq; data sunt. Ita constituuntur ab efficiente illo, propter finem hunc. Postremò si viriditas esset propter μόλυνσιν sive incoctionem: semper essent immaturi fructus quidam: ut in genere Malorum, Pyrorum, Prunorum, Cucumerum, Peponum, Anguriarum, & aliorum multorum: qui nihilominus & maturi sunt, & edendo, & dulces. Cretenses uvas prestantissimi vel Pramnij, vel conge-

ongeneris vini matres, semper acerbas credideris ex
olore. At illæ tum suavissimæ, cùm nectar illud fun-
unt, prope quod voluit ille vetus Jupiter nasci: ut es-
t unde lautè suos acciperet undecim epulones. Multis
iis in fructibus hæc observatio necessaria est. Albicant
itio, aut pallent: deinde viresc unt: postea nigricant,
ut rubidi fiunt. Ergo si, ut ait, viriditas est inter al-
edinem, & nigredinem: sanè erit mediocris inter co-
um, & non coctum. At candidum à coctione fieri
arrabat. Coctum tamen in exemplo est nigredinis,
on coctum albedinis, ut in fructibus ostendebatur.
ost hæc quæ sequuntur, falsa sunt: ἵνα ἡ χλοιρότης
ν πᾶσι τοῖς φυτοῖς. Non enim in quibus dicebamus.
ec in Aspalatho: nisi Aspalathum Scotanum est. Ne
eam nunc è scopulis Coralium. Planta nanq; est. Ex
ortis autem Atriplices, Betas, Blita: ex areis medica-
nentariis Bistortam, Cyclaminum, pictas albo Ser-
entarias: ex aggerum toris Carduum argentatum,
rgentariam, Cottonariam. Infra verò causas horum
ose quoq; digerit. Reddenda fuit hîc, quam posuimus
libi, causa, quare sint in umbra Rubi pallidi: aliæ
lantæ in opacis tantò viridiores. Quamobrem rube-
cant autumno folia, Mali, Rubi, Vitis, Opuli. Ex
uibus agnoscamus albedinem in multis abesse longius
maturitate, quàm virorem. Vel cum seminum me-
dullam videmus candidam prius in viridem transmu-
ari plantam. Nempe fit hæc ulteriore coctione colo-
atio. Semen enim diximus alibi plantam esse inchoa-
am. Pessimè verò illud: αἱ ὕλαι ἕλκουσι, καὶ αἱμᾶσι τὸ

ξύλον. *Quis enim attribuit unquam materiis actio-*
nem, vel attractionis, vel rarefactionis? Ait verò e-
humore terreo fieri viriditatem: non malè. Arescent
ergo cortices nigrescere: propterea quòd terrestre ma-
net: abit aqueum. Aquam enim viriditatis esse ma-
tricem diximus aliàs: unde fit in subgrundiis ad pari-
tes muscosa cutis: quæ resiccata paululum conficitu-
impluviatus color. Non tamen iccirco sequitur, ver-
esse, quod ait iste de coctione diminuta. Neq; enim pl-
coctus chylus, quàm sanguis. Lac autem, quàm san-
guis, coctum majus, productiore, non intentiore cocti-
ne: sed caloris facultate remissiore. Itaq; plus habet a-
ris, minus ignis. Sic agitatum albescit oleum concep-
aëre. Ita nix: ita semen genitale ex sanguine. De colo-
ris constitutione, actu, potentia, visibilitate, luce, lu-
mine, satis alibi disputatum est. Inter quæ illud à vul-
go alienum. Hanc enunciationem, aër est lucidus, ali-
modo sustinere prædicationem, quàm illam: paries e-
albus. Phrasin attendamus. Mollissimè nanq; dixit,
χλοάζουσα χροιά. *Virescens color, pro viridi. Et* ὀφείλε-
quasi debitum à natura. Quod autem hîc appella-
πεῖγμα, *sit potius* πάθος. *Alterum genus aggreditu-*
„ *affectionum, figuram: cujus modos assignat tres. Quæ-*
„ *dam, inquit, ascendunt: quædam descendunt: quæd-*
„ *medium petunt. Quæ se attollunt, in iis esse naturam*
„ *in medulla, quæ calorem ad sese trahat. Igitur in me-*
„ *dullæ raritate comprimere aërem, atq; iccirco turbi-*
„ *nari, scilicet ignis modo, qui levitate sua cacuminatu-*
„ *in Pyramidis figuram. Quæ verò descendunt, harum*
meatu

eatus compingi. Ubi ventum sit ad coctionem, tunc «
moris materiam condensari: quo in humore medul- «
sit. Inde sursum exit tenue: reciprocat humidū de- «
sum. Movetur enim à propria gravitate. Quæ verò «
nt inter has, earum humiditas attenuatur: propte- «
a quòd natura boni temperamenti propior sit coctio- «
. Tum meatus mediocres sunt. Extenditur ergo ma- «
ria tam sursum quàm deorsum. Est autem sub plan- «
prima coctio. Secunda in medulla, quæ à terra exit, «
g, existit in plantæ medio. Postea divisio fit, quæ e- «
nit à secunda, non à prima coctione. Tertia verò co- «
io in animali est. Nō enim fit hæc coctio, nisi propter «
turæ secretionem in membris, & naturaliū distan- «
ā inter se. Quibus verbis habemus explicationē mo- «
rum trium, primo loco. Deinde περὶ πέψεως judi-
um, secundo. Cæterùm primum ac maximum erra-
im est, cùm attribuit ascensionem ac descensionē fi-
ræ. Hanc enim veterum opinionē de naturæ diariis
letā ostendimus à Philosopho. Tam enim ascendens
uam descendens ejusdem figuræ queat esse. Itaq; Rha-
ani, tum stipes, qui sursum, tū radix, quæ deorsum
ndit, pyramidalis est. Atq; ita pyramidales ambo:
æc ut illā superet faciei manifesta delineatione. Tan-
pejus cum ipso agatur: cùm medias plantas, quæ
neq; ascendunt, neq; descendunt, iccirco putavit ab u-
risq; diversa figura esse. Dicet ergo plus ignis obtine-
, quæ sustolluntur. At hoc falsum est. Altius nanq;
axus attollitur, quàm Persicaria. Et acriores sunt vel
pathulæ, vel Iridis, vel Acori Scythici, vel aliarum

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 468 sur 521

complurium radices, quàm ſtipites. τὸ κάτω intelligi medium, aut ad medium. Sic Ariſtoteles: ſic Timæus Locrus, τὸ κάτω, καὶ τὸ μέσον ταυτὸ, ὥσπερ τὸ ἄνω καὶ περιφέρεια. Plato verò etiam confutat eorum opinionem, qui imam cœli circunferentiam τὸ κάτω arbitrarentur. Negat enim, in orbe perfecto, cujuſmodi Mundus eſt, τὸ ἄνω, καὶ τὸ κάτω: id eſt, ut Veteres loquebantur, ſus & de. Munit autem ſententiam hanc verbis hiſce: εἰ γάρ τι σφαιρὸν εἴη κατὰ μέσον δὲ παντὸς ἰσοπαλὲς, εἰς οὐδὲν ἂν ποτε τῶν ἐσχάτων ἐκφύγοι, διὰ τὸ πάντη ὁμοιότητα αὐτῶν. τὸν δὲ κάτω, πρὸς ὃν φέρεται πάνθ' ὅσάτινα σώματος ὄγκον ἔχει. Ubi cavendum cenſeo nobis ab illa voce, ὄγκος. Significat enim molem, aut corpus, omnino quantitatem: at non continuo in horum quopiam βάρος. Ignis ὄγκον habet, βάρος non habet. ὄγκος cujuſcunq; corporis eſt: βάρος non cujuſcunq;. In animalibus aliter τὸ κάτω ſtatuitur ab Ariſtotele. Non ſanè venter in piſcibus, reptilibus, quadrupedibus. Hoc ille vocat ὕπτιον. Quæ verò caudæ propiora, & ejuſmodi, τὰ κάτω. Non ad univerſi rationem partium ſitum referens, ſed ad corporis conſtitutionem. Sic τὸ ὕπτιον in foliis Theophraſtus. Theodorus recténe ſit an ſecus interpretatus, alibi diſputatum eſt. Autor autem malè loquutus hic eſt, quod ſentiebat. Natura, inquit, eſt in medulla, caloremq; trahit. Et falſum æquè: Rariorem naturam plus trahere. Sambucus enim, & Ferula, grandiſſima: Terebinthus & Gajacum eſſent minima. Tum autem ſi creſcit, quia medulla trahit: at dum creſcit, medulla

quoq;

uoq3 creſcit ipſa. Fit igitur. Quod autem fit, non eſt. Quod nondum eſt, nondum trahet. Trahet quidem propter ſe, ut fiat: non trahet propter alia, ut illa fiat: quippe ipſa nondum perfecta eſt. Neq3 trahet, ut mittat: ſed vis attractiva in omnibus partibus eſt, quæ ſibi quæq3 trahit. Quod verò denſitas & raritas nihil faciant ad magnitudinem comparandam, patet ex Fungis & Quercu, ſi inter ſe comparentur. Sed neq3 ad celeritatem. Simul enim tum carnes tum oſſa creſcunt. Neq3 verò magis in acumen calidæ plantæ faſtigiantur, quàm vel humidiores, vel frigidiores. Lactucæ, Taxi ſtipites contemplemur. Néve mucronis cauſam tutò nos poſſe reri, exiſtimetis. Aſphodeli, Ari, Allij, Dracontij bulbos orbicularibus globis reclamare, palam eſt. Tribulus autem non uno mucrone infeſtus eſt. Planta ſanè aquea tum natalibus, tum ſapore. Piperis grana, & Agnicaſti rotunda. Non igitur evenit ab igni, ſed à forma. Ad hæc, ignis figura non eſt pyramidis, ſed globi: ſi qua tamen debetur illi, non propter ſe, ſed propter Univerſum. Neq3 enim ejus propria eſt, ſed cum cæteris elementis omnibus communis propter locum, non propter formam ſuam, neq3 propter finem. Elementi finem intelligo naturalium corporum conſtitutionem. Nam quod ignis hic noſtras Pyramidem imitetur, ejuſce rei cauſa motus eſt: Siquidem tenuiores partes celerius aſcendunt: graviores ab imo fuſæ reſtitant: mediocres antecedunt has, illas ſubſequuntur. Sed & alibi demonſtratum eſt, neutiquam pyramidis figuram ignea deberi naturæ propter celeritatem. Mo-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 470 sur 521

biliora nanq; ſunt corpora ſub facie globi. Nihil enim eſt quod offendat. In pyramide latera ſunt ad baſim aut ſaltem latus unum, multorum inſtar laterum: u natura fert circularis. Animalia quoq; nos docent eju ſententiæ vanitatem. Neq; enim caput pyramidis imi tatur naturam. Et ima ſerpentum pars, nimirun cauda potius eam refert. Et illud à veritate prorſus a lienum. In iis, quæ deſcendunt, obſtrui medullæ mea tum materiæ denſitate, quando coquitur. In Rhapha ni ſtipite rariſſima medulla: item in Rapis: quorun tamen radix grandiſſima demittitur. Neq; id verius Tenue ſurſum appetere: humidum deorſum. Acriore enim, ſicuti dicebamus, atq; odoratiores ſtipitibus ſui radices non paucæ. Et Rhaphani mucro imus long mordacior eſt, quàm radicis corona ſumma, de qua ſtipes exit. Et illud putidum: Gravitate moveri deor- ſum. Non quòd negem, in radice multum terræ conti- neri. Verùm, ut hoc concedam, ita illud objiciã: plan- tarum radices quarundam, quàm ſui ſtipites ſint, eſſ laxiores. Habemus Zinziber ex peregrinis ſcapo fir- mo, radice rariore: ex noſtratibus Ben rubrum. Ne nunc objectem fructuum partes, tota ſemina, compa- ctiore ſoliditate, quàm quali conſtent radices. Vel Ju- glandium teſtulas, vel Perſicorum, vel Olearum, vel Palmularum oſſeos lapideoſq; nucleorũ amictus con- ſideremus. Deniq; Lithoſpermon: unde & nomen. Cum Strobilorum ſquammea lorica illa quævis radix conferatur: quota pars erit hujus ſoliditas cum illa comparata? Grave igitur etiam aſcendit. Fit enim opus

opus illud à vi, ſicuti diximus toties, diſtributrice: quæ & terram ſurſum levat, & ignem deorſum vel pellit, vel trahit. Terræ ſcilicet, atq; ignis domina, Domini ipſius opificis primi juſſu. Non enim dubito, vos exiſtimare, non alium rerum eſſe conditorẽ, alium qui condita tueatur, ſpiritum. Et illum, ubi iſta condidit à ſeipſo, qui à ſe non poteſt abeſſe, ab his abeſſe noluiſſe. Deus Deus, ô viri optimi, neq; otioſus, neq; negotioſus, neq; in opere, neq; extra opus: ſed ſine opera operis caput, principium, medium, finis, totum: &, ut uno verbo omnia tum expleam, tum ambiam, tum ſuperem: Ipſe, cujus ſimpliciſſima atq; indiviſibili ſui intellectione, ſicuti facta ſunt univerſa: ita ſuũ quæq; finem atq; ordinem omnia nanciſcuntur. Elementorum autem ratio cùm ita ſit: eſſe per ſe, ut propter aliud ſint: ſcilicet ob corpora, ſicuti dicebamus, naturalia: tametſi propriis formis ſuorum locorum ſedes, ſuam quodq; appetunt: tamen obſequentia nobilitati finis ſui, meliorum ac nobiliorum formarum imperio parent. Ut non tam in capite ſit ignis Apibus, quàm in ſpiculo, quod earum pars eſt infima. Obſtrepit deinde philoſophiæ legibus, ubi coctionem tripartitur. Primam ponit ὑπὸ φυτὸν. ſic enim loquitur: alteram in medulla: tertiã in animali. At enim haud queat ita diſponi, ut ſit πρώτη, δευτέρα, τρίτη. Non enim ſunt in eodem. Ea ſanè quam ſtatuit in animali, quónam ordine ſit in plantis tertia. Aut ſi extra plantas eſt, quomodo tertia eſt? In animali verò, quæ coctio eſt, nec in planta eſt? An intellexit ſpiritus, qui dicuntur à

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 472 sur 521

medicis animales? Hoc si ita sit, erit etiam quart. Plus enim distant spiritus, qui sunt instrumenta a intellectionem, & memoriam, à sensoriis spiritibus quàm ipsi longè sunt à spiritibus animalibus, qui sun in planta. Majus est intervallum inter hominem, & ostream, quàm inter ostream, & quercum. Præterea quid est ὑπὸ φυτόν? Nónne & φυτὸν medullam pr parte statuit? Quónam igitur modo illa: aut quid aliud, sanè quidvis, sub planta est? Si radicem intellexit, malè loquutus est, cùm à planta radicem separavit. Quòd si tertiam coctionem accipiamus pro ea quæ fit in membris, magnopere considerandum est, an in plantis ulla sit hujus naturæ proportio, quæ deducit coctionis opus ab ore ad cutē usq3. Profectò radix tametsi oris vices gerere dicatur ab omnibus propter suctionem, tamen primores ejus partes cohærentes ipsi terræ videntur hanc sustinere proportionem. At interiores pro ventriculo sunt. Et est, ubi Aristoteles ad ventriculi referat officium: quasi ponat ibi primum vestigium concoctio. Altera igitur æquè in venis erit, sine ullo jecore: sicut in animalibus quibusdam, quæ membrum non habent illud: quemadmodum nonnulla alia, quibus sine testibus vasa sunt seminalia. Tum à venis in membra perficietur hæc tertia, quam temerè stirpibus abjuratam, solis consignat animalibus. Et jam fluctuat in priore sententia, qua negabat, plantas habere partium distinctionem. Quin commune humidum quoddam attractum in radicem mutatur ibi primum ad ejus privata commoda. Inde in medullam

atq8

tq; alias partes actum, distribuitur in venas, unde postremò fiat alimentum verum, ac membrum ipsum. Appellat autem διάχρισιν secretivæ facultatis officium. διακριτικὴν eam nominat Galenus: διάστασιν verò φυσικῶν differentem constitutionem. Quoniam & succo, & carni, & nervis, & medullæ, & radici alius atq; alius debetur succus. Nunc plantarum perscrutatur analogiam: verùm intempestivè hîc. Nanq; statim ad motum, quem hîc reliquit, redit: tum ad figuras. Sic enim dicit, ὡς ὀπωσοῦν ἡ ὕλη τῶν φυτῶν κάτω τείνεται. Quæ meliore fato nunc omisisset, quàm distulisset. Quis enim huic assentiatur: maximam plurimamq; plantarum naturam ad descensionẽ propensam esse? At enim arbor nulla nobis comperta est, cujus radix æquali magnitudine stipiti respondeat. Fabulosam Esculum excipio: quæ utroq; tractu partes illas æquavit sibi, gentili mendaci melliti potius, quàm Melitæi senis. Natæ, inquam, sunt arbores, atq; natura habitæ plus subire, quàm demittere. Sic in manibus ungues Alexander ait magis crescere, quàm in pedibus. In homine pili frequentant superiores potius partes, quàm inferiores. Aristoteles quoq; & Aphrodisiensis idem prodiderunt, jumenta non crescere à pedibus ad genua, tam posterioris, quàm anterioris cruris. Contrà, hominem plus ibi. Hæc contemplatio persequenda est accuratius in secundo historiarum. Est autem plantis in crescendo modus. Nam quædam properant: aliæ serius eriguntur. Novellæ, quæ suapte natura festinant, udum solum, atq; uber nactæ, seipsas

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 474 sur 521

acuunt ad ea incrementa capienda, quæ ſibiipſa ſin
oneri. Eadem fortuna illis, quæ nimiis ſtudiis atton
dentur. Illæ igitur, & hæ, niſi fulturis adjutentur, eva
dunt flexuoſæ. Aliud genus, alia illarum cauſa, qu
propter duritiam atq; ſiccitatem amittunt recti ſpe
ciem. Haſce longævas eſſe ſcripſit Democritus. Minu
enim morboſas, quia minus ſiccæ ſint. Sic Aegyptio
rum crura, ſic Aethiopum à calore concurvari, ſcri
ptum eſt in 14. ſectione: ſic & crines. Ubi facetiſſim
divinus vir: ἡ δὲ ἁλότης ὄζειν ὥσπερ βλαισότης τῶν τε
„ χῶν. Jam verò intempeſtivè interpoſita verba illa vi
„ deamus. Vicinæ, inquit, plantæ ſunt inter ſe. Iccirc
„ ſunt frequentiores multis locis. Quam vicinitatẽ hu
frequentiæ prætendat, neſcio. Ridiculam orationem
Quia frequentes ſunt, vicinas eſſe, aut è contrario. Fre
quentia eſt in vicinia, & in multitudine. Vicinitaten
non continuò frequentia ſequitur. Duæ tantum vici
næ poſſunt eſſe. Illa relatio fundatur in numero, & i
parva diſtantia: hæc in hac ipſa diſtantia tantum: i
numero non eſt neceſſe. Præcipitem dehinc ſeſe agit i
„ figuras iterum. Eas in natura & quantitate ſeminu
„ conſiſtere. Flores & fructus in humiditate, atq; i
materiis. Quæ verba ſunt maximè perpendenda. Re
ctè facit, cum figuras contemplatur. Tractat eas Ma
thematicus, hoc, quo ſunt quantæ ſibi, & quales. Phy
ſicus, hoc, quo ſunt aliis. Metaphyſicus, hoc, quo ſunt
quod ſunt. Dicam inter doctos. Naturalis ut ſunt mo
bilis affectiones. Mathematicus ſub ſimilitudinis ra
tione, æqualitatis, inæqualitatis, proportionis, con
tinentiæ

tinentis, contenti, productilis, curtatilis, unitatis, pluralitatis, simplicitatis, multiplicitatis, rationalis, irrationalis, fortuitæ, necessariæ, concessæ, confessæ, sumptæ, datæ, deductæ, concluſæ. Metaphysicus (audebo, inquam, inter vos, nihil veritus otioſorum loquutulejorum simultates, aut obtrectationes) ad leges entitatis, extremitatis, atq; etiam extremalitatis: hæc enim est forma conſiderationis ejus: ſicut & actualitas, & potentialitas. Nam ſi circulus quadrabilis est, potentialitas ea est in illo ad quadraturam. Hæc ridebunt illi. Sed mirum eveniet, ut illi nos irrideant, non tamen irrideamur. Neq; enim vel animus, vel eruditio ſapientis ab ignobilibus Lucianorum ingeniis pati potest. ἄτρωτος est. Tela excipit: vulnera non accipit. Itaq; illudenti Diogeni, ac dicenti: ô Plato, circulum video, circularitatem tuam iſtam non video: Nimirum, inquit, oculos, quibus circulum videas, habes: quibus circularitatem videas, non habes. Videamus etiam, quemadmodum diſtinguat hic à materia naturam. Et animadvertamus, quibus artibus à florum fructuumq; natura potuerit amovere figuram: eamq; nihiloſecius ponere in natura. Nónne flores in natura ſunt? ponere in quantitate ſeminum. Nónne in natura ſunt, tum natura ſeminum, tum quantitas? Aut quomodo materiam ſeparat ab humiditate: & materias dicat, non materiã. Ut primum excutiamus: accipiat materiam pro cauſa efficiente: ut figura ſit in facultate ſpiritus generativi. Hoc ſanè probè: at illud non probè, cùm figurã ſic ponit in quãtitate, ut in naturã.

Non

Non enim quantitatem figuræ autorem esse, disputa-
tur tum alibi, tum in libro de substantia orbis. Si enim
verũ esset hoc, nullæ duæ diversæ figuræ possent æquales
esse. Id quod vel rusticulis agrorũ mẽsoribus esse falsum
satis patet. Tum à quantitate disjungere flores, extre-
mæ verò dementiæ est. Quòd autem πρὼτ ὕλην diversam
statuit ἀπὸ τ ὑγρ, si quantitatem solã humidam in-
tellexit, nequeat ex ea fructus constituere: Sin humidi-
pro corpore affecto humiditate, non potuit à materia
segregare. Dixit autem materias in plurali, non in-
consulto. Alia nanq; florum est, alia fructuum. Eam
accipit, quam propinquam vocant philosophi. Et illud
examinandum: Cur flores ac fructus exemerit à na-
turæ vi, quam statuebat effectricem. Quasi verò sei-
psam informet materia. Verùm enim tantò minus
ipsa qualitas humida. Hæc cùm dixit, vult ad ipsas
procedere causas generationis, quam more suo κίνησιν
vocat, sicut & suprà. Aristoteles in quarto de Cælo
tres recenset motus, ad locum, quantitatem, genera-
tionem. Quia motum alterationis in primo libro de-
clarasset, eam ob causam omisit ibi: & in secundo de
generatione postea restituit. Plato in decimo de legibus
aliter. In quinto physicorum negat generationem esse
motum, sed solam credi jubet transmutationem. Quod
& alibi dictum est à nobis adversus hosce novos ado-
lescentiæ pravos introductores. A generatione disce-
dens hic ad motum redit: quem attribuit primarium
animalibus, ut cum plantis comparet. Abutitur ora-
tione tamen. Nam primum motum recognoscit in
anima-

nimalibus. At primus motus tum nobilitate, tum a-
a quavis ratione consistit in primo corpore naturali,
uod Cœlum appellatur, & animal æquivocè dicitur.
rætera non omnia locum mutant animalia. Quæ-
am enim propter ejus generis immobilitatem Græci
icunt vel μόνιμα, vel στάσιμα, vel σταθερά, quæ vox
pud Platonem in Phædro est. Ad hæc, quod & hodie
icebamus, motus, qua motus est, tametsi per se com-
etit animalibus, non tamen primo, sed tanquam cor-
ori naturali. More autem suo sententiam orationis
agitio depravavit: καὶ ἐκ ἀποχωρεῖσιν ἀπ' αὐτῆς πάν-
α τὰ ζῶα. Imò verò, ἀδὲν τῶν ζώων ἀποχωρεῖ. Nam
i est in plantis, nobiliori lege sit in animalibus. Vide-
is verò, quatenus hæc à superioribus disjunxit. Ad ea
ang, pertinent, quæ supra de motu disputabat. Itaq,
unc demum assignat causam incrementi. Plantæ, in- «
quit, omnes ascendunt tandiu, quoad compleantur. «
Cujus rei causa est, quòd animalis cujusq, longitudo «
prope est suam latitudinem: in planta verò procul. «
Propterea quòd ejus radix, ignem intelligo, & aquam, «
properè ascendit, quo planta fabricetur. Principio «
quod ita plantis ascribit, quasi differant hoc ab ani-
mali: id animali quoq, commune est: crescere scilicet
in longum, donec compleatur. Ratio præterea perob-
scura est: & quæ, si per nos perspicua facta fuerit, ad-
versetur autori. Prope latitudinem est animalis lon-
gitudo. Vult, opinor, dicere: cor, & jecur in medio
constituta, propter id animantes æqualiter & vege-
tari, & crescere. Verùm haud ita est. In longum enim
ad pi-

ad viceſimum primum ita creſcimus, ut accretionibus haud parum latitudinis reſpondeat. Inde ad viceſimũ ſeptimum, ut ajunt, juſtæ latitudinis ambitum capimus. Eadem ratio eſt à nobis in canibus & equis animadverſa. Et poſteriora prius in jumentis, quàm anteriora. Atq; hæc tamen tum cordi, tum jecori propiora. Quod autem contra ipſum faciat, ſic videamus. In plantis, inquit, longitudo diſtat à latitudine. Antevertat ergo latitudo: propinquior enim. Profectò facilius eſt, in latum humorem diffundi, quàm aſcendere. Neq; opponamus ignis vim, cujus imperio pareat humor. Nam habet ille imperatorem, Formam, inquam, quod toties inculcavimus: cujus præſcripto res agitur tota. Et plus aquæ, longè plus terræ eſt. Et quare non ſemper creſcit arbor, quandiu vivit? Ei ſanè non deſit humor, unde fiant additamenta perpetua. De hujus vocis, ῥίζα, uſu, ſuprà ſatis: & nunc primũ in mentem venit, à Timæo Locro ita ſcriptum eſſe: τρεφὰ δὲ πᾶσα ἀπὸ ῥίζας τῆς καρδίας. Addit cauſam ſanequam ineptam: ἵνα δημιουργηθῇ τὸ φυτόν. Quaſi verò plantæ tota ſit in longitudine ſita ædificatio. Perſcrutemur in animantibus, ſecundum genera, modos incrementorũ, atq; varietatem: facilè deprehendemus hominis in judicando feſtinationẽ. Angues, Anguilla, Muſtela piſcis, Gonger, Acus in longũ penè tantum protenduntur: Orchis, Maja, Pagurus, Echinus in globum potiſſimum turgent: Solea, Raja, Paſſer, in latum funditur. Homo autem arbori quàm ſimillimus. Tum Minutius: Rectè admodum. Hoc enim inverſam arborem dicebant

bant veteres hominem. Ad quam significationem Grammatici nomen ipsum convertere. Imò subvertere, inquit Ferrerius. Alia profectò vocis origo est: ὅτι ἄνω ὁρᾷ ὁπί. Ut illud sit: Os homini sublime dedit, cœlumq; videre jussit. Cui Minutius: Cum avibus id quidem commune habet. Quanto melius cerebrum, id est intellectionem, non obtutum natura obvertisset ad cœlum? Nunc verò miseris mortalibus sursum spectat os: animus ad cellam vinariam, aut pejus, quod mihi dicere nunc religio, atq; etiam cautio est. Quod verò subjicias, Bajuli, jam licet. Puto, inquit ille, nimis audacter additum adverbium ἀεί. Nequit enim fieri, ut crescant semper. Vel hyemis interpone incommoditates: vel ipsam operam hauriendi, antequam transmutetur, quod in tractu est. Quòd si τὸ ἀεὶ non tam crementi continuationem significat, quàm extensionem in longum, donec justam nanciscantur proceritatem: hoc etiam evenit accretioni, quæ fit in latum, quoad ea quoq; nihilo secius expleatur. Neq; verum est, in longitudinem solùm subjici, quin aliquid addatur etiam ab lateribus dimensionis. In septima decima verò sectione quærit Philosophus, cur in longum potius crescant omnia. Cujus responsionem suo loco sumus interpretati. Est enim Pythagorica, & in verbis tantùm posita, atq; notionibus eorum. Et effectus ibi pro causa, pro effectu posita causa est. Non enim augetur longitudo ter, ut ibi dicitur: nisi quia crescunt corpora. Longitudo nanque corporum, non corpora longitudinis. Verùm Pythagorei numeros ac di-

ac dimensiones pro rerum principiis statuebant. In secundo de Cœlo, cum plantis confert animalia: Animalibus dextrum assignat, & sinistrum: plantis nullum, sed superum, & inferum. Alia similitudo: cùm medici & plantarij philosophi vocant alas, & brachia. Ex situ verò ponè & antè designabitur: quibus habeamus ad Solem respectum. Quare etiam dextrũ, & sinistrum: ex situ, inquam, non ex officio. Plato ad motum & operam æquè dextram & sinistram natura comparatas: usu & instituto defraudari putavit, in septimo de legibus, nimis ambitiosè fortasse. Demonstratio nanq; adversatur evidentissima. Ne in specie quidem ipsa deprehenditur æqualitas ejusmodi. Paucioresenim Scævolæ. Sic sanè dicti priscis ij, quibus usus esset in læva potior: nunc ab Italis Mancini dicuntur. Latitudinem igitur atq; crassitudinem indiscretam habent atq; promiscuam in ipso tereti: quæ ratione longitudo quoq; simul cum iis in globo est. Ideo neq; anticam, neq; posticam, neq; dextram, neq; sinistram dignoscere possimus, propter officiorum indifferentiam, & uniformitatis conditionem. Nam dextrum & sinistrum sunt contraria. In dimensione corporis uniformis nulla est contrarietas, nisi ejus ratione, in quo per se inest dextrum & sinistrum. Sic enim nobis intuentibus plantam, quævis ejus pars, pro ratione locorum à nobis mutatorum, fiet eadem modò sinistra, modò dextra: nunc anterioris, nunc posterioris adipiscetur appellationem. Quæritur autem in XVI. particula, quare teretes sunt stirpes. Sanè maxima

ἐσχατα pars talis. Quæ minus explet eam perfectionem, in ea terræ multum inest, humoris multum. Horum utrunq; difficile concoctu: atq; ad hoc naturæ diversæ. Quocirca sequitur nonnihil inæqualitatis. Haud paucæ verò plantæ non sunt teretes. Triquetræ quædam. Juncus, quem Ciperum nominant, & juncus Africanus, quem vidimus grandioris baculi crassitudine, ferulæ levitate. Quadratæ verò multæ. Quare non est verum, quod ajebat Archita, æqualiter moveri succum, ut fiat planta, à puncto medio ad ambitus lineã. Præterea non respondet in cæteris partibus eadem proportio. Nam & folia plana sunt: & fructus pleriq; pressi. Leguminum siliquæ, Fœnugræci, Papaveris, Thlaspeos, Opuli, Ceraciæ, Casiæ, tot semina. Cæterùm hæc acrius cum disputare possem: impedit me vocis illius, quam suprà rejiciebam, recordatio. Ea erat adverbium ἀεὶ, quod temerè attribuerat incrementis, quæ perpetuò fierent sursum versum. Sanè hujus erroris monuit nunc nuper Theophrastus in primo de causis. Prima, inquit, generatione prodit prius radix, quam germina. Hoc nos quoq; suprà memorabamus. Id quod cum fiat ante plantæ absolutionem: ante absolutionem planta descendet prius, quàm ascendet. Qua contemplatione facetus erat Empedocles. Radicum generi terræ naturam cum attribueret: æquum erat, illam primo quoq; vel loco, vel tempore vindicare. Germina verò Aetheri curæ esse. Qui cum sit remotior, posteriore jure serior ei pars deberi videatur. Philosophus autem noster persequitur in ramis figuram

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 482 sur 521

mox, in quibus eam ſtatuit aliam atq; aliam à rar
„ tate. Differentia, inquit, in ramis eſt à ſuperfluâ r
„ ritate. Compreſsis enim ſuccus natura caleſit, & m
„ turat coctionẽ: atq; inde rami eſſormantur: extant
„ ipſa folia, ſicuti prædiximus. Quam igitur conſtitu
differentiam? Non ſubſtantiæ: non enim ab accide
te variatur. Non figuræ: quoniam rarum & denſu
eadem capi figura poteſt. At quantitatis? Hoc quo
fefellerit. Haud majorem locum occupet rarum, quà
denſum, ſuperficie ſcilicet exteriore. Quid? eadem
arbore non differt raritas, & denſitas, niſi per æt
tem, qua alius alio ramo compactior ſit. Novelli
imo ſtipite ſunt teneriores, quàm ad ſummum vet
li. Quanquam equidem dixerim, differre quæ ſu
obverſa Soli, & quæ averſa. Ad hæc ſuperflua ra
tas ſuperfluæ differentiæ cauſa fuerit, non cujuſcun
Raritatem ubi nominavit, auſus eſt ſubnectere v
cem compreſsionis. Apertio nanq; raritatis aut ca
ſa, aut comes. Compreſsio verò utriq; contraria. M
turatio autem non eſt (ut loquuntur) de eſſentia d
ferentiæ. Eadem forma in maturis, & in acerbis. Pr
terea ſi rami raritate provenirent, rariores eſſent r
moſiores. Hoc autem falſum eſſe, docet Arundo. S
denſitate, frequentioribus ramis conſtaret Quer
Populo. Hoc item à vero tantundem abeſt. Neutru
igitur erit pro cauſa. Tum non eſt neceſſe συμπιεχθῆν
τὸν χυμὸν, quo maturet natura coctionem. Quæda
enim ſunt iccirco μεμολυσμένα: quòd multa ineſt m
teria, quæ percoqui non poteſt. Illud ambitiosè dictu

Δεξμα

θερμαίνεται ἡ φύσις. Nam quis dicat, Naturam con-
calescere: Quin idem dicat, Solem calidum esse, vel
ignis formam, vel ipsum etiam Deum? Dixit, φαίνε-
ται τὰ φύλλα, apparent: id est exeunt. Nos, satis opi-
nior commodè, extant. Sic φανὴς Amor, Orphei deus
ille priscus, qui ex Chao primus omnium extitisset. De-
inceps alium aggreditur affectum partium: casum sci-
licet foliorum. Quo capite cùm potuit, tum debuit de
rorum scribere conversione: quo modo, quóve tempore,
quavé in planta, quam ob causam fieret. Qua de re
studiosius Theophrastus. Cujus tamen judicium accu-
ratè censeo dispiciendũ. Ait enim circumagi, quia per
idem tempus decidant. Dimidiatum sanè motum esse
obversionem illam, si casui comparetur. Verùm neq; o-
mnium cadentium est inversio, neq; solstitio, sed bru-
ma cadunt folia. Non ergo tum motus ille destinatur.
Ad hæc factum oportuit, ut sciremus, qua de causa
quibusdam ad Solem convertuntur, ut Malvæ folia:
quarundam non item. Quamobrem flores aliqui ad
idem sidus hiant, alij occluduntur. Id quod me hodie
tractare memini. Proclus in libro de Sacrificiis etiam
certas herbas nominat σεληνοτερπία, sicut ἡλιοτερ-
πία. Addit: occulta jungi necessitudine cum illis nu-
minibus, quibus etiam hymnos concinant. Nec acquie-
scit huic superstitioni. Aliam addit: In iis herbularum
conversionibus plausum quendam non incompositum
in aërem dari, qui cœlesti illi respondeat harmoniæ.
Latere verò id aures omnium mortaliũ, quia nulla in-
tercedat proportio sensilis ad sensum. Animos verò non

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 484 sur 521

omnium latere, ſed inſipientum. Quis ergo illi palàm
fecit, invidit nobis miſeris? Ergo plauſus ille materia
lis non eſt. Nam ſi accinit cœleſti concentui, grad
tantum, non ſpecie differt ab illo. At nos illi iſti ipſi
quos is vocat inſipientes, hactenus arbitrati ſumus
hæc omnia noſtratia, & illa cœleſtia etiam pluſquàm
genere differre: neq; ulla rerum ſerie noſtris vocibu
& illis concentibus convenire poſſe. Jam ſi percipitu
animo, non ſenſu, divinam ſanè rem oportet eſſe. Mi
rum verò ſi plus divinitatis ea in herba ſit, ut agnoſc
Solem, ac Lunam, quibus gratuletur, quàm in cæter
omnibus hominibus, quicunq; non traducant anima
ſuas per corpora beſtiarum: quive fabæ ſtatuant ara
At nos hoſce Pythagoreos atq; Aegyptios pictores men
daciorum, non alio plauſu, quàm Ovidij tranſmuta
tiones excipiamus. Quæreret hîc porrò Philoſophus no
ſter, quare plantæ frons, quæ Solem ſpectabat, tran
lata, ſi aliorſum alia vergat facie, pejus habeat? Nih
enim jacturæ factum videbatur: quando tantunden
vel cœli, vel Solis obtinet ad priſtinorum commodo
rum compenſationem. Nam ſi beneficij partem ami
ſit: at alibi nihil minus repoſitum eſt. Haud difficil
ſolutio. Damnum citius percipitur quàm commo
dum. Privatio, quàm habitus, facilior. Serò diſpen
diorũ miſeriæ ſarciuntur. Tum præter hæc illud quog
veſtigaret, quod pertinet ad quarundam oppreſſiones
interitus, mutilationes. Abolentur aliquæ totæ ve
intra ipſum annum, quo natæ ſunt. Aliarum parte
tantum. In quibus non una natura. Nonnullis foli
cadunt

adunt, aliis abſiſtit cortex: aliquibus etiam perit ſti-
es. Hanc ipſe partem ut jejunè attingit, ita cauſam
egit obſcuris verbis: Amitti folia διὰ τὴν ὑπορρύην τῆς «
ξείας ἀραιότητα. ὑπορρύην proventum dicimus alibi: «
id impreſſionem, interventum, ſuperventum. τὴν «
ξύτητα verò quid intelligam, nondum ſatis liquet
mihi. Non convenit huic loco propter qualitatem.
Nemo enim dicat, Archigenis veſtigia ſequutus, acer-
am aut acutam raritatem. Neq; ut Iones ſolebant,
ccipi quit in ſignificato celeritatis. Nam anni ſerum
ſt, quo tempore cadunt folia. Vehementem fortaſſe
oluit. Cæterum à raritate nulla ſit. Quin potius ob-
ructioni caſus eſt attribuendus. Denſat enim frigus
ras venularum, qua traducitur alimentum. Quocir-
a neceſſe eſt frondes abſiſtere. Non eſt igitur raritas.
Quibus verò non decidunt folia, raritas iis permanet,
er quam etiamnum commeat alimentum. Evenit id
præſidij formæ beneficio: cujus in fide atq; clientela eſt
ſucci conſtantia, copia, calor, viſciditas, pinguitudo.
Ejus generis arbores in libro agriculturæ undecimo re-
enſentur à Græcis, ſi rectè memini, quatuordecim.
Palma, Citrus, Pinus, Laurus, Oliva, Cupreſſus, Cera-
tia, Picea, Buxus, Ilex, Myrtus, Cedrus, Juniperus.
Salix quoq; addita non ſervavit ſententia ipſi naturæ
fidem. Et non paucas videmus alias, quæ non amit-
tunt. Sanè Abieti non decidunt, non Sabinæ. Plinius
in XVI. Pinum omiſit: Pinaſtrum memorat: appo-
nit Aquifolium, & Taxum, & Andrachnen in Græ-
cia, Unedonem apud nos. Suber tamen cùm adjungit,

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 486 sur 521

miſcet genera. Cadunt enim ſuberi non autumno, ſed vere novellis ſubeuntibus. Id quod videmus quotidie trans Garumnam. Cupreſſum quoq; tacuit: Terebinthum annumeravit. Noſter verò ſic proſequitur cauſas: Percoctus humor cum materia faſtigiatur in cacumen: ac poſtea attenuantur. Tum ubi materia extiterit perfecta coctione, ibi meatuum ſumma, quæ ſunt ſupernæ, penitus obſtruuntur. Itaq; folia cum materia deficiuntur, arefiunt, atq; cadunt. Quòd ſi eveniat contrarium, non cadit planta in privationem ſuorum foliorum. Rurſum verò cum vicerit plantam frigus: incluſus calor intus ipſam calefacit: & in extremis extrinſecus apparet frigus. Quo tempore cæſiæ frondes evadunt, neq; cadunt. Quemadmodum neq; Oleis, neq; Myrtis, neq; aliis. Quid igitur intelligit humorem, quem dicit cum materia faſtigiari? Ergo facit humorem aliud à materia? Præterea quid eſt: Coctam materiam in Pyramidis educi formam? Nam tametſi folia ſunt corpora, nemo tamen ea digna putet hac appellatione. Quanquam quot folia videmus abeſſe à trianguli facie? Hoc enim nomen eis rectius conveniat. Nam quot ad orbis ambitum imitandum comparata ſunt à natura? Malua, Umbilici Veneris, Violarum, Cyclamini, Aſari, Chelidonij minoris, Alliaria, Terreſtris edera, Cucurbitarum, Perſonatia, aliarum? Quot eo in genere ſerrata? Quot ſinuata? Sed ita, nullum ut referant triangulum. Qua in claſſe digitata quoq; comprehendam: Apiorum genera plurima, Batrachiorum, Crotonem, Staphyſagriam, Pentaphyllon,

aphyllon, Saniculam, Caryophyllatam, Sideritidas, Matricarias. Addam ne etiam capillamenta, & cirros ipsos? Nam quod glauceſcere frondes ait, quæ indeciuæ ſunt, id falſum eſt. Non enim id in Ilicis generibus, non in Lauro, non in aliis agnoſcimus. E ſola penè Oleæ petas exemplum. Sed & glaucæ ſunt Salici, eædemq; deciduæ. Ne verò phraſin prætereamus: κατισχναίνεσι paſſivè. Et laxè dixit, νικᾷσι. Nam plantæ victoria eſt, non humoris. Attrahit enim illum ipſa: quippe ſua natura non aſcendet humor. Eſt in alio codice κινήσῃ, ut frigore obſeſſus humor intus agitetur. Et abuſus eſt verbo, ἀποτελοῦσι. Nulla ſanè foliis à glaucedine proficiſcitur perfectio. At τέλος apud philoſophos ubiq; perfectio. Contrà potius, glaucedo foliorum eſt affectio, quaſi morbus. Morti ergo vel ſimilis, vel quaſi ſemimors. Non igitur τέλος. Quæ verò ſequuntur, & aliis alibi aſſuenda, & dilucidius explicanda fuerant. Inquit enim: Arbores & plantæ, "cùm attrahendi vim obtinent vehementem, fit pro- "ventus fructuum ſimul. Is proventus contingit, pro- "pterea quòd natura utitur coctione per continuam "ſucceſſionem. Et in quaq; coctione fructum producit "multum. Ac propterea plantæ quædam, eæq; ſæpè in "tempore fructificant. Cum ſuperioribus, inquam, de- "cuit hæc conjungi: in quibus de fructificandi officio atq; opera gignendorum foliorum diſputabatur. Igitur cùm dixit, ὁμῶς: prodidit ſe crimine repetitionis. Erat enim membrum tertium diviſionis in ſuperiore narratione. Quid autem ſit ἐν χρόνῳ, ſanè me latet.

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 488 sur 521

Fortasse sit (nisi non placet vobis) ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ: pro eo quod est, simul. Dixit τὰ δένδρα, καὶ τὰ φυτά. Oratoris hoc potius, quàm philosophi: ubi posita voce amplioris significatus intenditur oratio. Verùm prudentius nomen generis tacuisset. Non enim plantæ omnes fructum ferunt. Et earum, quæ ferunt, haud paucæ sunt: quæ tametsi magnam vim attrahendi nactæ sunt, nunquam tamen folia simul & fructum edunt. Nihilo verò consultius repetit ea, quæ de aquæ
» natura plantis ascribebat: Aquaticas enim vix fru-
» ctum ferre, tum ob humorem nimium, tum propter
» meatuum dilatationem. Item quia radice fluxa sunt.
» At calore corroborato accelerari coctionem, attenua-
» ri humorem, atq; concrescere. Vix verò videntur cohærere posse, ut & multus insit humor, & τῶν πόρων πλατυασμός. Ut omittam etiam crassitudinem, cui meatus non admodum laxi esse queant. Quod verò crassum quoq; intellexerit, ex sequentibus colligetur. Dixit enim, λεπτύνεται. Nam si sit tenue, non est tenue? ὑπερβάτῳα verò est victoria, & oppressio à multitudine. Obscura, quæ subdit. ἐὰν οὕτως πάλιν γένεται συμβαίνῃ. Vult, opinor, dicere: occupatas aqua plantas ad perfectionem perduci caloris vi. At non è contrario. Quæ satis habeant caloris, humoris nimij superventu amittere fœcunditatẽ. Quòd si ita sensit, malè sensit. Cavenda & illa: καὶ τοῦτο δείσεται ἐν πάσαις ταῖς βοτάναις ταῖς λεπταῖς. Quid enim est, quod ait inveniri? Pusillas herbas fructum non ferre propter humidi copiam, propterq; meatuum laxitatem? Medicæ tantum

ntum humoris ineſt, ut eam Arabes Humidæ ap-
ellatione deſignarint. Cytiſus quoq; non parum. Ha-
um utraq; haud parum rara: & fructificant tamen.
Iam fructum vocat omne ſemen Dioſcorides. Fert
nagallis: fert Ocymum iſtud minutum: fert Eufra-
a: fert Centumgrana omnium fortaſſe minima, o-
nium fortaſſe plurimum. Cæterum à colore ſuprà
igreſſus ad hæc, ad eum redit pudentius, quàm reli-
uerat. Fuſcedo, inquit, in locis valde calidis evenit; "
n quibus parum fructus prodit ex humore: propterea "
uòd arcti meatus ſunt. Cùm igitur ita inſtituit na- "
ura, ut facere velit coctionem: neq; humorem, quan- "
um ſatis ad materiam ſit, nacta eſt: tunc fiunt mea- "
us anguſtiores. Reciprocat ergo coctio, quam conti- "
uam efficit calor: & tunc apparet color medius inter "
lbum, & nigrum. Et cùm ad hunc modum fit hoc: "
unc nigrum occupat, ut nigreſcat aut coloretur quo- "
unq; genere coloris, quod accedat ad nigrum. Id quod. "
x Ebeno atq; Ulmo videre eſt. Perpendamus ſingu- "
a. Fuſcedinem locorum attribuit caliditati: fructuum
aucitatem, meatuum anguſtias. Haud malè deducit
x aduſtione colores atros. At iiſdem locis ligna candi-
la videmus, quibus & nigra. Eodem cælo fruitur &
Carpinus & Terebinthus: item Sandalum album, &
rubrum. Elephanti albi ſunt ad extremam Aethio-
piam ſub torrida. Sunt fructus atri, aut punicei, nec
ninus humidi. Vel Prunorum genera, vel Mora fa-
ient fidem. Sunt acerrimæ radices albæ, Rhaphani,
Coſti, Lepidij, Struthij, Cepullæ, Allij, Uri, & Urſi

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 490 sur 521

in Germania nigri: in Syria, & Arabiis, & Africa niveo Equi candore. Quid ebore candidius? Quonam ſub cœlo gignitur ipſum? Haud negarim in candoris frequentiam locis frigidioribus: quales Vulpes in Pruſia, Lepores in alpibus, Perdices in terra Allobrogum, & Mures quoq; quos etiam veſci nive credunt indigenæ. Cauſa eſt, quòd aliquorum ſuccus aut copia, aut alia vi, vel frigoris, vel lentoris reſiſtit calori: quominus abſumatur. Contrà, pali, qui piſcinarum, ſicuti dicebam, præfiguntur excipulis, in aqua diu cum manſerint, adeò nigreſcunt, ut etiam teſſellatis operibus expetantur. De fructuum paucitate nihilo felicius. Nam & Cyrenaica, & Africa, & Cyprus, & Aegyptus, & Aſſyria, & Java major feraciſſimæ ſunt. Jampridem verò confutatum eſt à nobis, coarctari meatus à calore. Quin contrarium evenit, exuſtis partibus liquidioribus. Tenuis enim eſt, implere. At liquidum tenue eſt. Hoc quotidie videtur in pumicibus, & carbonibus. Habemus exempla raritatis in locis calidis, Thapſiæ, Ferulæ, Galangæ, Zedoariæ, Zinziberis, Calami, Turbith. Conſultius Theophraſtus, neq; frigori, neq; calori tribuendam cenſet fœcunditatem. Quid autem ſit φαιὸν, declarat, τὸ μεταξὺ μέλανος, καὶ λευκοῦ. Sic in Timæo verbis iiſdem. In nono quoq; de republica: ὥσπερ τοὺς μέλαν, φαιὸν ἀποκαλοῦντες ἄνοιᾳ λευκοῦ: ut fuſcum putarent album, albi ignoratione. Eſt autem φαιὸν, qualis color olivis. Apud Firmicum legimus λευκόφαιον. Hoc cinereum eſt. Quod autem nigri tulit exemplum ab Ulmo, mendum eſſe putabit neceſſariò.

ıriò, qui nolit illum temeritatis insimulare. Hinc a-
as aggreditur assectiones à propriis elementorũ for-
is, levitate scilicet, ac gravitate. Mergi scribit Ebenũ
ropter densitatem. Rectè dictum, sed non rectè repeti-
um. Malè tamen eloquutus est: καὶ ἀὴρ οὐκ εἰσέρχεται.
Iam neq; in alia ligna ingreditur aër, sed inest: & in
beno inest aër: aut ne in illis quidem: ut temerè qui-
am recentiores eum amovent à mistorum composi-
ione. Quid illuâ? Contrariam esse lignis candidis na-
uram. Quippe non summergi: quia nimiam ob humi- "
itatem prohibeatur aër egredi. At nimiam ob humi- "
itatem viridia ligna summerguntur magis, quã sic-
a. Non est igitur id, quod prohibet humiditas. Præter-
a mergitur Buxus, qui candidæ quàm nigræ naturæ
ropior est. Et Gajaci candida pars item subit aquas.
ta falsus est, ubi dixit: διὰ τὴν πυκνότητα τῶν πόρων.
Arida nanq; ligna meatus habent laxiores, & Pumex,
Arundo, Cucurbitæ cortex: quorum nihil mergitur.
Quæ verò sequuntur, neq; illa hujus sunt loci, neq; ve-
ra. Siquidem post affectiones non est perscrutanda sub-
stantia. At hic de materia florum scribit. Sic Plato cùm
sacrificia ceremoniasq; prioribus libris & enarrasset,
& legibus constituisset, in decimo demum disputat, an
Dij sint, magna sanè ordinis injuria, quem pervertit:
præsertim quòd ne ad Legislatorem quidẽ, sed ad Me-
taphysicum pertinet id negotij. Minus autem verũ esse,
quod ait: floris materiam tenuem esse, propterea q; pri- "
mo quoq; tempore concreari: patet ex plurimis stirpi- "
bus, quarum partim crassiusculi flores citius, partim
tenuio-

tenuiores ſerius emittuntur. Pruni flos, quàm Roſa compactiore ſubſtantia. Lilia florent ante vitem. Perſicus prævertit Morum. Quemadmodum verò ſibi contradicat, ſatis compertum eſſe poteſt. Nanq; ſuprà dicebat, arborum folia conſieri ex incocto ſucco. Ergo ex inchoato. Hic autem, ὅταν ἄρξηται ἡ πέψις, malè dicat flores generari. Quare non injucunda more noſtro fuerit illa perſcrutatio. Qua de cauſa per initia tenera folia ſunt, poſtea dura: contrà, fructus initio duri, poſtea teneri. Ad hæc, ſi à proportione tenuis & craſſi fiat ordo prodeundi: ſcilicet flores, quia tenues, antequam folia, quia craſſa: ergo folia, quæ prodibunt ante florem, erunt partium tenuiorum. Hoc autem falſum in Fico, Moro, Vite, aliis. Illud etiam, quod ſubdit, haud negligenter excipiendum eſt. Duos re-
» cenſet colores, alterum ſapphirinum, alterum glaucũ:
» meatuum anguſtiis illum attribuit, hunc æquali tem-
» peramento. At enimvero quis putet, Salicem mediocriter temperatam? Quis in Biſtorta colorem inferiorem à meatuum anguſtiis evenire? Sapphirinum ſanè colorem tum ibi, tum in Ambubeiæ floribus conſpicari licet. Nam glaucum diluti plus habere dicit in Timæo Plato: λαμπρὸν δὲ λευκῷ συνελθὸν, κατὰ μέλαν κατακορὲς ἐμπεσὸν κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται· κυανοῦ δὲ λευκῷ κεραννυμένου, γλαυκόν. Sed de his alibi. Iſte verò ut confundit, ut repetit: ita partes diſſitas agglutinat importunè. Hîc enim ἀπὸ τοῦ ἔχειν, quod eſt unum ex prædicamentis, aggreditur diſputare:
» Quaſdam plantas carere floribus propter partium di-
verſita-

versitatem, quæ in ipsis sunt: tenuitatem, asperitatem, crassitudinem. Nulla igitur planta florem feret. Florum princeps rosa est. In ea planta quæ mollitudo alibi, alibi asperitas? In flore quæ partium tenuitas, si odoris vehiculum, si coloris intelligas: quæ crassitudo, si capitis succum, si seminis, si unguium ipsarum? Verùm id à forma contingere satis patet, ubi quis animalium species fuerit contemplatus, quarum individua nullum ferunt fœtum. Idq; neq; a crassitudine fieri, neq; duabus ab aliis affectionibus, quarum hic affertur natura pro causa sterilitatis. Summi autem opificis sapientia (Sapientia ipsemet) cùm sui similia fecerit omnia quodam modo, æternitatem etiam quodam modo ipsis est impertitus. Quod ergo materiæ denegarat propter contraria, formis attribuit propter vim, seriemq; propagationis. Ea tamen haud semper solo semine vero fit, sed quædam principiis proportionis. Iccirco aliter alia in materia communi proprio modo continuantur. Aliqua non nisi semine, ut Frumentum. Quædam non nisi spongiis, aut avulsione, ut Iris. Nonnulla utroq;, ut Lilia, & Spathula fœtida. Ferunt enim utraq; semen, hæc acinaceum, illa paleaceum in camerulis. Est etiam præter hæc genus aliud: in quo cùm ostentaret thesauros natura suos, nullam sibi quæsivit à nobis opem. Nam quot aliæ plantæ sunt, quæ sponte prodeunt nullis excitæ præsidiis? Adiantum, Scolopendria, Polypodium: quæ nullo nostro commento seminiorum occultis principiis expediuntur. Nos verò, sicuti materiæ fatemur penuriam in iis,

in iis, quæ non florent: ita nullam exigi dicimus ar
expectari ab ea forma, qua illæ sunt hoc, quod sun
Sunt autem steriles. Itaq; etiam si suppeditaretur ma
teria, nullum ferrent. Nam quid amplius vos suspens
animi detineam. Detur Equus Mulæ: detur Asellus
admittatur Mulus ipse: quid tum postea? Materi
est: conceptus nullus est. Non enim est forma. Qui
enim materia sola fiat absq; forma? Atq; eæ quidem
sic sunt perfectæ, nihil ut præterea desiderent. Non e
nim in Ficu Ficus forma florem appetit, neq; semen
Iris, neq; in lingua Cervina caulem, neq; medullam
in Arundine, neq; in Tubere folium. Quemadmo-
dum ne canis quidem animi religionem, quæ uni de-
betur homini. Sed præscripto limite contenta summ
opificis dicto parent. His dictis cùm porrò vellet pro-
gredi: Licétne, inquit Minutius, properanti jam ti-
bi paululum facessere negotij? quo mihi otium sit ab
hisce litigatoribus. Cursus, inquit ille, totus hic ve-
ster est. Proinde tuo, quod hactenus feci sti semper,
arbitratu moderator. Extitit nuper, inquit Minutius,
à Brutiis libellus quidam, in quo de coloribus satis ac-
curatè. Igitur ex eo didici: Glaucum quidem esse,
quod omnes profitentur, Cæsium. At Cæsium non à
cœli colore, sed à cæde dictum, igneo splendore nobi-
lem. Hic cùm Ferrerius subrisisset: utrunq; tibi vides,
inquit Bajulius, explicandum, & risus causam, &
jus hujus controversiæ. Unica, inquit ille, opera præ-
stabitur. Perlegi ego quoq; illum, ut soleo nova o-
mnia. Argumenta ridicula: libido animi præceps: eru-
ditio

ditio perversa. Nam Catilinæ oculos fuisse cæsios, divinat ex verbis Ciceronis. Assentiamur. At quia ille sanguinarius, oculi propterea sanguinei? Tyberim flavum legit apud Horatium: eundem Maroni glaucum. Quid ni? Tumidus, & turbulentus, infectusq; gleba, quam detergit, ex Apœnino fuit, cum iret dejectum monumenta Regis, ut canit ille. At Virgilianus, Mitis ut, in morem stagni, placidæq; paludis, Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset. Itaq; ex alio vultu color alius. Sic Garumnam sæpè Tarni colore flavum vidimus: aliquando verò & Athesim tuum Cæsar ex montibus Tridentinis talem ex te audivimus, qui alioqui ab eodem summo poëtarum dicitur amœnus. Adeò verò deliravit ille, ut Glaucum equum à Virgilio commendari scribat ex eo colore, quem balium nominant equisones. Cum tamen hunc sub spadicis fulgore pinxerit Poëta: sub glauco illum, quem leardum Itali, Galli grisum nominant. Nam quem vult ille spadice dilutiorem, damnat eum Maro Gilui appellatione. Hoc enim est πυῤῥός. Quænam verò illa eruditio? Ubi ex Aristotele statuit eundem glaucum, & χαροπόν: quos ille distinguit in primo historiarum. Ex Platone saltem didicisset ea, quæ suprà narrabamus: constare glaucum ex cæruleo, & albo multo. Et Aristoteles equorum aliquot ait oculos glaucos. Sanè ij subcærulei. Ad hæc, Glaucomæ in oculis vitium, cujus esset coloris, perspectum oportuit. Quod autem scribit à Græcis Leonem χαροπὸν, verum est. Ii sanè sunt ignei oculi, quales illi bestiæ.

At

At enimvero ne propterea huic adglutinet cæsium C.
tulli Leonem, quo faciat idem glaucum, & χαεῳπόν
Frustra erit profectò cum multis aliis eruditis, qui il
lius epitheti causam (quod equidem sciam) hactenu
ignorarunt. Sunt sanè jubati Leones χαεῳποί. Ii non
sunt barbari, nisi famelici, aut lacessiti. De eorum cle
mentia pleni libri. Sunt verò & non jubati, ex Pard
concepti, qui atroci feritate sunt, atq; maleſica perfi
dia. Horum oculos esse glaucos sive cæsios is intelliget
qui apud Oppianum meminerit, universum Panthe
rarum genus esse glaucum. Sed ad rem. Tum Baju
lius: Recensebit nunc jam partes alias, non secundum
„ *substantiam, sed à qualitatibus. Crassum, inquit*
„ *corticem quæ habent, secundum humoris extensionem*
„ *protelantur. Facere verò ad hoc etiam caloris occur-*
„ *sum: idq; evenire tum Pinastro, tum etiam Palmæ*
„ *Nolo hæc impugnare. Quasi verò ea, quæ tenui cortice*
ambiuntur, non secundum humoris extensionem pro-
ducantur. φήλω sum hîc Pinastrum interpretatus.
Nam φήλιον suprà ex agriculturæ libris Pinum dice-
bamus: πίτυω verò Piceam. Fructus tamen sit φήλι-
λος, πήλη arbor: ut qui Pinum, quàm Pinastrum
malit, liceat. Nam neq; Theodorus, neq; is, quem ille
sequitur, Plinius è Theophrasto hæc eodem modo sem-
per. Apud quos quid sit Laryx, alio loco animadver-
sum est. Hinc ad eas, quas quasi partes appellabamus,
„ *transfert orationem. Lac, inquit, quæ planta fert, ea*
„ *ea obtinet in medio. Subest enim calor fortior, atq; ibi*
„ *pinguedo manet. Cum igitur coquere cœperit calor,*

proprium

roprium in humorem vertitur pinguedo, ac modica «
um concretione cogit. Tum concalefacto loco evadit «
umiditas lacti similis: excitaturq; exhalatio ab hu- «
more, qui lac illud ad extrema trahit. Is humor calo- «
em continet apparentem, atq; hunc ad modum con- «
resçit lac. Natura enim caloris est effectio concretio- «
is. Hic quoq; separati capitis, qui volet, segmentum «
acere queat. Partem enim, aut quasi partem nomi-
at lac. Nominis addidit ab similitudine rationem.
ssignat in planta locum: medium scilicet. Ponit ef-
cientem causam, calorem. Agnoscit modum: ἰσχυ-
ωτέρα. Satuit materiæ præparationem à qualitate
ubstantiali: πιότης. Et inde naturæ progressum ad
ransmutandum: τρέφεται. Dixit, εἰς τὴν οἰκείαν
χότητα: quæ certa, debita, propria sit ipsi. Astruit
nodum progressus illius: συμπήγνυσι. Et modi mo-
lum: βεβαίαν. Postremò declarat motum lactis il-
ius, à medio ad extrema. Et moti vehiculum. Quip-
e humorem agnoscit quendam, illud qui vehat.
Haud penitus sine causa. Sanè est pingue ineptius ad
notum, propterea quòd hæret. Et profectò quidam
ro glutino lacte ficus utuntur. Hæc à nobis ita Peri-
atetico more digesta sunt, atq; explicata. Verùm
ionnulla queant aptius intelligi. Nam si pro efficien-
i causa designat calorem simpliciter, hoc erit com-
nune rebus omnibus naturalibus: Siquidem calor
nstrumentum est agentium formarum, quemadmo-
lum suprà dicebamus. At si calorem intelligit quali-

tatis intensionem, qua dicitur aliquid calidum: h
falsum est. Lactuca enim, & Papaver, tum lact
sunt, tum frigida. Nigri verò lac etiam frigore leta
Sententiam verò illam destruit oratio: τὸ πηγνύ
Nanq; articulus is, ut alibi dicebamus, universa
ambitus nota est. Idem esset igitur, atq; πᾶσα σύ
πηξις. Quantum verò absit à naturæ opere contrari
multa sunt argumento, quæ frigore concrescunt, n
calore. Est idem ergo τὸ ζῶον, καὶ πᾶν ζῶον. Utrunq; p
nunt aliquando philosophi: ut in primo de generati
ne Aristoteles, de vini gutta multam in aquam infu
λύεται γὰρ τὸ εἶδος, καὶ μεταβάλλῃ εἰς τὸ πᾶν ὕδωρ.
etiam Plato in Atlantico. Notabimus: συμπήγνυ
τὸ γάλα. Est enim quod Græci, τὸ πύον. Dixit, ὑπο
τω, quod Aristoteles ἐνυπάρχει. Et φέρεται, motus
calis est, non mutationis substantialis: sed μεταβάλλ
ται: quemadmodum Plato quoq; utitur in decimo
legibus. Posuit βραχέα, pro ὀλίγα. Cujusmodi loqu
tio etiam Galeni est in tertio de locis: ἔκ τε πόσεως ὀ
βραχεῖ πλείονος. Sicut haud multo pòst contraria si
tuit, μεγάλως καὶ βραχέως. ἄκυρον autem illud: τ
θερμότητα τῷ φαινομένῳ. Calor enim per se nunq
φαίνεται. Dixit autem ἀναβάλλον: non solùm φέρ
Non ut tantum intelligamus ἀναβλιβόμενον, verum
iam sponte quoq; emitti. Quoniam ex emisso, s
emanante lacte gummi concrescere dicat mox. Mu
lus quoq; hac parte est. Nullam enim de succis ment
nem facit, vel croceis, vel sanguineis, vel pinguibus.

n pinguibus. Non pinguis est multarum. Pinguis,
voni, & Hyperici, & ejus, quam majorem Centau-
um ridiculè vocarunt aliqui. Narrandum præterea
it ei, quemadmodum quædam semper haberent lac,
Tithymalli: quædam non semper, ut Lactuca. Hanc
im elacteſcere vetuſtate, abſumiq; in medullã quan-
m araneaceam. Cæterùm qua ratione porrò concre-
ut lac, videamus. Vehementius, inquit, concreſcit «
c, cum frigus extiterit. Concretum nanq; deinceps «
it proprio de loco: atq; tum gummi eſt. Gummi verò «
lidum exit, dum ſtillat. Concreſcit igitur aëris at- «
ctu, defluitq; in loco benè temperato, & aquæ ſimile «
t. Aliud funditur, & coaleſcit lapidibus ſimile, aut «
nchyliis. Cum verò guttatim fluit propria manens «
ſpecie, fit quale vocant Smerium. Quod autem alte- «
tum eſt, ut lapis, ſecundum quod apparet, frigidum «
t. At calor, tale ut ſit, efficit. Cum verò frigus fuerit, «
r defluxerit, lapideſcit. Igitur Gummi genera à qua- «
tate frigoris & caloris, quaſi cauſa efficiente, diſcutit.
anè concretionis modum deducit inde. Lac autem eſſe
ummi materiam ex eo colligi poteſt, quòd eorum
uædam in lac ſolvuntur, ſi diluantur. Error eſto igi-
ur: ſi generibus attribuit omnibus tanquam mate-
iam. A frigore verò cogi patet, ſed minutiore. Non
nim valido ſolvuntur calore, ſed remiſſo. Uruntur
nim potius à vehementiore. Contradicit autem ſi-
iipſe ſic: Concreſcere intra arborem à frigore: exire
verò calidum. Bis adverſatur iis, quæ dicit. Frigoris &

caloris idem locus intus. Item, concrescit intus: exit. Non enim potest exudare, nisi liquidum. Iccirco dicit: aquæ simile. Quid? tertio quoq; Concrescit à frigore: calore lapidescit. At concretio via est generationis ad lapideitatem. Ejus verò, quod lapidis induit naturam, nullum posuit exemplum. Succinum igitur esto: quod & segnitiam arguat, qui omiserit: & inscitiam, qui cogi dixerit à calore. Lapidis verò nomine peti debere jubebit Dioscorides: qui illum etiam Lyncurium nominat. At hunc mavult è Lynce Theophrastus. Videndum etiam, quæ prodat Plinius: ne in re manifesta vos obtundam locorum ostentatione. Pantheræ nunc sunt in Gallia. Pardos aliquot vidimus: Lynces complures. Ex horum omnium generibus urinam multam: lapidem nullum. Pharmacarij pro Lyncis lapide quendam supponunt ab radicibus Cemmeni montis specie non contemnenda. Ovi facies perpusilli definens in umbilicum, ac metam utrinq; obtusiusculam. Furvus ei color sublustri subpuniceo. Diffractus medius radiolos jaculatur à puncto, quasi modioli novæ planiciei ad ambitum. Smerion verò quid sit, equidem nescio. Haud sanè Smiris ille vitrariorum. Et apud Pollucem σμήριγγες τείχες εἰσί. Interpres autem Nicandri addit, τῶν μηρῶν, καὶ τραχήλου, καὶ μετώπου. Suidas σμήριγδον τὸν ἀπάρτον, ἢ ῥῖνον. Fortasse scriptum oportuit, σμύρνη: sed non vulgaris. Stacten potius intelligas. Quanquam neq; hoc laboro, neq; volo ascribi mihi. Hæc cum diceret,

Ferre-

Ferrerium reſpiciebat. Is eum ubi conticeſcere animadvertit: Negas, inquit, teſcire Bajuli, quid ſit Smerion. At ego non neſcio, edoctus quidem ab hoc antecurſore meo. Tranſtulit enim, propolida. Propolin tamen ex alveariis excipimus: ſtillatitiam ab arborum nulla vidi. An verò mihi liceat inter vos heroas ac præſides veritatis aliquid comminiſci? Eſt Erithace, quod in mellificiis vocat Ariſtoteles: doctiores Vernilaginem: quidam etiam Vernicem ab anni tempeſtate. Hoc eodem nomine vocant Juniperi lacrymam, ut ex ea communione dimanarit error hujus autoris. Hanc lacrymam recentiorum inſolentia prohibere conata eſt Arabes, ne patrio vocabulo Sandarax appellarent: propterea quòd hæret veſtigiis Græcorum Sandarachæ. Ita ſuis iſtis caveant legibus, ne Brizo fuerit Deliis dea vaticiniorum, quæ per ſomnia fierent: quando βρύζα fuit apud Thracas frugum genus. Hîc nobis tum judicij mirantibus acrimoniam, tum amplexantibus reconditam eruditionem, Bajulius ſic eſt proſequutus. Nunc de colorum affectu à temporibus. Quædam ſtirpes, inquit, alterantur in hyeme. Fiunt enim virides interdum, alias glaucæ: neq; corrumpuntur ipſæ, ipſarúmve folia, fructúsve: Propterea quòd quibus id contigit, habent eæ in ſummo calorem craſſum, atq; in radicibus tenuem humiditatem. Itaq; in ingreſſu anni obtinet humiditas calorem illum ob aëris frigiditatem. Atq; ubi accedit ad frigus calor, impellit is extrorſum humidi-

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 502 sur 521

» tatem unà cum eo, quo tinxit arboris superficiem ca
» lore consequente. Rursum verò cùm regreditur fri
» gus & ariditas ad effectum, & humiditas contin
» caliditatem: tum glaucus fit color. Qui affectus à con
cretione, atq; substantiali eveniunt habitu, eosdem
consimilium tempestatum constitutione contingere
posse par est. Quemadmodum iracundus ex intem
perie sua solet ad iram concitari: sic frigidiore prædi
tus indole, si inedia, si vino, vel exercitio vehementi
vel æstu acuatur, facilius movebitur ad illius propor
tionem. Simillima sanè causa tum constitutionum
quibus tempora sunt affecta, quas κατασάσεις voca
Hippocrates, tum earum habitudinum, quæ sua cu
jusq; corporis est. Ergo quemadmodum plantæ sun
quædam suapte natura glaucæ, cujusmodi Salices
& Oleæ: nimirum tales efficiet hyems aliquas. Ta
men addit, quod egeat disquisitione: Plantas ali
quando fieri virides hyeme. Nam viriditatem affe
ctum maximè communem plantarum generi, dixe
rat suprà. Intelligamus igitur hîc eas per id tempu
fieri vegetiores, quæ frigore gaudeant. Quas inte
duarum naturas imprimis adversas animadverti. Et
leborum nigrum dico, & Mandragoram. Pallescun
enim calore: ac miserè sanè Mandragora. Frigore ver
talem ac tantam assequuntur viriditatem, penè u
nigræ videantur. Harum ille causam reddidit nullam
Verùm ita sit: nisi melius aliunde tanquam symbo
lum conferatur. In Mandragora terream absumi hu
midita

iditatem calore nimio, qui ejus humiditatis innatæ
ostis sit. In Elleboro verò facilè resolvi partes subti-
ores, augerique calorem intimum ab extimo ambien-
ad humoris perniciem. Attribuit iste glaucedinis
ausam calori crasso. Laxam orationem. Interprete-
ur calorem, caloriq; vehiculum humidum, ut emol-
iamus hoc duriusculè dictum. Ipsum igitur ostendit
er ἀντίφασιν: cùm dixit, ἄνω. Et contrà, ἐν ῥίζαις
ὑγρότητα λεπτήν. Pictura tamen hæc potius, quàm ra-
io. Glaucedo nanq; plus pertinet ad aërem. Iccirco
nateriam crassiorem in radicibus contineri, par est, à
rigore repercussam: tenuiorem aëreo calore suo, pin-
guique resistere, atq; superesse. Quare minus rectè est ab
eo institutum, uti superante calorem humido putemus
glaucedinem commodius concreari, quàm viriditatem. Glaucedo nanq; ex humido est aëreo: viriditas
terreo. Theophrastus autem quærit in quinto de cau-
sis, quare arbor eadem colores diversos reddat. Artem
quoq; docet ibi. Vidimus nos in eodem racemo niger-
rimos acinos, itemq; candidos. Quid mirum? Nam
eodem quoq; in animali sic natura lusit: sic arte com-
paratum est. Notanda loquutio. στρέφηται ἡ ξυνέστις
εἰς ἐνέργειαν: ad efficaciam suam redit. Hæc sic à sub-
stantia, & affectibus, & fine plantarum: ut earum
talis sit finis, quo ipsæ sint aliis. Isq; duplex, aut ad
propagationem, aut ad cibum. Ab hujus finis quali-
tatibus impræsentia ordiri, ac texere instituit oratio-
nem. Amarus, inquit, gignitur fructus: ubi calor

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 504 sur 521

„ & humiditas non ſunt abſoluta in coctione. Frigus
„ enim, & ſiccitas impediunt perfectionem: atq; ita
„ fructus in amaritudinem vertitur. Hujus argumen-
„ tum rei eſt: quòd amarum, in ignem ſi mittatur, dul-
„ ceſcit. Fateamur à calore & humido certa lege di-
ſtributis, atq; temperatis, dulces fructus evenire. A
cruditate fieri negamus amaritudinem. Abſynthium
vetus amarius eſt novello. Sic Intubi genera: ſic La-
ctucarum. A frigido autem amarum prodire, ſicuti
dicebamus, falſum putant, qui ad aras Galeni dixe-
runt ſacramentum. Mel quoq; porrò coctum amare-
ſcit. In partibus ergo terreſtribus interdum eſſe ama-
rorem, quæ ſint etiamnum incoctæ. Itaq; per calo-
rem eas digerentem fit acceſsio dulcorationis in fructi-
bus. Mellis autem partes abſumi teneriores ulteriore
percoctione: relinqui terreſtres, atq; amareſcere. Ab
exemplis enim naturæ petendas eſſe rationes noſtras:
non ab argumentis noſtris rerum naturas ſubverten-
das, jubet Ariſtoteles. Sic agnoſcendum partes in
Opio, in quibus ſit amaror. Cum enim pro maximè
frigido jactatum ſit, non poſſe dari partes calidas,
quarum guſtus vincat ſaporem frigidarum. Ab im-
perio nanq; , victoriáq; effectionum tum indicari,
tum judicari qualitatum quantitatem. Neq; illò fu-
giendum, ut negemus Opium amarum: dicamusq;
potius eſſe ſaporis horribilis (ſic enim loquuntur) ſed
verè amarum eſſe. Quid quod Papaver album vulgò
ſerit Aſia, atq; India, unde ſuccum premant (Am-
ſiam

iam vocant) & ad animi hilaritatem, & ad Venereos usus? Verùm de hoc alibi: nunc hoc agamus. Aerba quædam cum sint amara, eademq; Solis vi maturata dulcescant, eoq; tempore sint calidiora, quæ ntequam matureſcerent, fuerint frigidiora: non onnem amaritudinem in calido consistere, concludendum, atq; tenendum est: sed in absentia, aut in exesſu. Quid nos ad id cogit? Quid absurdi propterea equitur? Non enim in elementorum principiis sapores esse, sed à formis dari, per formas constitui, fuit liàs à nobis disputatum. Quis enim mentis compos ub elementis asserri, apponive quantitates, figuras, umeros, ordines, situs ausit profiteri? Etiámne laratum, & cantus avium, & risum hominis, atq; etam sermonem? Nam de intellectu, & ratione, ipsaq; nima, quæ contaminarint istæ nebulæ Aphrodisienes, & pudet dicere, & piget meminisse. De amaris æc in humo dulci: nunc de dulcibus in aqua calida. Dulcem his in aquis evenire fructum: propterea quòd Solis vi trahit aciditas eam, quæ sibi propria qualitas est. Hoc autem est frigus, & siccitas. Atq; inde remanent humores intus quidam pauci, dulces. Et plantæ alvus calesit, ubi astiterit, atq; immoratus fuerit in ipsa Sol. Quocirca sit plantæ fructus astringens parum. Ubi plus coctus fuerit is, dissolvitur aciditas paulatim, usq; dum absumatur ipsa, & existat dulcor. Erit ergo fructus dulcis: at folia, & rami, aridi. Perfecta verò maturitate magis ac magis amarescit

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 506 sur 521

fructus. Id sanè fit ob calorem nimium cum humore pauco. Quippe consumitur humor: & fructus efficit, ut ascendat calor. Atq; ibi tum ipse fructus amarus est. Principio videmus, vel repetitum, vel dilatum. Suprà nanq; debuit hæc: ubi de salsis, de dulcibus, de amaris scribebat aquis. Quibus verò locis aquæ hæ existant acidæ, nondum est compertum mihi. Tamen ex hypothesi, tanquam in campo militari, genus hoc exercitij meditemur ad palum. Nam è contrario in solo dulci nascuntur Acidulæ genera multa. Quamobrem interea singula videamus. Primum illud occurrit: Acidam gigni, quoniam trahat acidum sibi simile. Igitur acidum jam in planta est. Ergo non est ab attractione illius generatio. Interpretemur etiam illud liberalius, τὸ ὀξῶδες ἕλκει. Non enim est acidi trahere, sed pellere: sicut est in Timæo, & apud Galenum, atq; jactatum vulgò. Simile verò est, quod ait Philosopus in sectione vicesima: Origanum musto injectum efficere vinum dulce, quia partes aquosas auferat ad sese, quemadmodum Sol ab uvis. Passæ nanq; sunt dulciores. Ut hoc quoq; errorem arguamus illum, cum dicit: excedenti maturitatem fructui fieri amaritudinis acceßionem calore ulteriore. Fiat in Prunis, fiat in Ficubus periculum. Myxa quoq; & Ziziphæ profitebuntur idem. Philosophus autem Origanum acrimonia sua non tam attrahere ad se vini acrimoniam dicebat, quàm ejus partes coquere dilutiores. Quod verò passæ ficus sint dulciores, præter gustus judicium

dicium etiam persuadent rationes. Quia tametsi ultimæ comeduntur, tamen si vomitus cieantur, postremæ prodeunt. Nam & adhærescunt visciditate: & à natura propter dulcedinem appetitæ retinentur. Quod verò dixit: καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ ἀκρέμονες ξηροὶ, falsum est. Non enim necesse est, matureſcente fructu, arescere folia: tantò minus ramos. Et illud ut infelix sit, videte. ποιεῖ ὁ καρπὸς τῷ θερμότητα ἀναβαίνειν. Nam ubi maturitatem fructus adeptus est, haud amplius quicquam trahit, sed ab extraneo discoquitur calore. More verò suo resilit, atq; adjicit sese ad figu- «
ras partium, & ait: acinos esse pyramidales propter «
caloris attractionem, & superfluum tum frigus, tum «
humorem, qui existunt intus ex genere aquæ acidæ. «
Manet enim humor in medio, ac densatur. At summitates attenuantur. Cæterùm quis dicat πυρῆνας omnes esse pyramidatos? Nominum affinitas elucet in Punicis, atq; ipsam æquat rem: at in aliis multis deficit ea ratio. Præterea quot novimus acinulos ad ejus figuræ modum à natura elaboratos, ad acorem nequaquam? Jam in frumento Indico paratum habemus exemplum ad contradictionem. Quin illo in genere Punica dulcia quis nescit? Ad hæc in Punicorum nullo caloris vehementiam memini, propter quam ignis figuram illam falso decantatam sibi vindicent. Quis denique somniet, intra ipsos humidum existere, quo in loco nucleus insit ligneus? si tamen nuclei hoc in loco non refugitis appellationem. Haud absimilis

in Mora

in Moro naturæ opera. Qualis proportio in acinulorum congeſtorum, confertorumq; imitatione: talis intus in ligneis filamentis. Figuræ verò cauſam in Punicis acinis petamus è ſchola mathematicorum. Ductæ nanq; lineæ à puncto ad ambitum, ipſum ad punctum angulos conficiunt: ad ambitum ſtatuunt baſim. Eam ob rem anguſtiore ſede videamus acinos illos hærere carnibus internis, quàm membranæ contegenti. Quapropter pro loci portione corpulentiæ modum nactiſunt. Ut illud etiam explicetur: non ignis more mucrone ſurſum verſum ſurrecto conſiſtere. Ex Pythagoræ ſomniis fluxit hoc delirium in Timæum uſq; τὸ πυραμίδος στερεὸν εἶδος τὸ πυρός. At ignis ſpecies cùm ſit maximè mobilis, mihi videtur non à corpore, quod haberet baſim, ſuper qua firmiter conſiſteret, ſed ab eo, quod in puncto verſaretur (id verò globoſum eſt) ducere debuiſſe naturam ſuam. Sanè triquetra corporatura æquilatera omnium firmiſſima. Nam pondus eſt ad perpendiculum: à cujus cuſpide introrſum ad baſim ducta pendens linea rectum efficit angulum utrinq;. Id quod cum Pyramide habet commune. Poſtremò Pyramis eſt τῶν ἑπτὰ σχημάτων. Quippe compoſita ex circulo, & angulo, qui in cuſpide eſt. Quòd ſi ſit laterata, jam neutiquam repræſentet ignem. Et cuſpis ad ſubeundum apta eſt: planicies non item. Eſſet igitur ignis corpus compoſitum ex contrariis. Egregios verò Ariſtotelicos, qui harum nugarum expugnatori Herculi hoſce libros

libros attribuere. Primus Pythagoras à numeris & figuris, tanquam à primordiis rerum ſuam diduxit philoſophiam. Quam exceptam ab Empedocle, Democrito, Platone, Epicuro, Lucretio, aliis, funditus evertit divinus præceptor. In eodem quoq; libro ignem in duo genera cùm diducat Plato: ſcilicet in lucem, & hunc alterum uſtionis autorem: non potuit luci pyramidem attribuere. Non enim in globo poſſet contineri. At continetur in corpore Solis. Nam quod exeat in conum, id nequaquam propter figuram ſit, ſed quia non poteſt eſſe infinita, neq; tractu, neq; poteſtate. Iccirco & terminatur aliquando, & interea deficit paulatim. Sic finitur umbra quoq;. At hæc illi contraria eſt. At figuræ nihil eſt contrarium. Ignis autem noſter hic facie ſua miſerè fefellit illos. Oſtentavit enim metæ cuſpidem, quaſi ſuapte natura talis eſſet. Longè tamen res ſeſe aliter habet. A corpore nanq; puta ligni, cum abit, tenuiſſima quæq; pars primum quenq; ſibi occupat locum ad aſcenſionem: quas partes cùm aliæ craſſiores impari levitate conſequi non poſſint, ſubſequuntur. Illas auſert celeritas in anguſtum propter paucitatem. Hoc etiam ſuprà. Verùm abſolvamus jam opus hoc. Video nanq; me in extremo verſari jam. Redit ad claſſes atq; recenſiones temporum, & locorum, quorum beneficio maturitas accedat: In benetemperata regione ante brumam accelerari maturitatem: cùm prope eſt, ut adſit bona temperantia, & humiditas extiterit lucu-

lenta.

„ lenta, & aër fuerit purus: neq; fructus multo calore
„ opus habeat, egeátve coctionis. Haud tamen ſatisfa-
cit. Quod ante brumam tempus eſt, ejus tractus ſa-
nequam multus. Igitur æſtate quoq; plurima perfi-
ciuntur matureſcendo: etiam vere affecto. Et negare
tamen auſus eſt, à fructu exigi calorem multum: obli-
tus frugum, de quibus vel ſolis, vel inter prima de-
buit verba facere. Nam quod addit mediocrem vel
anni, vel loci temperiem, malè fecit, appoſito verbo,
πτυδει. Hoc enim convenit calidioribus locis. Nihi-
„ lo verò tutiora, quæ ſequuntur. In omni, inquit, ſtir-
„ pe, cùm primùm ſatæ ſunt, præſtat amarus aut acer-
„ bus ſapor. Humor enim poſtquam eſt in extremis par-
„ tibus, maturat loca, quæ in plantarum medio ſunt.
„ Ex quibus eſt etiam fructuum materia. Prodit ſicci-
„ tas, & ſequitur humiditatem: atq; hunc ad modum
„ prima coctio ſit acris, aut amara, aut acerba: Propte-
„ rea quòd à calore atq; humiditate coctio eſt. Cum
„ verò vicerit humor & ſiccitas calorem: eſt eadem de
„ cauſa fructus per initia immaturus. Quia fructus ge-
„ neratio per id tempus eſt abſq; dulcedine. Nihilo, in-
quam, tutiora. Nam & partitio manca eſt illa: a-
marum, vel acerbum: & eam mox auget ipſe, cùm
dicit, δειμύ. Et præter hæc, eſt etiam σύφον: & genus
ipſorum, αὐσηρὸν: & inſipidum: & dulcia quædam,
ut Lactuca. Eo nanq; tempore aut dulci, aut admo-
dum eſt diluto ſapore. Habet autem apud Latinos a-
cerbi vox ætatis aliquando notionem, aliquando ſa-
poris.

boris. Sic dicimus apud Ciceronem, impolitas res, & acerbas. Ita fructus erunt acerbi quidam ætate, gustui non acerbi, sed aut amari, aut astringentes, aut acidi. Hoc enim quoq; ab acerbo differt. Est enim acerbus sapor inter astringentem & acidum. Plus inest in astringente terræ: plus in acido fervescentiæ illius, quam non ignoravit in Timæo Plato: Galenus agnovit in aceto, sub illarum partium notionibus, quas dixit esse tenues, quarum beneficio posse subire profitetur. Petatur exemplum familiare. Illico post exutum florem, astringens est in vite fructus. Is ubi adultus fuerit acerbus, etiam in vinò, si ante maturitatem prematur. Postremò acidus est succus, ubi partes aëreæ vaporarunt ex vino: unde etiam vapa dicitur: quo tempore quiddam igneum hæsit in partibus terreis. Perpendenda & illa: Humiditatem, cùm in extremis fuerit, coquere loca. Nam ὑγρότης abstractum est. Et τὰ ἄκρα non sola obtinet. Neq; sanè humiditas unquã quicquam coxit. Quin coquitur, non coquit humor. Ipsa etiam loca quid unquam coxit? Sed de hoc suprà quoq;. Cum verò dicit: consequente humiditatem siccitate, contingere primam coctionem, vel acrem, vel amaram, vel acerbam: nequit hoc constare sibi. Non enim amari & acerbi principia dixerit eadem Galenus. Extrema verba malè cohærent, ὅταν δὲ ὁπτικρατήσῃ ὑγρότης, καὶ ξηρότης τοῦ θερμοῦ. Nam quomodo simul hæc duo queant vincere calorem? Aequalia facit igitur, ut sit temperamentũ simplicis victoria. Id quod sanè

ſanè cum Galeno probatur mihi: tu Cæſar quare non probes, videbis. Puto tamen voluiſſe, ὑχρότης, ἢ ξηρότης. *Haud malè verò de ſaporibus. Sunt enim multa certiſſima indicia temperationum: quemadmodum rectè docuit idem medicorum princeps. Quinetiam in ſacris libris ſanctioris philoſophiæ, non ſolùm ſapores ſua obtinent nomina, verumetiam ipſa corpora ſubjecta: id adeò, ut fructus acerbi certa peculiariq; voce cognoſcantur. Superſunt de Myrobalanorum generatione paucula, non tam neceſſaria ad cognoſcendum, quàm ad refellendum, atq; oſtendendum, librum hunc falsò Philoſophi nomine circunferri. Non enim de unguentaria glande agit hîc, de qua ne alibi quidem verbum ullum: ſed de recentiorũ hiſtoria, nec ipſi Galeno cognita. An Theophraſtus inter Aegyptias aliquid deſignarit, videbimus, Cæſar, in tuis commentariis. Inchoat autem caput hoc à contradictione. Etenim cùm dixiſſet, vel amarum, vel acrem, vel acerbum ſaporem* ἐν πᾶσιν ἔτι *per initia: nunc ita ſtatuit: Arborum Myrobalanorum fructus initio dulces* „ *eſſe. Verùm communi natura acerbos, & concretio-* „ *ne amaros. Id evenire propter ramos arboris ipſius,* „ *quorum textura ſit rara. Cum ergo matureſcunt:* „ *ſequitur, inquit, humorem calor: & maturantur* „ *fructus: atq; initio dulces ſunt. Rurſus autem per* „ *eandem illam raritatem (ſic enim interpretor verba* „ *hæc corrupta,* πάλιν ἀκολούθως ἕλκει διὰ τὴν ἀραιότητα τοῦτο τὸ δένδρον πόρους) *ſuperat frigiditas & ſiccitas*

ccitas calorem & humiditatem. Atq; inde alteran-
r fructus in acerbitatem. Vincit rursus calore Sol
opter attractionem superfluæ siccitatis in illo se-
ine, quod est in arborum superficie. Vincitq; frigus
ccitatem. Et sunt fructus vehementis acerbitatis.
ide ascendit denuo naturalis calor adjutus à calore
olis exteriore: & vincit calor, ac siccitas. Atq; ita
adunt amari fructus. Satis erat, hæc recitasse tan-
m, ne vos diutius obtunderem. Quædam videtis
simet, quàm indigna sint, in quibus opera ponatur
d contradicendum. Cæterùm me ut promissis libe-
m, attigero modicè. Ait, Myrobalanos amaras esse:
ustum tamen astringere. Ramorum affert pro causa
ritatem. Arundo tamen, quæ est Sacchari matrix,
trissima. Etiam Ficum attrectes: etiam Vitem con-
mplemur. At quasi veterem ludum, quem vocabant
rojam, componere videtur, currendo, recurrendo, in-
rcurrendo. Miseret me illarum qualitatum relegen-
um laborum peregrinationes, quibus jam defunctæ
erant. Nam quare calorẽ frigus occupet superventu
o, cùm jam in eo sunt, ut maturitatẽ consequantur?
ludit verò nobis, cùm dicit: corroborari calorem ca-
re Solis, διὰ τῆς ἐφελκύσεως τῆς πρεπτῆς ξηρότη-
ος. Ut aliquid ponat siccum, tanquam substantiam,
emo enim dixerit, trahi qualitatem. At hoc in loco
t humoris absentia sublecti, subducti, absumpti per
alorem. Plato verò, sicut alibi dicebam, facit ignem
νομαλότητα & δριμυχρόν. Igitur aut non maturat ca-
r: aut ἐν ὁμαλότητι non est dulcor. Quorum utrunq;

Julii Caesaris Scaligeri In Libros Duos, Qui Inscribuntur de Plantis, ... - page 514 sur 521

affirmat ille. A calore maturitatem: in ipsa æquali
tate consistere dulcedinem. Hoc alibi discussum est
Habetis, quæ pro divino præceptore opponamus, opi
nor, audacter adversus hosce quovis plagiario pejores
Malim nanq; mihi surreptum nomen bonum, quàm
impositum malum. Enimvero præstat, de meo ali
benè esse, quàm ex alieno malè mihi. Et quoniam vo
assentiri video, eamus expuituri miseriam hanc in si
num appetentis auroræ hujus. Nos igitur, cùm illu
probum os piæ verecundiæ plenissimum conticuisset
& jam lucesceret: atq; Gallorum cantus undiq; cre
brescentes exaudirentur: ei quàm maximè fieri po
terat, cumulatè gratias egimus. At eas illo ad o
mnium bonorum ineffabilem datorem meritò
referente, suum quisq; concessimus in
cubiculum.

GRATIAS TIBI DOMINE
JESU.

ECOLE SUPÉRIEURE DE PHARMACIE
BIBLIOTHÈQUE

MARPURGI CATTORUM,
EXCUDEBAT PAULUS EGENOLPHUS
TYPOGRAPHUS ACADEMICUS, AN-
NO AB INCARNATIONE SALVATO-
RIS M. D. XCVIII.